DN. NICASIJ DE VOERDA ... ENARRATIONES IN QUATUOR LIBROS INSTITUTIONUM...

Nicasius : a Woerda, Borgaruccio Borgarucci

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 A
56
C. 28 g.
13-11 c 24

Google

D N.
NICASII
DE VOERDA
MACLINIENSIS,
I.C. CLARISSIMI.

ENARRATIONES IN QVATVOR LIBROS Inſtitutionum Imperialium, iam recens fidelius ac exactius, quàm vſquàm antea caſtigatæ.

Per Excell. D. Borgarutium à Borgarutijs.

Acceſſerunt & his nunc primùm ſummaria impensè deſiderata.

Indice itidem adiecto.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS. MDCVI.

Apud Petrum Bertanum.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLOGVS IN LIBRVM INSTITVTIONVM.

QVIA ea, quæ bene inchoantur, bono, & laudabili fine communiter terminantur; prima, q. 1. c. principatus, & cap. cum Paulus. Ideo in omnium operum exordio, inuocandus eſt Deus, qui eſt α, & ω. Apocalyp. 1. Qui operatur velle & perficere, ad Philippenſ. 2. Per quem Reges regnant & legum conditores iuſta decernunt. Per quem Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam, Prouerb. 8. quo donante, bonum habetur initium, melius medium, & optimus finis, C. de vete. iure enuclean. l. 1. exemplo diuiniſſimi Principis Iuſtiniani, Ciuilis iuris authoris, qui & ſi lex ſit animata, vt in Auth. de conſulib. §. fi. collatio 4. nihilominus neque in armis, neque in militibus, neque bellorum ducibus, aut proprio confiſus eſt, ſed ſingulis ſuis operibus inuocationem diuini nominis prępoſuit; ſicut è veſtigio in rubrica procemij huius libri patebit. Qui vtique Iuſtinianus ſuper omnes Imperatores uere diuinus appellatur. Quia ſicut in Deo ſunt tria principalia attributa per eſſentiam, quæ ſunt potentia, quæ appropriatur Patri, ſapientia, quæ Filio, & bonitas, quę appropriatur Spiritui ſancto; Sic in Iuſtiniano authore noſtro, non per eſſentiam, ſed per excellẽtem participationem hæc reperiuntur. De potentia ſua ſtatim patebit in procemio §. 1. & 2. Sapientia ſua claret per vniuerſum mundum in eo, quod leges prius utiles, nunc vero inutiles, & abrogandas cenſori a quadam virgula reſecuit, & nouas vtiles, quas ipſe cõdidit, cum nonnullis antiquis ad determinata volumina redegit: ex quibus librum Pandectarum, ſeu Digeſtorum, quinquaginta lib. partiales continentem competit quorum 24. ſunt in Digeſto Vet. 14. in Infortiato, & 12. in Digeſto Nouo. Deinde Codicem,

Digitized by Google

quem non habemus, compoſuit, & poſt illum hunc librum Inſtitutionum Deinde Codicem, librum quem habemus, & finaliter Authenticorum. De bonitate ſua patet, quia bonum, teſte diuo Dionyſio, eſt ſui ipſius diffuſiuum. Hic autem Iuſtinianus, talentum ſibi creditum poſuit ad uſuram, & lucernam ſuam non poſuit ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceret omnibus, qui in domo militantis Eccleſiæ ſunt. Et quia omne datum optimum, & omne domum perfectum, deſurſum eſt, deſcendeņs a patre luminum, ut dicit Iacob. in ſua Cano. & non ſumus ſufficientes cogitare aliquid, ex nobis quaſi ex nobis, iuxta ſententiam Apoſt. Ideo de his donis non ſuperbiuit, ſed ſummo Pōtifici humiliter ſe ſubiecit, iuxta ea Imperator 96. diſtin. & non dedignantur ſacratiſſimæ leges ſacros Canones imitari, ut in Auth. quomodo oportet Epiſco. collat. 1. propter quod Papa eas venerari præcipit, & vbi Canonibus non contradicunt, in eorum adiutorium aſſumi, ut in c. ſi in adiutorium diſt. 10. Nam ſicut Imperator ſummo Pontifice in ſpiritualibus; ſic Papa Imperatore indiget in temporalibus. vt in c. idem mediator. diſtin. eadem, ex quo patet liquidò, hunc librum Inſtitutionum, in quo iuris Ciuilis generalia traduntur, non ſolum Legiſtis vtilem, ſed etiam Pontificij iuris ſtudio inſudantibus. Et hoc ſingulariter propter duo. Primo, quia ſunt quidam Canones, qui ſine legibus non intelliguntur, ut eſt cap. primo, de teſtamen. lib. 6. Secundo etiam quia in iudicio eccleſiaſtico nonnunquam propter defectum Canonum, cauſæ per leges deciduntur, ut tractant Docto. in cap. primo, de noui operis nunciatione. Huius ergo diui Iuſtiniani exemplo, in huius initio corde humiliato ad Deum trinum & unum, omnis ſapientię fontem indeficientem me conuerto, deprecans, ut per interceſſionem glorioſiſſimæ Virginis eiuſdem Dei genitricis, atque trium Regum, catholicæ fidei primiceriorum, huiuſque ſanctæ Aggrippien. Coloniæ Patronorum, nos illuminare, confortare, & dirigere in hoc opere, & ſingulis alijs dignetur, ut proficiamus in vitam æternam, quod idem ipſe concedat in ſecula ſeculorum benedictus. Amen.

Circa

Circa librum Inſtitutionum, quæ ſunt quædam progym naſmata in utriuſque Iuris immenſa uolumina, conſiderandum eſt primo, quòd quatuor ſunt cauſæ, ſcilicet materialis, & formalis, quæ uocantur cauſæ eſſendi, & intrinſecæ, vt 32. q. 2. cap. quod uerò non formatum. Et cauſa efficiens & finalis, quæ ſunt cauſæ fiendi, & extrinſecæ, vt 23. quæſt. 5. cap. de occidendis. Cauſa materialis eſt triplex ſcilicet à materia ex qua, in qua, & circa quam. Materia ex qua huius libri ſunt generalia legum, & neceſſaria iuuenibus ad iura intelligendum quæ dominus Iuſtinianus per viros illuſtres in hoc libro collegit. Materia autem in qua, huius ſcientiæ eſt anima. Sed materia, circa quam, eſt bonum humanum ciuile, & uocatur ſubiectum ſcientiæ. Quod primo oſtenditur ſic, quia iſta ſcientia ſubalternatur morali Philoſophiæ, ut C. de ſecundis nupt. l. 1. Eſt ergo ſubiectum huius ſcientiæ id, quod eſt ſubiectum moralis Philoſophiæ ſpecificatum tamen uel contractum, ſicut eſt bonum humanum ciuile. Oſtenditur etiam ſic, & quod huic ſubiecto demonſtratur in eſſe paſſio per principia hoc modo. Alteri facere, quod ſibi quis vult fieri, & alteri non facere, qđ quis ſibi non vult fieri, eſt honeſtè viuere, alterum non lædere, & vnicuiq ius ſuum tribuere. Sed bonum humanum ciuile, eſt alteri facere, quod ſibi vult fieri &c. Ergo bonum humanum ciuile, eſt honeſtè uiuere, alterum non lædere, ius ſuum vnicuique tribuere. Cauſa verè formalis eſt duplex ſecundum duplicitatem formæ. Nam forma tractatus huius libri, eſt diuiſio libri principalis vel totalis in partiales, & librorum partialium in titulos, & titulorum in paragraphos. Sed forma tractandi, eſt interdum inſtructiua, ut infra de iuſtitia, & iure. Interdum deciſiua, ut de libert. Interdum ſtatutiua, ut de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. Interdum punitiua, vt de publicis iudic. Cauſa efficiens principalis huius ſcientiæ, eſt Deus glorioſus, vt C. de vet. iure enuclean. l. 1. Cauſa efficiens inſtrumētalis, eſt Iuſtinianus. & tres viri illuſtres, quo ad iſtū librum. Sed cauſa finalis remota, eſt beatitudo æterna. Propinqua vero, eſt morum reformatio, uitiorum extirpatio, iurgiorum deciſio, vt c. facta ſunt autem leges diſt 4.

Contra prædicta opponitur primò ſic. Videtur, quòd anima non ſit ſubiectum, uel materia in qua, huius ſcientiæ. Probatur, quia accidens prædicatur de materia, in qua, ſiue de ſubiecto, ſed anima non dicitur iuriſta, ergo, &c. Solutio. Duplex eſt ſubiectũ inhæſionis ſcilicet quo, & quid. Iam homo eſt ſubiectum, quod ſcientiæ, ſed anima eſt ſubiectum, quo. De ſubiecto uerò quòd prædicatur, dicimus enim uere, homo eſt iuriſta. Opponitur ſecundo, & uidetur quòd bonum humanum ciuile, non ſit ſubiectum, vel materia, circa quam, quia tale ſubiectum debet ſub ambitu ſuæ communitatis omnia cõprehendere, quę traduntur in ſcientia. Sed in hac ſcientia tractatur de ſeruis, de libertinis, & de multis alijs, quæ non uidentur comprehendi ſub ambitu iſtius ſubiect, igitur &c. Solutio. Omnia illa, de quibus in argumento, tractantur in hæc ſcientia ſub ratione humani ciuilis, principaliter uel reductiuè. Opponitur tertiò, & videtur, quòd morum reformatio, non ſit finis huius ſcientiæ, quia aliqui ſtudent in hac ſcientia, ut uideantur, quorum finis eſt uanitas, quidam ut lucrentur, quorum finis eſt ſæpe cupiditas. Solutio. Duplex eſt finis, ſcilicet verus, & apparens, modò fines, de quibus in argumento, non ſunt fines ueri, ſed apparentes. Vel dicendum, quòd eſt duplex finis, vnus eſt ſcientiæ, & ille eſt morũ reformatio, loquendo de fine, gratia cuius; alius eſt finis ſcientis in iudicio ſuo corrupti, & talis eſt quandoq; lucrum. Sed poteſt replicari, quia quidem ſtudenti in hac ſcientia, ut alios doceant, quorum finis Charitas, quæ non videtur comprehendi ſub fine prædicto, eo quòd eſt uirtus infuſa, & Theologia, quæ ſub bono ciuili non continetur. Solutio. Charitas eſt bene finis remotus, uel finis ſub quo huius ſcientiæ, ſed ſermo fuit de fine propinquo.

Digitized by Google

ENARRATIONES IN QVATVOR *LIBROS INSTITVTIONVM* IMPERIALIVM,

Domino Nicaſio Authore.

PROOEMIVM.

1 *Iuſtinianus procemiũ diuidit in quinque parte. Et n. 17.*
2 *Iuſtinianus fuit Chriſtianus, alias ad imperium ineptus.*
3 *Numus diuini inuocatio, q̃d adferat. Limit nu. 10.*
4 *Dignitatis nomen ſcripturis p̃poni debet, uide & nu. 11.*
5 *Imperator quis dicatur.*
6 *Imperator, dicitur Cęſar. Et quid ita.*
7 *Iuſtiniani pater & n. 13.*
8 *Francia Rex, an ſubſit Imperatori.*
9 *Iura quando ſint capeſſenda.*
12 *Laudatio eſt triplex.*
14 *Iuſtinianus unde dictus pius.*
15 Pius & Felix, *differunt.*
16 *Imperatores ad quid dicantur.* Auguſti.
18 *Imperator & legibus, & armis debet eſſe munitus.*
19 *Antipophoriſmus.*
20 *Hoſtes, qui dicantur.*
21 *Leges dicuntur tramites.*
22 E*xilium, eſt triplex.*
23 *Calumniator, quis dicatur.*
24 *Præuaricator quis*
25 *Tergiuerſator quis dicatur.*
26 *Leges ſacræ ſunt.*

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Intellectus Rubricæ procemij libri inſtitutionũ, quæ incipit. In noĩe Dñi, eſt iſte Imperator ſcribit iuuenibus cupientibus addiſcere leges, ſalutẽ, & dat libro
1 iſti titulum, & diuiditur † in quinque partes. Nam primo, nomen Dñi inuocat. Secundo, ſeipſum denominat, ibi Imperator. Tertio, ad captandam beneuolentiam uocat, ibi cupide. Quarto ſaluat, ibi ſalutem. Et primo, intitulat, ibi, Inſtitutionum.
2 ¶Circa† iſtam rubricam, primo notandum, ex uerbo, In noĩe Dñi, quod Iuſtinianus fuit Chriſtianus, quia alias nõ

Digitized by Google

Notarios,& tabelliones,ſæpe & p alias priuatas perſonas. Sol. Duplices ſunt ſcripturæ. Nã quædã ſunt modico tpe duraturæ,& de paruis cauſis,& illis non oportet pmittere nomen Dñi. Aliæ ſunt diu duraturæ,& de magnis cauſis, & illis pponendũ eſt nomen Dñi,ut in gl in Auth. ut nomẽ Imperatoris pponat in prin. colla.5. Sed replicat, qa Papa nõ pponit literis nomen Dñi,& tñ ſcriptura Papæ eſt diu duratura,& cõiter de magnis cauſis. Sol. Nomen Dñi pponit ad ſignificandum ſcriptoré eſſe Chriſtianum, quod non eſt neceſſe de Papa,quia non eſt dubium,quin ſit Chriſtianus, ut in c. ubi periculũ. de elec. in 6. & in cle. unica. de iureiur.

11 ¶Secundo † opponitur,& uř, ꝙ conſtituti in dignitate nõ debent ſemp nomen dignitatis in ſcriptis ſuis ponere, qa per hoc uiderentur ſeipſos laudare,quod eſt uituperabile. Sol.

12 † Laudatio eſt triplex. Aliqua. n. eſt neceſſaria pp alios, ut C. de his, q. uen. æta. impe. l. 2. Et ſic beatus Paulus Apoſtolus laudauit ſeipſum,dicens,Semen Abrahæ ſunt,& ego. Similiter dicit,quõ multa ſubſtinuit ꝓ eccleſia Dei. Alia laudatio eſt utilis,licet non ſit neceſſaria,& ſic Iuſtinia laudat ſeipſum,ut hic in § cunq. infr. in proœmio. Tertia eſt laudatio,q̃ nec utilis,nec neceſſaria eſt & illa ſi ſit de re nota, nõ eſt ẽt uituperabilis, ſed ſi ſit de re ignota, magna laudatio uituperatur,ſed parua toleratur,ut ff. eo. offi. proconſ. l. ob

13 ſeruare. Opp. † 3. & uř, ꝙ Iuſtinia. nõ fuerit filius Iuſtini, qa dř in Decr. diſt. 16. in c. habeo librum in glo. & in tex ꝙ fuit filius Conſtantini. Sol. Illud c habeo librum, loquitur de alio Iuſtiniano ab iſto, ſed de iſto Iuſtiniano loqtur ca. ſexta,eadem diſt. ¶ Opp. quarto,& uř, ꝙ in tex. ſit ſuperfluitas,qa idẽ uident ſignificare pius & felix,& ſimiliter uictor

14 & triumphator. Sol. Quòd prius dř hic Imperator, a Pio Aotonino,ut in Auth. ut liberti dec. aureo. nõ in §. ſi qs autem coll. 6. Vel dř pius a pietate animi, ut C. de ſum. trin. &

15 fi. ca. l. 1. † Et differunt Pius à Felix formaliter, quia dř pius quo ad alios, & felix, quo ad ſe. Similiter dicitur uictor in

16 bello,& triumphator poſt bellũ. ¶ Op. † quinto,& uidetur, ꝙ Imperatores non debeant dici Auguſti, quia non ſemper augeant Imperium,ut manifeſtum eſt. Sol. Licet nõ ſemper

augeant

augeant, debent tñ ſemper augerė, & ab illo, quod dẽt eſſe fit denoïatio, ſicut ẽt dñs Papa dr̃ beatiſſimus, ſic ẽt eſt de matrimonio, quod hẽt indiuiduitatẽ, vt J. de patr. poteſ. §. nuptiæ, & tñ matrimoniũ interdũ eſt diuisũ, vt C. de repudijs l. cõſenſu. ¶ Oppon. vltimo, & vr̃, ꝙ dñs Imperator in ſuo tit. nõ ſeruat bonã ordinem, qa illa q̃ insũt ab euentu, ꝑponit his proprietatib quæ inſunt ſibi a natura cuius contrarium dr̃ faciendum. Sol. Hoc facit Imperator ex intentione, quia plus perfecto laudandus eſt aliquis ex his, quæ virtuoſe acquiſiuit, quam ex his, quæ naturaliter vel ex ſucceſſione hẽt, vt in l. plenum, §. uſufructus, ff. de uſu, & habitatio. Et iõ uanegloriantur ex nobilib. geniti, ſi malam inclinationem naturæ, & non uirtutem nobilitatis parentum ſequantur.

IMPERATORIAM MAIESTATEM non ſolum armis, &c.

IN hoc proęmio dñs Imperator reddit auditores attẽtos dociles, & beneuolos. Attẽtos, cum dicit in §. quorũ. Cũ ſummis vigilijs, & ſumma prouidentia. Dociles, cum dicit. Et cum ſacratiſſimas conſtitutiones, in §. omnes vero populi. Beneuolos, cũ dicit. Et quod in priore tp̃e in §. cũq;.
17 Et diuiditur † iſtud procemium quinq; partes. In prima declarat, ꝙ Princeps pro ſuo regimine indiget armis, & legib. In ij. parte ibi. quorum, declarat qualiter ipſe Iuſtinianus armis & legibus inſudauit. In 3 parte ibi, cumq. declarat per quos, & ad quã vtilitatem iſte liber eſt compoſitus. In 4. parte ibi, igitur, declarat ex qua materia iſte liber ſit compillatus adiungens cãm formalẽ a forma tractatus. In v. parte ibi, ſumma, prouocat auditores ad diligenter ſtudẽdũ, ſubiungẽs cãm ſi. vnam huius ſcientiæ. ¶ Prima pars, ſ.
18 §. Imperatoriam Maieſtatem, ſummatur ſic. Princeps † populi dẽt armis, & legib. gubernare. Sed intel. tex. eſt iſte, ꝙ Imperatoriam Maieſtatẽ non ſolum oportet armis decorari: ſed ẽt legibus armari, quia eſt duplex tp̃s. ſ. pacis & belli. Vt ergo tempore belli hoſtes per arma comprimantur, & tempore pacis per leges calumniæ compellantur, opus eſt vtriſque. Et ſic fiet Princeps iuris religioſiſſimus, & triumphator

phator

Digitized by Google

19 phator magnificus.¶Not.† primo,ꝙ Imperator hic utitur figura,q̃ vocaẽ Antipophoriſmus,ꝑ q̃ reſpondeẽ tacite quęſtioni.poſſet.n.hic q̃ri:cur Imperator non facit, qđ ſuũ eſt ſolum,qđ eſt intendere armis?Reſpõdet,Imperatoriã Maieſtatẽ,&c. & dr̃ Imperatoria Maieſtas,i. Imperator in Maieſtate,vt C.de legi.& conſti.prin l. digna vox. Et ſimile hẽtur inf.qui.mo.ius pat.pote.ſoluitur,§.filius,ubi dr̃. Imperatoriã celſitudinẽ. Ex quo patet, ꝙ cõtra Imperatorẽ cõmittitur crimen læſę Maieſtatis,vt C.ad l.Iul.maie. l.quiſquis.
20 ¶Not.† ſcđo; ꝙ hoſtes dñr,quibus ab Imperatore, uel ab inferiori Principe, uel authoritate Imperatoris uel Principis,indictum eſt bellum,uel ecõtra,ut ff.de cap.& poſtlim. reuerſis l.hoſtes in tex.& gl.1.§.rurſus de act.l.hoſtes.ff.de
21 uera ſignifi.¶Notandum † tertio,ꝙ leges dicuntur tramittes, quia ſicut trames ducit ad locũ,ſic leges ducunt ad bonum publicũ. Vel per tramites intelligũtur pęne,q̃ ꝑ leges infligũtur,ut ff.de pę.l.ſexta.§.fi.ut sũt,uitæ amiſſo,ſeruitu
22 tis impoſitio,ciuitatis ablatio,in exiliũ† miſſio,quæ eſt triplex,ut in certo loco, uel extra certum locũ, uel in inſulã. Vel per tramites intelliguntur magiſtratus ſeu iudices, qui faciunt leges obſeruari.Nihil enim leges prodeſſent,ſi non eſſent qui eas facerent obſeruari,ut ff.de ori.iur.l.2. §. poſt
23 originem.¶Not quarto;† Calumniator dr̃ ille,q̃ falſa crimĩna interdit,ut ff.ad Turpil l. 1.& ff.de his, qui notan.infa.l.
24 athletas §.calumniator. † Sed præuaricator eſt, qui crimina occultat,& diuerſam partem adiuuat propita cã ſua.Nã pręuaricatur,ex utraq; parte conſiſtit,quinimo ex aduerſo.
25 † Sed tergiuerſator eſt, qui fraudulenter ab accuſatione recedit,ut d.l.1.ff. ad Turp. Et punitur calumniator in criminib.ordinarijs,& extraordinarij, ad ſimilitudinẽ ſupplitij, ut C.ad accuſ.l.fi.Sed in ciuilibus punitur modò pœna pecuniaria,nunc infamiæ nota,nunc ſacramẽto, calumniæ, ut inf.de pęn.temerè litigantiũ, ꝑ totum,& C.de iud l.prope
26 randum¶Not.† quinto,& finaliter,ꝙ a legib.dr̃ aliquis religioſus, quia leges ſunt ſacræ, ut C.de legi.& conſti.princ. l.legis.Et habent ſe iſta per ordinem, arma, vſus armorum, uictoria, triumphus, leges, uſus legum calumniæ expul-

ſio,

Digitized by Google

ſio.& religio iuris. ¶Opp. primo contra p̃dicta,& videt̃, q̃ ſit inconueniẽs locutio.q̃a dicit,ꝙ oportet Imperatoriam Maieſtatẽ legibus armari & armis decorari,q̃a potius uidetur cõtrario mõ dicendũ. Sol. Hoc dr̃ cõgrue ad denotãdũ ꝙ arma & leges ſe inuicem indigent,vt C.de nouo Codice cõfirmando in prin. & ex illo practicatur l. qui reſtituere, ff.de rei vend. vel dr̃,quòd leges comparantur armis,q̃a iuriſtæ boni non minus proficiunt reipublicæ ſuis conſilijs, q̃ milites per arma ſuis vulneribus, vt C.de aduoc.diuer.iudi.l.aduocati. ¶Opp.ſecundo,& videtur,quòd incõuenienter dicitur, quòd principes debent armari legibus,quia militariũ eſt,arma ſcire,vt C.de iure delibe. l. ſancimus.Quanuis militares & principes non debeant iura naturalia ignorare.C.vnde vi.l.ſi quis in tantam.Sol Illud oportet, refertur ad arma & ad leges. Prout refertur ad arma, ponitur ꝓpriè,ſed prout refertur ad leges,ponitur,pro decet.

§. Quorum vtranq; via n.

1 *Iura uigilantibus ſubueniunt.*
2 *Prouidentia,eſt furtorum.*
3 *Barbari,qui dicantur.*
4 *Iuſtinianus quas prouincias receperit.*
5 *Imperator eſt dominus mundi & nu 8.*
6 *Iuſtinianus Codicem,& librum Digeſtorum compoſuit.*
7 *Promulgare,& componere,quid differant.*

Summat̃ ſic: Quidã populi arma dñi Iuſtiniani experti ſunt,& oẽs populi legibus ſuis regũtur.h.d.& eſt intel.textus ille: Quia prius dictũ eſt, ꝙ oportet Imperatorẽ uti armis & legibus ſubiũgit dñs Iuſtinianus,ꝙ ipſe utranq. viam.ſ. armorũ & legũ , annuente Deo ꝑfecit. Declarat primò de armis, dicens,ꝙ barbaricæ gentes cognoſcunt labores ſuo bellicos,& Aphrica,& aliæ prouinciæ victorijs ſuis de sęlo ꝓ ſuis,Imperio Romanorũ addi ꝑtellant. Declarat de legibus, & oẽs populi legibus ſuis regunt̃,q̃a conſtitutiones ſacras anteà cõfuſas in luculentã conſonantiã erexit, & deinde ad im nẽſa veteris prudentię volumina curã extendit,& 1 opus deſperatũ adimpleuit. Not. † primo,q̃a dicit in ſũmis

Digitized by Google

cit in ſūmis vigilijs, ꝙ iura ſcripta ſūt uigilātib. & cū vigi
lijs & laborib. addiſcunt, ut ff. de his q̄ infra cre. l. pupillus.
2 ¶No. † ſecundo ibi, prouidentia, ꝙ ſicut memoria eſt p̄teri-
torum, ſcientia præſentium, ſic prouidentia eſt futurorum.
3 ¶Notandum † tertio, ibi, barbaricæ; ꝙ barbari dicuntur, qui
ſunt extra Rom. Imperium ff. de uer. ſig. l. hoſtes. ¶Notan.
4 † quarto, quod Aphrica, & aliæ ꝓuinciæ prius erāt ſub Ro-
ma. Imperio, ſed per Vandalos fuerunt abſtractæ, qui Ro-
mā deſtruxerunt, & ornamenta ad Aphricā detulerunt, ſed
dn̄s Iuſtinianus noſter poſt centum & quinque annos, ite-
rum reduxit eas ad Ro. Imperium, ut dicitur in tex. & C. de
5 off. præf. præto. Aphricæ, l. 1. ¶Not. quinto, † quòd oēs popu
li debent ſeruare leges Imperatoris, quia ipſe eſt dominus
mundi, ut dictum eſt in rub. Et dn̄s Saluator noſter idcir-
co ſe ſubiectum Imperatori apparere voluit, cum ad eius
deſcriptionem tractatus eſt ad locum Natiuitatis, ut Lu. 2.
Exijt edictum a Cæſare Auguſto. Et didragma, quod eſt du
plex denarius, tributi pro ſe, & pro Petro per ipſum Petrū
iuſſit ſolui Imperatori. Matth. 17. & 23. q. 8. c. tributum. Et
ideo dicit Bar. ꝙ ille uidetur hæreticus, qui dicit Imperato
rem non eſſe dn̄m mundi, in l. hoſtes, ff. de capti. & poſtli. re
6 uerſis. ¶Notand. † vltimo, ꝙ Iuſtinianus ex codicib. Grego
riano, Theodoſiano, & Hermogeniano, fecit vnum Codi-
dicem, quē non hēmus, de quod intelligitur luculenta con
ſonantia in tex. Et poſt hoc ex trecentis milib. verſuum, &
duob. millibus librorum continentium ſenatuſconſulta prę
torum edicta, prudentum reſponſa, ualde confuſe cōpoſuit
librum florum. Et hoc intelligitur opus deſperatum, de reli
ctum, quia Conſtantinus tentauit hoc facere, ſed non po-
tuit. ¶Opp. cōtra p̄dicta, primo ſic, & vr̄ ſuperfluitas in tex.
cum dr̄, Vigilijs, & prouidentia, q̄ vn̄tur idem ſignare. Sic
poſtea, cum dr̄, promulgatis, & compoſitis. Sol. Vigiliæ refe
runtur ad leges, ut dictum eſt ibi nota. & prouidentia refer
tur ad arma. Nam in reb. bellicis ſæpe plus ualet prouiden-
7 tia, q̄ fortitudo. Differunt † ēt promulgare, & componere
quia ꝓmulgare eſt æquitatem naturæ occultā iuri laqueis
enodare, ſed cōponere eſt diffuſè promulgata ad ordinem
com-

Digitized by Google

2 cōpēdioſā redigere.¶Opp.†ſecundò ſic,& vr̃,ꝙ nō oēs populi regunt̃ legib. Imperatoris, q̃a ēt regunt̃ multi ſtatutis ſuis municipalib.Sol.Statuta municipalia, & cōſuetudinē, hn̄t robur ex legib.imperialib.de quib. tamen ſtatutis ſciēdū, ꝙ ſi non ſubditi in loco ſtatutorū cōtrahant, uel quaſi contrahant,obligant̃,ut ff.de inſtit.act.l.ſi pupillis,§.pſcribere.Et ſi delinquant ſciētes ſtatuta ēt obligātur,ut C. ubi de cri.agi.opor.l.1.Et ſi ignorāt,ēt obligant̃, ſi ſtatuta cōtineāt utilitatē reip. vt ff.de off.præf.urb.l.1.§.cura carnis.

§.Cumque.

1 *Iuſtinianus tribus cauſis motus eſt ad compoſitionem inſtitutionum.*
2 *Fabula.*
3 *Negationes duæ, affirmationem vnam conſtituunt.*
4 *Natalium ingenuorum quinque ſunt ordines*
5 *Conſiliarij Principum quales eſſe debeant. Item & Doctores.*
6 *Argumentum ex præteritis ad futurum itē a præſenti ad præteritū.*
7 *Inſtitutiones,cur dicantur legum cunabula.*
8 *Legum conditores,quos rerum euentus conſiderare debeant.*
9 *Magiſtri qui dicantur*
10 *Quæſtor capitur tripliciter,& an ſit illuſtris.*
11 *Anteceſſor,tripliciter accipitur.*
12 *Argumentorum vſus.*
13 *ſuaſio quomodo accipiatur.*

Sūmatur ſic. Iſtis peractis dn̄s Iuſtinianus mandauit tribus uiris componere iſtum librum ad utilitatē iuuētum ſtudentium.Et intell.tex.iſte eſt,quòd dn̄s Iuſtinianus iſtis peractis cōmiſit trib.uiris illuſtribus quorum ſolertiam,ſcientiā,& diligentiā expertus fuerat, ut cōponerēt ſua authoritate librum Inſtitutionū,vt iuuenes addiſcerēt leges,nō ex fabulis antiquorum,ſed appeterēt eas a ſplēdore imperiali,in quo q̃dē libro nihil inutile, uel perperā reperitur, in quo ēt ſtudentes plus poterunt proficere in primordio, i. primo anno, q̃ prius in quadriennio,& ut ſic initium & finis legum eruditionis,a principali uoce,hoc eſt,ab Impera-
2 tore procedat.¶Not.† primo,quòd hic tāguntur tres cauſæ efficientes,& finales huius libri.Prima efficiēs eſt Deus.

Secunda

Secunda eſt Iuſtinianus. Tertia ſunt tres viri illuſtres. Pri-
ma finalis tangitur ibi,ut liceat,vbi dr̄,ꝙ liber compoſitus
eſt,ut iuuenes nō a fabulis,ſed ab Imperatore recipiant le-
2 ges,& ſunt fabulæ† ſm̄ Tullium,q̄ nec uera,nec ueriſimilia
cōtinent.Secūda finalis tangit̄ ibi,& ut tā aures,vbi dicitur
ꝙ nihil inutile cōtinetur in iſto libro.Tertia finalis tāgitur
ibi,& quod in priore tpe,ubi dr̄,ꝙ per iſtū librum iuuenes
3 multum proficiēt in iure.¶Not.†ſecūdo,ꝙ due negationes
faciunt unā affirmationem,ut ff.de uer ſig.l.ex duobus.Sed
tres negationes faciunt negationem. Vñ datur regula,ꝙ ne
gationes in numero pari,faciunt affirmationem,ſed nume-
4 ro impari,faciunt negationem.ut ff.de ſer fug.l.1.¶No.†ter
tio,quod quinq. ſunt ordines nataliū ingenuorū. Primo uo
cātur ſuper illuſtres,ut Papa Imperator,& Reges. Scdi uo
cātur illuſtres,ut quōdā Pręfectus vrbis,Procōſul,& modo
Duces,& in ſtatu Eccl'aſtico, Cardinales. Tertij vocantur,
ſpectabiles,vt quondā Prætor,Præfectus vigilum,& modo
Comites,& Marchiones,& ī ſtatu Eccl'aſtico,Archiepiſco-
pi,& Epi. Quarti uocātur clariſſimi,vt quōdā Pręſides pro-
uinciarū mō Barones,& magni Militares, & in ſtatu Eccl'a
ſtico,Præpoſiti,& Decani.Quinti uocātur minimi iudices,
ut quōdā Magiſtratus,mō Burgimagiſtri,Scabini,& in ſtatu
Eccl'aſtico,Paſtore,vt elicitur in Auth. ut ab illuſtri. & qui
ſuper eam dignita,ſunt in prin.coll.5.Et in Auth. de appe.
5 §.illud etiam colla 4. ¶Notand. † quarto, quòd conſiliarij
principum debent eſſe experti in ſcientia, & probati mori-
bus in vita.Similiter & Doctores,qui hñt habere peritiam
docendi,facundiam dicendi,ſubtilitatem interpretandi,&
copiā diſcernendi,vt C.prof. qui in urbe Conſtantino do-
centes ex lege meruerunt comitiuam,l.unica.¶Notandum
6 † quinto,quòd ex præteritis arguitur ad futurum,ut l.non
oēs,ff. de re mili. &c. ex ſtudijs extra de præſum. Similiter
arguitur a præſenti ad pręteritum,ut C.ad leg.Iul.de adul.
7 l.ſi hi qui.¶Notan.ſexto, † quòd Inſtitutiones contentæ in
hoc libro,dicuntur legum cunabula,quia ſicut pueri primo
quieſcunt in cunabulis, ſic ſtudentes in iure debent primo
laborare,& inſiſtere,ut intelligāt iſtum librum ut ff.de orl.
præte.

8 præſe.p̄t.l.1.§.his cunabilis.¶No.†ſeptimo,ꝙ a conditores legum conſiderat̄ caſus,qui ſolēt accidere,& nō ea,q̄ nunquā accidunt,ut in Auth.ut ſine prohibitio.matres,§. quia vero.coll.7.& ff.de legi.& ſenatuſconſ.iura.& l.ſeq. ¶Not. octauo,ꝙ iſtā ſcientia habet initium & finem,quod in multis alijs ſciētijs nō eſt ſic, ut in procemio ffſorum, ſed quia..

9 Not. † finaliter, quod ēt Doct. iuris p̄n̄t uocari Magiſtri,ut colligitur ex prima prop. & ex tex.Sed Io.And.in cle.vnica de Magiſtris dicit, ꝙ ſolutum artium, & ſacrę Theologiæ Doc.dici dēnt Magiſtri,addens, qđ Doctores in iure nō debent dici Magiſtri,ſed habetur hic expreſſe,ꝙ ſic,quia dicitur,in §. cumq. Triboniano uiro magnifico Magiſtro. ¶Ar-

10 guit primo ſic† & videtur,ꝙ non bene dr̄ in tex.ex quæſtori,quia tale offm̄ non reperitur in iure.Sol.Ex quæſtor ponitur hic pro quæſtore Sed tunc replicat̄, qua q̄ſtor non eſt illuſtris neceſſario,ſed iſte dicitur illuſtris.Sol. quæſtor capitur tripliciter.Vno mō ꝓ eo,qui colligit tributa.Secundo modo pro eo,qui præeſt deciſioni cauſarum. Tertio modo pro eo, qui legit libros principales coram Imperatore, qui dictus erat alio nomine,candidatus principis, tunc dicitur, quod quæſtor primo modo non neceſſario eſt illuſtris, ſed duobus alijs modis communiter eſt illuſtris , ut colligitur. ff.de oſt.q.l.1. ¶Opponit. ſecundo & videtur, ꝙ non bene dicatur in tex. Anteceſſoribus noſtris,quia iſti non antece-

11 debant Imperatorem.Sol.Anteceſſor. † dicitur aliquis tripliciter.ſ dignitate,ætate,& ſcientia. Licet ergo iſti non antecedebant dignitate, tamen antecedebant ætate, & ſcientia. Vel dicuntur anteceſſores,quia fuerunt cum prioribus

12 Imperatorib.¶Opponitur † tertio,& videtur, ꝙ non conuenienter dicitur Argumentis in tex. quia per argumenta habetur opinio,& non proprie certitudo. Sol. Argumenta intelliguntur hic,opera,quæ probant hominem, ut in Aut. de Monachis,§.ſancimus,colla.1. quomodo ēt probamus ſacerdotem fornicarium notorium,per argumenta gradientia ſuper terram,id eſt, per proles,quæ ſunt effectus oſten-

13 dentes eum non continentem.¶Oppon. † ultimo & uidetur,quòd non bene dicatur in tex.ſuaſionib quia ſuaſio ſo-

nat

nat in malum.ff.de ſeruo corrupto.l.2.§.perſuadere. Solu.
Suaſio ſumitur hic,ut non nominet ſuggeſtionẽ in bonum.

§.Igitur poſt libros.

1 *Inſtitutionũ liber ante Codicẽ fuit compilatus, ſtatim poſt Digeſta.*
2 *Digeſta vnde dicantur.*
3 *Diuiſionis vſus*
4 *Inſtitutiones ſunt iurium principia.*
5 *Leges aliquando per contrariam conſuetudinem abrogantur.*
6 *Iura, quæ frequenter accidunt, conſiderant.*

Sumatur ſic: Poſt libros Digeſtorum, factus eſt, & diuiſis
in quatuor libros iſte liber Inſtitutionũ, hoc dicit. Sed in-
tellectus textus eſt iſte. Poſt libros Digeſtorũ ſeu Pandecta
rum quinquaginta, quos Iuſtinianus ꝑ eundem Triboni-
anũ, & cæteros uiros illuſtres cõfecit iuſſit illũ librũ cõpoſi
tũ ex antiquis Inſtitutionibus, & cõmentis ſuꝑ eis factis, &
præcipue ex cõmento Caij, & ex libro rerũ quotidianarũ
diuidi in quatuor libros ad modũ quatuor elementorum:
quem quidẽ librum cum dicti iuriſtæ dño Iuſtiniano obtu-
lerunt, legit, & imperiali authoritate approbauit. ¶Notan-
1 dum † primo, ꝙ iſte liber Inſtitutionum factus eſt ſtatim
poſt librũ Digeſtorũ, & ante Codicem, ut ſatis clarè patet
hic, & ꝓbatur etiam, quia in iſto libro annus vtilis obtinet
in reſtitutionib. minorum, & maiorum, ut infra de actio. §.
rurſus, qui nõ obtinet ſm librum Codicis, ut C. de tempo.
in integr. reſti. l. fi. etiam in libro Codicis fit mentio de hoc
libro, ut C. de emend. noui Codicis, in princ. ¶Notandum
2 † ſecundò, ꝙ Digeſta dicuntur, quia in eis decidenda dige-
runtur, & uocãtur Pandectæ a pan, quod eſt totũ, & decten
doctrina, quia cõtinẽt Digeſta totã doctrinã iuris, ut colli
gitur, C. de uete. iur. enucleando. l. 2. ¶Notãdum tertio, ꝙ
3 † diuiſio vtilis eſt intellectui. ff. de uerb. ſig. l. 2. §. quibuſcũq.
Nam diuiſio animum legentis incitat, mentem adoleſcentis
præparat, & memoriã informat, ut infra de lega. §. ſed non
4 uſque. Notãdũ † quartò, ꝙ ſicut elemẽta ſunt principia om
nium corruptibiliũ, & gñabilium, ſic iſti quatuor libri In-
5 ſtitutionum oĩum iurium. ¶Notandum quintò, † qđ leges
interdum per contrariã conſuetudinem abrogantur, & ne-

Digitized by Google

rum aſſumuntur, & vires recipiũt, ff. de ſepul. viol. l. 3. §. diuus. Et habetur exemplum, C. de iudicij, l. rem non nouã.

6 ¶Notandum † vltimò, ꝙ antiqui habebant librum quotidianarum rerum, in quibus ſingulis diebus continebantur gerenda per eos, & qualiter iudicarẽt. Ex quo patet, ꝙ iura conſiderãt ea, quæ freq̃ueter eueniunt, ut ff. de leg. & ſenatuſc. l. nam ad ea. Opponitur ſic. Et uidetur, ꝙ in tex. inconuenienter dicatur, iuſſimus partiri, quia apparet, ꝙ diuiſio præcederet compoſitionem, quod eſt impoſſibile. Solutio. Textus debet intelligi per implicationem, ut ſcilicet iuſſit librum fieri, & poſtea diuidi.

§. Summa itaque ope.

1 *Studentes mores magis, quam ſciẽtia expetere debent, & excolere.*

2 *Reipubl partes quæ ſint.*

Studentes dẽt recipere iſtum librum, ut idonei fiant ad regendum rempublicam, ſed intellectus textus eſt iſte: Summa itaque ope, & alacri ſtudio, vos ſtudentes ſcilicet, ſuſcipite has noſtras leges, ut uoſmetipſos in illis ſic eruditos oſtendatis, ut legitime opere perfecto noſtrã rempub. in partibus uobis credendum gubernare ualeatis. ¶Notan-

1 dum † primo, ꝙ ſtudentes non ſolum debent proficere in ſcientia, ſed etiam in moribus, q. plus ualent, q̃ diuitiæ, ff.

2 de tut. & cura. datis ab his. l. ſcire oportet. in fi. ¶† Notandũ ſecundo, ꝙ partes reipublicę ſunt, Præfectura, Prætura, Cõſulatus, & ſimiles de quibus ff. de offi iud. & C. eod. per totum. ¶Opponitur primò ſic, Superflue uidetur dici in tex. Summa ope, & alacri ſtudio, quia uidentur idem importare. Solutio. Summa ope, intelligitur quo ad laborem corporalem, quia ſecundum Pamphilum, alias Horatium, labor improbus omnia uincit, de pœnit. diſt. 1. c. importuna. Sed alacri ſtudio, dicitur quo ad affectionem, quæ rei nomen imponit, ut C. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 1. & ff. de furtis, l. qui iniuriæ. Opponitur ſcđo, quia textus uidetur hic ponere cauſam finalem, & inconuenienter, ut uidetur, quia illa poſita eſt in §. cumq. Solutio. Ibi poſita eſt cauſa finalis huius libri, ſed hic ponitur cauſa finalis totius ſcientiæ iuris ciuilis.

Digitized by Google

LIBER PRIMVS.

DE IVSTITIA, ET IVRE.

TITVLVS PRIMVS.

1 *Iuſtitia eſt mater iuris.*
2 *Ius eſt miniſter iuſtitiæ.*

1 CIRCA hanc rubricam,† notandum, quòd dñs Iuſtinianus tractaturus de iure, incipit a iuſtitia, quia ſicut obligatio eſt mater actionum, & ideo doctrina de obligationibus præcedit doctrinam de actionib. ut infra patebit, ſic iuſtitia eſt mater iuris. ut ff. de procura. l. licet §. ea obligatio. Capitur tamen nunc iuſtitia, ut eſt in in habitu, vel incipit a iuſtitia tanquam a principali virtute ut in Authen. ut omnes obedian. iud. prouinciæ, §. 1. col-
5 la. 5. & eſt † ius tanquam filius uel miniſter iuſtitiæ, ut ff. de iuſt. & iu. l. 1 ¶ Opponitur primo contra iſtam rubricam ſic, quod plus eſt in rubro, quam in nigro, quod uidetur inconueniens. In nigro enim nihil uidetur poni de iure. Solutio. Hoc non habet Iuriſconſultus pro inconuenienti, & ſimile habetur C. de relig. & ludo aleæ, quia in nigro non habetur de ludo aleæ. vel poteſt dici, quod hic in nigro etiã tractatur de iure, ibi ſcilicet, Iuris præcepta.

§. Iuſtitia, eſt conſtans.

1 *Iuſtitia quid variè.*
2 *Iuſtitia diuina, an conueniat cum humana.*

1 Iſte §. in ſummario † continet diffinitionem iuſtitiæ, & iõ loco ſummarij, & intellectus textus ponitur diffinitio iuſtitiæ, quæ eſt iſta. Iuſtitia eſt conſtans & perpetua uoluntas, ius ſuum vnicuique tribuens. ¶ Notandum primò circa iſtã diffinitionẽ, q̃ poteſt intelligi de iuſtitia diuina, & tunc intellectus eſt clarus; vel de iuſtitia humana, & quia tunc habet difficultatem, ponit glo. alias diffinitiones iuſtitiæ una eſt ſecundum Tullium: Iuſtitia, eſt habitus animi ſeu mentis cõmuni utilitate ſeruata, ſuã vnicuiq. tribuẽs dignitatẽ.

Digitized by Google

Alia eſt ſecundum ipſum Accurſum. Iuſtitia, eſt congrua animi diſpoſitio in ſingulis reb. rectè dijudicans. ¶Opponitur contra prædicta, & vr̄ primò, ꝙ iſta diffinitio iuſtitię, non conueniat iuſtitiæ diuinæ, ſēm quam tantum datur operatio veſpertino, quantum matutino, & laudatur hoc in iuſtitia diuina, vt Matth. 21. ff. de ann. le l. 2. & ff de verb. ſig. l. 2. & ſic non vr̄ tribuere vnicuique ius ſuum. Solutio. Dictum illud Euangelicum parabolicum eſt, & ſic myſticè eſt intelligendum, vt. ſ. tantum premium recipiat in regno cælorum benefaciens in fine ſęculorum, ſicut benefaciens in principio mundi, quia oēs recipient denarium diurnum, eſ-
2 ſentiale præmium. Opponitur † ſecundò, & uidetur, quod iſta diffinitio non pōt cōgruè intelligi de iuſtitia humana, quia hominis uoluntas non eſt conſtans, neq. perpetua; ſepties enim in die cadit iuſtus, ut de pœni. diſt. 3. c. ſepties, & nunq̄ in eodem ſtatu permanet, nec aliquid eſt in rebus humanis immutabile, ut in Auth. de reb. eccle. non aliena. ſeu permu. §. vt autem coll. 2. Solutio. Glo. metu huius dicit, qđ abijcienda ſunt illa duo verba, perpetua, & cōſtans. Sed quia iſta gl. vr̄ textum deſtruere, ideo aliter dicendum, prout ēt elicitur ex gl. quod voluntas ponitur hic pro ratione, quæ eſt perpetua, & conſtans, ut C. de interdic. l. 1.

§. Iuris prudentia.

1 *Iuris prudentia diffinitio & eius explicatio. nu. 2.*
3 *Iuſtitia ius, & iuris prudentia, in quo differant.*
4 *Diuinorum notitia, an pertineat ad quemque priuatum.*

¶In iſto etiam. §. ſummarium, & intellectus textus comprehenduntur in diffinitione iuris prudentiæ, quæ eſt: Iuris
1 † prudentia, eſt rerum diuinarum, atque humanarum noti-
2 tia, iuſti atque iniuſti ſcientia. ¶Notandum primò † notitia poteſt hic intelligi nominatiui caſus, & ſcientia ablatiui, vel è contra, ut dicit gl. ſed ſi recte attendantur uerba ſecundum veritatē, ambo ſunt nominatiui caſus, nec diuerſitatem caſus admittit cōiunctio ibi poſita, nec ueritas diffini-
3 tionis. ¶Notandum † ſecundò quòd ſic differunt, iuſtitia, ius, & iuris prudentia, quia iuſtitia eſt uirtus, ius eſt executiuum illius uirtutis, & iuris prudentia eſt ſcientia illius,

iuris

iuris. Vel ſic, Iuſtitia tribuit vnicuiq. quod ſuũ eſt, ius adiuuat, & iuris prudentia docet qualiter hoc ſit faciendum, vel ſic, Iuſtitia eſt ſummum bonum, quia eſt præclariſſima uirtutum, ius eſt medium, iuriſprudentia infimũ. ¶ Opponitur
4 † contra iſtam diffinitionem ſic, quia notitia rerũ diuinarũ ſpectat ad ſacrã Theologiã, ergo non ad iuriſprudentiam. Solutio, ꝙ licet perfecta notitia ab homine habenda de rebus diuinis pertineat ad Theologiam, tamen quantum ſufficit bono Chriſtiano pro fide ſua, etiam habetur notitia de rebus diuinis in iure, non ſolum canonico, ſed etiam ciuili, vt C. de ſum trin. & fide catho. de ſacroſanct. Eccl. de Epiſc. & cler. in multis titulis Authenticorum.

§. His igitur.

1 *Iura quo ordine ſint tradenda.*
2 *Iuuentus inconſtantia, & conſilij imbecillitate laborat.*
3 *Maria, Hebreis Haalma.*

1 Summatur ſic, Iura † ſunt tradenda procedendo a facilioribus ad difficiliora, hoc dicit, ſed intellectus tex. eſt iſte. Poſtq̃ poſitæ ſunt diffinitiones dictæ, exponenda ſunt iura populi Romani procedẽdo primo leui & ſimplici uia, quia ſi in principio animus infirmus ſtudentiũ difficultatib. oneraretur, ſequeretur alterum duorum incõuenientium, ſcilicet aut deſertio ſtudiorũ, uel cum magno labore, & diffidẽtia, q̃ ſæpè iuuenes auertit, ꝑueniretur tardius ad id, ad qđ
2 leuiori via fuiſſet peruentum. ¶ Notandum primo † hic, ꝙ in iuuenibus eſt inconſtantia, & infirmitas animi. ff. de procura. l. in cauſæ, & in Auth. de mona. § cogitandum colla. 1. vnde dicit ſapiens, Difficilia mihi tria ſunt, & quartum penitus ignoro. Primum eſt, uia aquilæ in cęlo. Secundum, via colubris ſuper petram. Tertium, via naui in medio mari. Quartũ, uia viri in adoleſcentia, ſm ꝙ cõiter exponunt literã Doctores. Et ideo iura dant eis in integrũ reſtitutionem, vt infra de hæredum qualit. & differ. §. ſciendum. veritas autem hebraica habet, ſecundum Hierony. & Nicolaum de Lira, ut manifeſtum eſt. Quartum quod penitus ignoro, uiam uiri in adoleſcentula Et eſt uera litera, & exponitur de Chriſto ad literam, qui fuit vir ab inſtanti conceptionis, plenus

Digitized by Google

gratia & ſcientia. & illius viri viã in adoleſcẽtula, id eſt in
3 beata virgine† Maria, quæ apud Hebros vocatur Haalma, id eſt, virgo abſcõdita & ſingularis, Salomon penitus ignorauit, quod & Euãgelicus Propheta Eſaias ignarus tacuit, dicens, Generationẽ eius quis enarrabit? Alias de nullius viri via poteſt rationabiliter dici, quod Salomõ eã penitus ignorauerit, cum omnium habuerit ſcientiã. ¶ Opponitur contra prædicta, ſic. In iure non debet eſſe ſuperfluitas, per §. quibus, in prima conſtitutione Codicis, ſed hic uidetur ſuperfluitas, qñ dicit tex. leui & ſimplici. Similiter, diligentiſſima, & exactiſſima interpretatione, igitur, &c. Solutio. Leui refertur, ad verba, & ſimplici, ad ſententiam. Similiter diligentiſſima, refertur ad ſubtilitatem verborum, & exactiſſima, ad ſubtilitatẽ ſententiæ, & ſic non eſt ſuperfluitas.

§. Iuris præcepta.

1 *Iuris præcepta, quæ, & quot ſint.*
2 *Iurium poteſtas, & uſus.*
3 *Honeſtas in quibus conſiſtat.*
4 *Iuris diffinitio cum diffinito conuertitur.*
5 *Lędentis ſeipſum pœna.*
6 *Lædit, qui iuuare poteſt & non facit.*
7 *Generis cognitio, infert ſpeciei cognitionem.*

1 Summarium & intellectus textus ſimul ponũtur, ſic † Iuris præcepta ſunt, honeſtè uiuere, alterum non lædere, ius
2 ſuum cuique tribuere. ¶ Notandum primò, † ꝙ hic ponuntur iuris præcepta, id eſt iura, quæ præcipiunt. Nam aliqua iura puniunt, & aliqua permittunt. vt ff. de legi & ſenatuſconſul. l. leges. Aliqua etiam iura conſulunt, ut ff. de rei uend l leges. Aliqua etiam exhortantur, ut C. de tranſact. l.
3 age. Notandum ſecundò, ꝙ iſta † honeſtas poteſt conſiſtere in matrimonio, ut ff. de ritu nup. l. ſemper: Poteſt etiam conſiſtere in moribus, vt ff. de tuto. & curato. dat. ab his. l. ſcire oportet. §. penul. & vlt. vbi dicitur, ꝙ boni more plus quàm diuitiæ operantur, vt ſuprà in §. ſumma. dictum eſt.
4 Notandũ tertio, ꝙ † iſta æquipollent cũ diffinitione iuris, quæ ſic dari ſolet. Ius, eſt ars æqui, & boni, qua merito nos quis ſacerdotes appellat. l. 1. ff. de iuſti. & iure. Nã iuris præ

cepta

cepta tantum valent, ſicut ars: quæ eſt collectio præceptorum, honeſte uiuere, & alterum non lædere, tantum ualent, ſicut, æqui & boni, & ius ſuum cuiq. tribuere, tantum ualet ſicut, qua merito nos quis Sacerdotes appellat, id eſt, ſacra iura adminiſtrantes. ¶ Opponitur primo ſic. Etiã eſt præceptum iuris, vt quis nõ lædat ſeipſum, quod hic nõ ponitur, vt patet. ff. de re mili. l. omne delictũ. § qui ſe, ergo non ponũtur hic omnia præcepta iuris. Sol. Verum eſt, præceptum
5 iuris eſſe, vt quis ſe non lędat. Et † ideo dicunt Doctores, ꝙ ſi clericus ex propoſito læderet ſeipſum, caderet in canonem, ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Sed illud præceptum continetur hic ſub illo alterum nõ lædere, ſicut in præceptis legis diuinæ in dilectione proximi continetur dilectio ſui ip
6 ſius. ¶ Opponitur † ſecundò, quia non ſolum tenemur alterum non lædere, ſed etiã iuuare. 86. diſt. c. paſce. Ergo ſunt plura præcepta iuris. Sol. Alterum iuuare continetur in alterum non lædere, vt alleg. diſt. non ſatis. Quia n. poteſt adiuuare & non facit, pro certo lædit. 23. q. 3. c. qui poteſt obuiare. ¶ Opponitur tertio, & uidetur ꝙ iſta duo, honeſtè uiuere, & alterum non lædere, contineantur in illo, quod eſt, ius ſuum vnicuiq. tribuere, vt ſupra eodem, in deffinitione iuſtitiæ. Sol. Regula eſt, quando genus ponitur cum aliqua ſua ſpecie copulatiuè, tunc genus intelligitur poni pro alia
7 ſpecie, aut alijs ſpeciebus ab illa expreſſa. Nota, † quòd per cognitionem generis deducitur quis bene ad ſpeciem, vt notatur in l. 1. ff. ſi certum petatur.

§. Huius ſtudij.

1 *Ius duplex, publicum & priuatum.*
2 *Ius publicum, quot & quibus modis dicatur, & nu. 3. 4. 5.*
6 *Ius publicum Romanorum ex quibus conſtet.*
7 *Ius priuatum, an contineat ius naturale.*

1 Summarium † & intellectus textus etiã ponuntur ſimul, quia eſt diuiſio. Dicitur. n. hic, quod duplex eſt ius, ſcilicet publicum, & priuatum. Publicum, quòd ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Priuatum eſt, quod ad ſtatum ſingulorũ pertinet. De priuato ergo eſt dicendũ, quod collectum eſt ex præceptis naturalibus iuris gentium & ciuilibus. ¶ Notandum

2 dum primò, † ꝙ ius publicum dicitur multis modis: Vno modo, quod eſt authoritate publica factum, & ſic ius poſitiuum, vel naturale, gẽtium, vel ciuile, vel etiam ſtatuta mu-
3 nicipalia, dicuntur ius publicum. ¶ Secundo modo, † illud dicitur eſſe de iure publico, quod eſt ad vſum ſingulorũ in tota republica, vt ſunt plateę, vici, forum & ſimilia, de qui-
4 bus. ff. ne quid in loco publico. ¶ Tertiò modo † quod eſt in dominio reipu. ad vſum ſingulorũ in illa republica contentorum, vt ſunt molendina, piſtrina, nemora, vt ff. de cõ-
5 trahen. empt. l. Celſus. ¶ Quarto modo † dicitur ius publicum, quod eſt ad vtilitatem reip. ordinatum, & ad ius uniuerſitatis, & ſic dicitur ius publicũ Romanorum, quod cõſtat ex ſacris, & ex ſacerdotibus, & ex magiſtratibus, vt C.
5 de ſumma tri. & fide catho. l. inter claras. ¶ † Conſtat enim ex ſacris, ſcilicet eccleſiijs, monaſterijs, &c. in quib. obtinetur venia peccatorum. vt ff. ne quid in loco publico Cõſtat etiã ex ſacerdotibus, per quos obtinetur venia peccatorũ, vt de pęnit. diſt. 6. c. qui vult cõfiteri, & c. ſacerdos. Et ideo etiã ſecundo ius ciuile quilibet Chriſtianus tenetur vindicare iniuriam ſacerdotum, vt C. de epiſ. & cle. l. ſi quis in hoc genus. Conſtat etiam ex magiſtratibus, per quos iura conſeruatur. ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt orig. ¶ Notandũ ſe-
7 cundò, † ꝙ ius priuatum in ſuo toto continet ius naturale. Exemplum, vt nemo locupletetur cum alterius iactura, ut ff. de condi. inde. l. nam natura, continet etiam ius gentiũ. Exemplum, vt quod quis ob tutelam ſui corporis facit, iure facit, vt ff. de iuſt. & iu. l. 3. continet etiam ius ciuile, ut de vſuc. præſcr. & alijs, ut infra patebit de uſuca. Hæc etiã eadem continet ius publicũ. & poſſunt poni eadem exempla. ¶ Opponitur primò contrà prædicta, & videtur, quod non ſolum ius publicum Romanum conſtet ex ſacris &c. quia in alijs locis etiam ſunt iſta. Solutio. iſta principaliter pertinent ad ius Romanũ, & in illo iure, primò ſunt aſſumpta, vt ff. de orig. iur. l. 2. quamuis etiam in alijs rebus publicis, ex conſequenti reperiantur, vt ff. de verb. ſigni. l. cum qui. ¶ Opponitur ſecũdò, & videtur, ꝙ textus non bene procedat, quia ponitur ius publicũ in diuiſione, & de eo non fit mentio in proſecutione. Solutio. intellecto iure priuatò

uato, faciliter intelligitur ius publicum. & licet hic de eo non tractetur, alibi tñ fit mentio de eo, ut ff. de iure fiſc. C. eo. lib. 10. per totum librum, & in duobus lib. ſequentibus.

DE IVRE NATVRALI, GENTIVM, & ciuili. Titulus II.

1 *Diuiſio huius tituli in tres partes.*

CONtinuatur ſic. Dictum eſt ſupra titulo proximo. §. fi. quòd ius priuatum tripartite collectum eſt, ſcilicet ex iure naturali, gentium, & ciuili. Idcirco nunc tractãdum

1 eſt de iſto. Et † diuiditur iſte titulus in tres partes. In prima facit, quod dictum eſt. In ſecunda ibi conſtat, ponit aliã diuiſionem iuris. In tertia ibi, omne aũt ius, ponit tertiam diuiſionem. Prima pars ſubdiuiditur in quatuor. In prima tractatur de iure naturali. In ſecunda tractatur ſimul de iure ciuili, & gentium. De ciuili ibi, Ius autem ciuile. De iure gentium ibi, Quod vero. In tertia tractatur de iure ciuili per ſe, ibi. Sed ius. In quarta de iure gentium per ſe, ibi, ius autem gentium.

§. Ius naturale.

1 *Ius naturale quid.*
2 *Coniugium a iure naturali manauit. limit. & nu. ſeq.*
4 *Pater tenetur de iure naturali alere filium, etiam naturalem. Et quid de filijs in parentes? nu. 5.*
6 *Ius naturale, uarie accipitur.*
7 *Cœlum, quomodo accipiatur in textu.*
8 *Coniunctio maſculi & fęmina, eſt duplex.*

1 Summatur ſic: Id, quod † natura omnia animalia docuit, dicitur ius naturale. Intellectus textus eſt iſte. Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit, & non ſolum conuenit homini, ſed omnibus animalibus naſcẽtibus in cęlo,

2 in terra, & in mari. † Et ex iſto iure deſcendit maris, & fœminæ coniugatio, quod matrimonium appellatur, prolium procreatio, & educatio. ¶ Notandum primo, quòd conuenientius intelligitur, naturam hic poni pro natura naturata, quam pro naturante, quæ eſt ipſe Deus. ¶ Notandum ſe-

3 cundo, † quòd matrimonium originaliter eſt de iure naturali,

Digitized by Google

turali, ſed propter bona eſt de iure gentium, & quo ad ſolẽnitatem & aliquã formalitatem, eſt de iure ciuil. Quòd enim inter aliquas perſonas prohibetur matrimonium, vt infra de nuptijs, & ff. de ritu nup. per totũ, eſt de iure ciui-
4 li. Notandũ, tertiò, † quod pater de iure naturali, debet nutrire filium ſuum, vt hic, & ff. vnde liberi. l. ſcrip. hæred. Et non ſolum filium legitimum, ſed etiã naturalem, vt ff. de
5 agnoſcen. libe. l. ſi quis. §. ſed ſi filius. Sic † etiam filij tenentur nutrire parentes in neceſſitate, vt eadem l. & ff. fami. erciſcun. l. ſi filias Sed non tenetur pater nutrire filium ſpurium, vt in Auth. qui. mo. natur. efficiuntur legitimi. § 1. colla. 7. & hoc iure ciuili. Iure tamen canonico tenetur, vt in c. cùm haberet. extra de eo, qui duxit matrimo. quam polluit per adulterium. Mater etiam tenetur nutrire filiũ primo triẽnio etiam vulgo conceptum, vt C. de pat. pote. l. nec filium. ¶ Contra prædicta opponitur primò ſic: Quia in prima diſt. decreti, ius naturale diffinitur ſic, quòd in Lege, & in Euangelio continetur, ergo nõ bene diffinitur hic.
6 Solu. † Ius naturale accipitur multis modis. Vno modo, pro iure gentium, vt infrà de rerum diuiſi. §. ſingulorum. Secũdo modo, pro iure pactorum, & ſic pro iure prætorio, vt ff. de pac. l. 1. Tertio modo, pro iure contrario iure pactorũ, ſcilicet quo pacta reſcinduntur, vt ff. de mino. l. 1. Quarto modo, ꝓ iure, quod eſt ex inſtinctu naturæ, & ita capitur hic. Quinto pro eo, quod eſt de dictamine rationis, & ſic
7 capitur in oppoſito ſiue obiecto. ¶ Opponitur † ſecundò, nullum animal generatur in cœlo, ergo hoc inconuenienter dicitur in tex. Sol. Cœlũ capitur hic pro aere, & ſic aues habitantes in arboribus, dicuntur naſci in cœlo, ut infra, de rerum diuiſio. §. apium. Ex quo patet ſecundum aliquos Doctores, quod ſi aliquis bannitus extra territorium, reperiretur in arbore, nõ poſſet apprehendi ut bannitus. ¶ Opponitur, tertiò, & vr, ꝙ coniunctio maris, & fœminæ non ſit de iure naturali; quia illa interdum eſt illicita, ut forni-
8 caria, ſed ius eſt æqui, & boni. Solut. Duplex † eſt coniunctio maris & fœminæ, ſcilicet corporum, & animorũ. Coniunctio corporum eſt de iure naturali capiendo ius naturale quarto modo, & habet illicitatem non ab illo iure, ſed

de

de iure naturali quinto modo, & ex illo eodem modo quinto iure dicto, eſt coniunctio animorum, quæ vocatur matrimonium, ut ff. de reg. iur. l. nuptiæ.

§. Ius autem ciuile.

1 *Ius ciuile quid. Et quot modis dicatur. nu 3*
2 *Populi diuerſitas, uarium inducit regimen.*
4 *Tutela eſt de iure gentium, & ciuili, & id uarie.*

1 Summatur ſic, † Ius ciuile eſt, quod quælibet ciuitas ſibi conſtituit. Intellectus textus eſt iſte, quod ius ciuile aut gẽtium nõ diuiditur. Nam populi, qui legibus, & moribus reguntur, partim ſuo proprio, & partim cõi iure omnium hominum vtuntur. Nam vnaquæque ciuitas conſtituit ſibi ius, & hoc vocatur ius ciuile, quaſi ius proprium ciuitatis.
2 ¶ Notãdum † primò, circa iſtum textum, quòd quidam populi reguntur moribus & nõ legibus, quidã legibus, & moribus, quidam nec legibus nec moribus, ut homines ſylueſtres. ¶ Opponitur cõtra textum, quia ius ciuile dicitur lex 12 tabularum, vt ff. de iuſt. & iure. l. ius autem ciuile. §. hoc
3 igitur. Ergo non eſt ius ciuitatis. Solu. † Ius ciuile dicitur multis modis. Vno modo, ſtatuta municipalia dicuntur ius ciuile, vt C. de emancip. libe. l. 1. Secundo modo, dicitur ius ciuile, lex 12. tabularum, ut in argumento. Tertio modo, dicitur ius ciuile omne ius non prætorium, ut ff. de iuſt. & iure. l. ius autem ciuile. §. ius prætorium. Quarto modo, dicitur diſputatio prudentum, quæ fuit facta ſuper legem 12. tabularũ, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. ea diſputatio. Quinto modo, cupitur pro omni iure ſcripto, ut ff. de varijs, & extraordina. cogn. l. 1. in §. autem rem ſanctiſſima. Sexto modo dicitur ius ciuile, quod additur iuri naturali, id eſt ut ſolẽnitas, vel formalitas matrimonij: vel quod abſtrahitur iuri naturali vt in vſucapione, uel ẽt quod additur iuri gentiũ, ut tu
4 tel. † quæ inuentione, & origine eſt de iure gentium, ſed approbatione eſt de iure ciuili, uel etiã quod abſtrahitur iuri gentium, vt reſtrictio poteſtatis dominivè ſuper ſeruos, ut infrà de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. §. ſed hoc tẽpore.

§. Quod

Digitized by Google

§. Quod vero natura.

1 *Ius gentium manat a dictamine rationis naturalis.*

2 *Parentibus parere & patriam tueri, ſunt de iure gentium. Item pacta & conuentiones.*

3 *Populum, quot homines faciant, quot collegium, quot turbam. Item quot porci aut oues gregem.*

4 *Dominia qualiter, & quo iure acquirantur remiſſiue.*

5 *Ius populi Rom. eſt duplex.*

POTEST ſic ſummari: Ius gentium eſt a dictamine rationis naturalis. Et intellectus textus eſt iſte, ꝙ illud, quod naturalis ratio inter omnes homines cōſtituit, id apud oēs gentes æqualiter ſeruatur, & vocatur ius gentium: ſic populus Romanus partim ſuo iure proprio, & partim cōi iure omnium utitur. Et hæc qualia ſint infra ſuis locis dicetur.

1 ¶ † Notandum primo, ꝙ ius gentium eſt de dictamine naturalis rationis, & ſic ſæpe uocatur ius naturale, ut hic & infra. §. ult. eo. tit. Et ideo ibi dicitur, illud ius eſt immutabile,
2 & pro hoc intelligitur gl. ſuper verbo, naturale. ¶ † Notandum ſecundo, ꝙ religio diuina, parere parētibus, & patriæ repellere uiolentias, ſunt de iure gentium, ut ff. de iuſti. & iure. l. i. in fi. De hoc iure etiam ſunt pacta, & cōuentiones, vt ſtatim patebit. §. ius autem gentium. eod. tit. Et per hoc
3 intelligitur gl. ſuper uerbo, utuntur. ¶ Notandum † tertio, circa verbum, populus, ꝙ decem homines faciunt populū, duo congregationem, tres collegiū, 15. turbam, ſed quinq; porci, uel decem oues faciunt gregem, ut vult Bar. in l. prætor. ff. ui bono. raptorum. & glo. in c. i. de elect. lib. 6. ¶ No
4 tandum finaliter, † circa gl. verbi, quæ ſingula. ꝙ illa dicentur infra de rerū diuiſione. §. ſingulorū. ubi declaratur, qualiter dominia acquirūtur iure gentiū, & infra de uſuc. & ti. ſequen. qualiter dominia acquiruntur iure ciuili, uel etiam iure gentium, dicetur infra §. vlt. eo. tit. ubi dicitur, ꝙ alterum, ſcilicet ius gētium, eſt immutabile, & alterum, ſcilicet ius ciuile, eſt mutabile, & ſic intelligitur illa gloſ. quæ ſatis confuſe eſt poſita ſuper verbo, quæ ſingula. & ſuper verbo
5 proponemus. ¶ Opponitur ſic, † & uidetur, ꝙ populus Romanus non utitur iure proprie, ſicut dicitur in tex. quia ius

populi

populo Romani eſt lex, ut infra patebit. eo. ti. §. lex. Sed lex eſt communis. Solu. Duplex eſt ius pop. Romani. Quoddā, quod conſtitutum eſt pro populo in vrbe Romana tātum, & hoc dicitur ius populi Romani proprium. Aliud eſt, quod eſt conſtitutum pro omni populo ſub Romano Imperio, & ſic dicitur ius populi Romani commune, & per hoc intelligitur glo. ſuper verbo ſuo.

§. Sed ius quidem.

1 *Ius ſimpliciter poſitum, de quo intelligatur.*
2 *Athenienſium ius per quos fuerit compoſitum.*
3 *Legatum factum eccleſiæ, de qua in dubio intelligatur.*
4 *Romani, unde dicti, item unde Quirites.*

Summatur ſic. A qualibet ciuitate capit denominationē ſuam Ius ciuile. Et intellectus textus eſt iſte, qđ ius ciuile appellatur a ciuitate, ubi cōponitur, ut ius Athenienſium, vocatur compoſitum per Solonem, uel Draconem. Et ſic ius quo populus Romanus utitur, vocatur ius Romanum, vel ius Quiritum. Romani. n. appellātur a Romulo, de quo in c. Moſes, in glo. diſtin. 7. habetur, ꝙ paucas leges dedit Romanis, ut ff. de orig. iur. l. 2. & ideo Pompilius qui Romulo ſucceſſit in regno, primus Romanis leges dedit, licet a Romulo nomen habeant, ſicut Quirites dicuntur a Quiri-
1 no. † Quando tamen ius ponitur ſine expreſſione ciuitatis, cuius eſt, intelligitur ius Romanum, ſicut quando dicitur poeta, intelligitur Homerus, apud Græcos, apud nos Vergi-
2 lius. ¶ Notandum primò, ꝙ per Solonem, & Draconem ſtatuta Athenienſium ſunt compoſita, & per ipſos Athenienſes approbata, & uocantur ius ciuile Athenienſium. Sunt ergo hęc nomina cōponētium tale ius, & ſic intelligitur gl.
3 ſuper verbo, Solonis. Notandum ſecundò, † ꝙ ex iſto textu colligitur tritum prouerbium rationalium philoſophorū, ſcilicet, ꝙ analogum ſtat pro ſignificato ſuo famoſiori, ut hic exēplificatur, & eodē modo, cum dicitur Apoſtolus, intelligitur Paulus, cum dicitur Sapiēs, intelligitur Salomō; cum dicitur Philoſophus, intelligitur Ariſtoteles. Et ex iſto patet, quod ſi legatum ſit eccleſię aliquid ſine ſpecificatione, intelligitur de eccleſia principaliori, ut metropolitana,

uel

Digitized by Google

uel cathedrali. infra de actio. ¶. item miſta. Inde etiam eſt, ꝙ iuxta ſtylum curiæ Romanæ impetrãtes beneficia, in eccleſijs prefatis, nõ ſpecificãt dicendo in eccleſia ſancti Pe
4 tri, vel Pauli. Hæc. Io. Fab. Opponitur. † Romani & Quirites idem ſunt, ergo hic eſt ſuperfluitas. Solut. Alia ratione dicuntur Romani, & alia Quirites, dicũtur enim a Romulo eorum primo rege Romani, ut dictum fuit in declaratione textus. Et a Quirino Quirites, qui ſic dictus eſt, q̃a vſus eſt Quirite, ideſt haſtã in bello.

§. Ius autem gentium.

1 *Bella, captiuitates, & ſeruitutes, item omnes penè contractus, a iure gentium prodiderunt. Limit. nu* 10.

2 *Ius gentium primæuum, quid. Item quid ſecundarium, nu.* 3.

4 *Obligationes, unde proceſſerint.*

5 *Bellum eſt duplex, & nu* 7.

6 *Moderamen inculpatæ tutelæ que, & quot requirat.*

8 *Homines, an ſerui, an liberi naſcantur.*

9 *Seruius, unde introducta.*

1 Summatur ſic. A† iure gentium proceſſerunt bella, captiuitates, & ſeruitutes, & penè omnes contractus. Et intellectus tex. eſt iſte, quod ius gentium eſt commune omni generi humano, id eſt, omni homini, quia vſu exigente, & neceſſitate gentes in principio inceperunt aliqua iura conſtituere, & ex iſto orta ſunt bella, captiuitates, &c. quæ ſunt contraria iuri naturali. Ex iſto etiam introducti ſunt penè omnes contractus, ut emptio, uenditio, locatio, conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alij contractus, præter quatuor, de quib. mox infra, in vlt. oppo. ¶ Notandum primò,
2 † ꝙ gentes in principio ſeruabant ea, quæ erant de dictamine rationis, ut ſibi inuicem fidem, & pacta ſine conſtitutione alicuius iuris ſeruarẽt, & hoc uocat ius gẽtiũ primæ
3 uũ. Deinde † poſtq̃ diſtincta ſunt dñia, & factæ ſunt appropriationes, inceperunt aliquas conſtitutiones facere, quas ſeruabant pro iure, ut ꝙ unus non ingrederet̃ vineã alterius, nec rẽ alterius occuparet. Et hoc dr̃ ius gentium ſecũdarium, de quo. ff. de iuſt. & iure. l. ex hoc iure. ¶ Notan-
4 dum ſecundò, ꝙ † dicitur notanter, ꝙ ex iſto iure proceſ-

ſerunt

Digitized by Google

ſerunt contractus,& nō obligationes,quia obligationes ex
maleficio,vel quaſi,procedūt ex lege 12.tabularum,& alijs
legibus,ut in fi.gl.vlt.¶Opponitur primò & ſic. uidetur ꝙ
inconuenienter dicitur in tex. omni generi humano, quia
non eſt niſi unum genus humanum. Solu. Genus humanum
ponitur hic pro homine,& ſic intelligitur gl. in uerbo om
ni.¶Opponitur† ſecundò & uidetur,ꝙ bellū non ſit de iu-
re gentium,quia uidetur eſſe contra ius,ut ff.de uſufruct.l.
æquiſſimum. Solu. Duplex eſt bellum. Nam quoddam eſt
iniuſtum,& hoc non eſt de iure gētium. Quoddam autem
eſt iuſtum,quod contingit diuerſis modis. Primò, propter
repulſionē uiolētiæ,ut ff de iuſt.& iure l.ut vim.& ff.de ui
5 & vi arma.l.1.§.vim vi,quod tamen fieri † debet cum mo
deramine inculpatæ tutelæ,ad quod tria requiruntur. Pri-
mo,armorum æqualitas. Non n. debeo inuadentem me cum
pugno, percutere gladio. Secundo, tēporis congruitas,non
enim debeo iſto iure uerberantem me hodie,cras uerbera
re. Tertio requiritur ineuitabilis neceſſitas. Si n. ſalua ho-
neſtate perſonæ meę poſſum fugere,non debeo inuadentē
7 me percutere. C.unde ui.l.1. Secundò, bellum † eſt iuſtum,
quando eſt indictum a Principe,uel eius authoritate,ut ff.
de capt.& poſtli.reuerſ.l.hoſtes. Tertio modo,cōtra depo
pulatores agrorū, ut C.quando licet ſine iudice ſe uindica
re.l.vnica .:Quarto contra debitorem fugientem, ſi iudex
non ſit præſens,ut ff.de his qui in fraudem credi.l.ait præ-
8 tor.§.debitorē.¶† Opponitur tertio,& uidetur, ꝙ oēs ho-
mines naſcantur liberi hodie,ſicut olim,ergo nō conuenien
ter dicitur in tex.ab initio. Solu. Verum eſt,ꝙ oēs homines
modo iure naturali liberi naſcuntur, ſed iure gētium, quo
dominiū eſt introductū,aliqui naſcuntur ſerui,ut infra pa
tebit,de iure perſonarum.in §.ſerui.& ff.de nata.reſti.l.in
9 terdum. Sed replicatur,† quia ſeruitus dicitur introducta
per ebrietatem,ut in c.ſexto die 35. diſtinct. ergo non iure
gentium. Solu. c.illud,ſexto die,debet intelligi,quoſt ſerui
tus eſt introducta per ebrietatem inuētione. Dicitur enim
ꝙ ante quam erat uinū, omnium erat una libertas. Sed di-
citur eſſe de iure gentium hic approbatione.¶Opponitur
10 quarto,† & uidetur,ꝙ non oēs contractus ſint de iure gē-
tium

Digitized by Google

tium, quia ſtipulatio eſt contractus, & non eſt de illo iure, vt infra, de actio. §. de conſtituta. Solu. Dicendum, quod tex. ſoluit iſtam oppoſitionem, cum dicit, pęnè. Nam ſtipulatio, vt dictum eſt, non eſt de iure gentium. ſed de iure ciuili, ſic nec etiam contractus emphyteoticus, ut §. locati. §. adeo. Sic etiam nec contractus de literarum obligationibus, ut §. eo ti. per totum, ſic nec contractus ſponſalitiæ largitatis, i. donationis propter nuptias, ut in Auth. ſponſ. largi. §. 1. collat. 9 Et ex illo intelliguntur gl. ſuper uerbo, initio, & verbo, pœnè.

§. Conſtat.

1 *Diuiſio huius §. in tres partes.*

2 *Ius omne, aut ſcriptum, aut non ſcriptum.*

Non ſummatur, quia procedit diuiſiue, & hæc eſt ſecunda pars principalis huius tituli & diuiditur in tres partes. In
1 † prima ponitur diuiſio In ſecũda ibi, Scriptũ, proſequitur Imperator vnum membrum diuiſionis. Et in tertia ibi. Ex
2 non ſcripto, proſequitur aliud membrum. † Primò ergo dicit, quòd oẽ ius aut eſt ſcriptũ, aut eſt non ſcriptum. ¶ Notandum, quòd Imperator loquitur hic de iure Romano in cõmuni, de quo ſupra, §. ſed ius. verſ. ſed quoties, quia hoc in ſua generalitate continet ius ſcriptum, & non ſcriptum.

§. Scriptum.

1 *Iuris ſcripti ſex ſunt partes.*

1 Non ſummatur, quia ẽt procedit diuiſiuè. Dicit n. † quod iuris ſcripti ſex ſunt ſpecies, ſ. lex, plebiſcitum, ſenatuſconſultũ, principum placita, prætorũ edicta, & reſpõſa prudẽtum. ¶ Notãdum, quod de declaratione gl. iſtius tex. ſuper verbo, ſenatuſconſultum. dicetur in §. ſenatuſconſultum.

§. Lex eſt.

1 *Lex, quid & nu. 3. Et quomodo fieret nu. 2.*

Non ſummatur, quia eſt diffinitio legis, quæ talis eſt:
1 † Lex eſt, quod Popu. Roman. ſenatorio magiſtratu (veluti conſule) conſtituebat.

2 ¶ Notandum, quod lex fiebat hoc modo. † Nam ſenatores cõuocabant populum, & interrogabant eũ, an ſibi placerẽt ſtatuta per eos facta, & reſpõdẽte populo, quod ſic, tunc erat

lex

Digitized by Google

lex, vt ff. de orig. iur. & l. 2. & ex illo patet gl. ſuper uerbo, uel luti. Opponitur primò ſic, quia aliter diffinitur lex. ff. de
3 leg. & ſenat. l. 2. ubi dicitur, ꝙ lex† eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, & prohibens contraria. Solu. Ibi diffinitur lex per cauſam formalem, & finalem, ſed hic diffiniter per cauſam efficientem ¶ Opponitur ſecundò ſic: Senatores non interrogabant populum, ſed Conſul, vt dicitur in l. 2. all. ff. de orig. iur. Solu. Conſul interrogabat nomine Senatorum. Quod autem quis facit per alium, perinde eſt ac ſi faceret per ſeipſum, ut ff. de ui, & vi arma. l. 1. §. deieciſſe. & ff. de admin. tut. l. ita autem. §. geſſiſſe. & de reg. iur. regula, quæ facit. li. 6. nam recte noſtra facimus, quibus a nobis authoritas impartitur. ut C. de uete. iure enuclean. l. 1. uerſ. omnia.

§. Plebiſcitum.

1 *Plebiſcitum quid.*
2 *Populus & plebs, quid differant.*
3 *Plebiſcita quomodo fierent.*
4 *Iudices quatenus poſſint capere eſculenta & poculenta.*
5 *Patricij, dicuntur patres conſcripti.*
6 *Legum & plebiſcitorum vis & authoritas, an eadem.*

1 Summatur ſic.† Plebiſcitum eſt, quod plebs plebeio ma
2 giſtratu (veluti tribuno) conſtituebat,† Et differt plebs a populo, at ſpecies a genere. Nam populus nobiles & ignobiles ſignificat, plebs autem ſolum ignobiles. Et habẽt plebiſcita eandem uim cũ legibus, ex lege Hortenſia, ex quo patet intellectus text. ¶ Notandum primò, quòd plebiſcita
3 fiebant hoc modo.† Erat. n. quidam Tribunus, qui nomine magiſtratus plebeiorum, interrogabat plebem, an ſtatuta ordinata ꝑ magiſtratum prædictum, eis placerẽt, & cũ reſponderent, ſic, erant plebiſcita, ut ff. de orig. iur. l. 2. §. ex actis. Et de iſtis plebiſcitis ſæpe habemus in iure, ut infra ad leg. Aquil. §. cæterum. & §. hoc tamen. & ff. de offic. pro
4 conſ. l. ſolent.† ubi dicitur, ꝙ iudices poſſunt recipere eſculenta, & poculenta. Hoc uerũ eſt, ſi non habuerint ſalariũ, ſecus autem ſi habuerint ſalarium. & hoc interdum de ordinarijs; ſecus autẽ ſi de delegatis. c. ſtatutum, de reſcrip. §.
5 inſuper. lib. 6. Ioan. Fab. ¶ Notandum ſecundò,† ꝙ patritij

Digitized by Google

dicuntur patres conſcripti, erāt. n. ſcripti, & tanquā patres principum, ut infra quib. modis ius pat. pote. ſolui. §. filius.

6 Notandum tertiò † ꝙ leges propter authoritatem condentium, plus valebant, quam plebiſcita, ut C. de legi. & cōſti. princ. l. humanum. Sed quidam Hortenſius nomine, ordinauit & cōpoſuit inter nobiles & ignobiles ꝙ plebiſcita ualerent ſicut leges. Et per hoc intelligitur tex & gl. in fi. huius §. & §. initium fuiſſe ff. de orig. iur. Illius Hortenſij facit Cicero mentionem in Bruto. Dictator exiſtens, legem tulit, ut ſenatores quoque & patricij plebiſcitis tenerentur. Author eſt Philel. in lib. quem de legibus inſcripſit. Opponitur, & videtur, quod plus non debet dici ſpecies, ſed genus, quia ſpecies in Logica, eſt genus in iure, ut ff. ſi cer. pet. l. ij. §. creditum. Solu. Genus & ſpecies hic in tex. valent tantum, ſicut magis commune, & minus commune.

§. Senatuſconſultum.

1 *Senatuſconſultum, quid.*
2 *Senatoribus ius datum condendæ legis, Et quod illi numero, & quanta authoritate præditi. nu. 3.*
4 *Senatus conuocandi ratio.*

1 Senatuſconſultum eſt, † quod Senatus conſtituit. Cum enim populus Romanus augeretur, ut ſine magna difficultate non poſſet ſimul conuenire ad faciēdum legem, viſum eſt æquum eſſe, ut loco populi cōſuleretur Senatus. Ex quo
2 ſummario patet intellectus text. ¶ Notandum primò, † circa illum tex. quod ſicut lex fiebat per Senatores interrogātes populum (mediante Conſule) ſic cum populus multiplicatus fuit, translata eſt poteſtas condendi iura, in Sena-
3 tores, vt ff. de leg. & Senatuſc. l. non ambigitur. † Erant. n. centum Senatores, ut C. de peti hær. l. fi. Et hoc modo hodie populus transfert poteſtatem faciēdi ſtatuta in Rectores ciuitatum & communitatum, ut notatur in rub. C. quæ ſit longa cōſue. qui quidem rectores, ſunt loco Decurionū, de notatur in rub. de decurionib. lib. x. Et debent habere locum, in quo ad reddendum iura conueniant, ut C. de de-
4 curion. l. ij. lib. x. Et † conuocantur ſimul per præconem, tubam, uel campanam, ut ff. de re. iuris. l. aliud, & nō ualet

per

per eos factum, niſi ad minus a duabus partib. ut C.de decurio.l.nominationem.lib.x. Et non debent ſeparatim ius proferre, vel per nuntium, vt colligitur extra de elect.c.in geneſi.ſed debent ſimul & per unum ius exprimere.

§.Sed & quod Principi placuit.

1 *Placita principum, quam vim habeant, & nu.3.& 4.*
2 *Perſonalia, non tranſgrediuntur perſonam limit.nu 8.*
5 *Papa, an poſſit quid iuris decernere ſine Conſilio Cardinalium.*
6 *Princeps legem facit varie.*
7 *Princeps poteſt, & remittere pœnam delicti, & eam augere.*

1 Summatur hic: † Placita Principum habent vim legis, ſi non ſit perſonalia. Intellectus textus eſt iſte: Illud quod Principi placet, habet vim legis, per legem regiam, qua populus totum imperium & poteſtatē Principi conceſſit. Et ideo, quòd Princeps per Epiſtolam conſtituit, uel per ſententiā decernit, uel per edictum præcipit eſt lex. Perſona-
2 lia † tamen non tranſgrediuntur perſonam, ut ſi Princeps alicui indulget uel pœnam irrogat, ſeu priuilegiū dat, nō
3 tranſit ad alios. ¶ Notandum primò, † quod non omne placitum Principis habet vim legis. Nam ſicut omnis uox iudicis non eſt ſententia, C.de ſenten.l.ex ſtipulatione, ſic nō omne placitū Principis eſt lex. Et cognoſcitur ex quatuor ſignis, ut ff de legi. & conſti.l.leges. an Princeps uelit facere legem generalem. Primum, ſi dicit, hac lege edictali ſancimus &c. ut C.de ſecund.nupt l.hac edictali. Secundum, ſi dicit, hac generali lege. Tertium ſignum, ſi mittatur Magiſtratui, vel Senatoribus. Quartum ſignum eſt, ſi mandetur in ſimilibus caſibus ſecundum eam iudicari. ¶ Notandum
4 ſecundò, † ꝙ per legem regiam populus trāſtulit poteſtatē faciendi iura in Principē, ut ff.de orig.iur.l.ij. §.deinde. Et ideò ſolus Princeps pōt leges cōcedere, rationabile tamen eſt, ut populū certiorem faciant, ut C.de legi. & conſt. princi.l humanum. & not.in verb.refertur. Hodie tamen populus et per rectores ſuos facit iura, ut dictum eſt, circa §. proxi.ſupra. De † Papa dicit Io.Monach.in c.ſuper eo de hære-
5 ti.lib. 6. ꝙ ſine Cardinalibus poteſt ius condere. licet Archidiaconus in c.quamuis de offi.ordi. eod.lib.dicat cōtra

6 rium. ¶Notandum tertiò, † ꝙ Princeps interdum facit legē per Epiſtolam, ut infra de his, qui ſui, vel alie. iuris ſunt. §. fi. verſ. dominorum. Interdum per ſententiã, ut C. de legi. & conſti. princ. l. fi. Et hoc intelligitur de ſententia diffinitiua, ſi. n. ſit interlocutoria, non eſt lex, niſi Princeps hoc exprimat, ut ff. de legib. & ſenatuſconſ. l. 2. Interdum per edictum, ut C. de legi. & conſtit. princ. l. 2. ¶Notandũ finaliter
7 ꝙ † Princeps interdum indulget alicui delictum ſuum, & pœnam pro delicto infligendam, propter meritũ ſuum, qui multum forte ſeruiſſet Principi. Et interdum irrogat pœnã maiorem, q̃ meruit punitus, ad terrorem aliorum, vt ff. ad pœn. l. aut facta. §. fi. Interdũ dat priuilegia, quibus ſuccurrit priuilegiatis, vt priuilegia clericorum. C. de epiſ. & cle. & in multis aliis iuribus. Et hæc ſunt perſonalia, quæ non tranſgrediuntur perſonas, ad exēplum, quia nõ exemplis, ſed legibus iudicãdum eſt, l. nemo iudex. ff. de iuriſ. om. iu.
8 ¶Opponitur ſic † & videtur, ꝙ pſonalia tranſgrediũtur pſonas p l. 1. ff. quod quiſque iuris ſtatuit. Sol. In illa lege, priuilegium tranſgreditur perſonã, nõ p ſe, ſed p accidēs pp. ſ. aduerſarium ſuum. Nam in iudicio debet eſſe æqualitas, inter actorem, & reum, ut ff. de poſtulãdo. l. prouidendũ, & hoc modo etiam ſoluitur lex fi. C. de fruct. & litiũ expen.

§. Prætorum quoque.

1 *Prætorum edicta, habent vim legis.*

2 *Prætorum edicta, in albo prætorio ſcribebantur.*

3 *Ædilium creatio, & munus.*

1 Summatur ſic. † Prætorum edicta, habent authoritatē legis, & vocantur ius honorarium, ſub quo iure ēt cõtinētur edicta ædilitia, hoc dicit, ex quo patet intellectus textus.
2 ¶Notandum primo, ꝙ † edicta prætorum ſcribebãtur in albo prætorio, ff. de iuriſ. om. iud. l. ſi quis id quod in primo
3 reſponſo. ¶Notandum ſecundò, † ꝙ Ædiles erant prætores, ſeu iudices, qui habebant reſpectum ad ædificia, & ad domos ne perirent incendio uel ruinã. habebant etiam reſpectũ ad animalia morboſa, ut ff. de ædil. edic. l. 1. & erant inter prætores, vt infra. de diuiſione ſtipu. §. prætorias. & ff. de verb. oblig. l. 5. prætoriæ.

§. Re-

§. Reſponſa prudentum.

1 *Reſponſa prudentum, quid.*
2 *Sententia, quid, quid opinio*
3 *Iuri interpretandi poteſtas antiquitus data quibuſdam.*

1 Summatur ſic: † Reſponſa prudētum, ſunt ſententiæ, & opiniones illorū, quibus a Cæſare data erat antiquitus poteſtas condēdi iura, a quibus nō licebat iudices recedere, hoc dicit, & ex ſummario patet intellectus textus. ¶ Notā
2 dum primo, † ꝙ ſnīa eſt firma, & indubitata reſponſio. Sed opinio eſt cum dubitatione reſpōſio. ¶ Notandū ſecundò,
3 † ꝙ antiquitus quibuſdā dabatur authoritas interpretādi iura & condendi, vt erat Vlpia. Papinianus &c. ff. de orig. iur. l. ij. §. poſt originem. ¶ Opponitur ſic: Doctores & promoti in iure, habēt authoritatem interpretādi iura, ut C. de profeſſo. qui in vrbe Coſtantinopo. l. vnica lib. xij. Et tamen licet a ſententijs & opinionibus Doctorum recedere, vt notatur in l. ſi de interpretatione. ff. de legi. & ſenatuſconſul. Solu. Notanter dicitur in tex. antiquitus. Tunc enim dabatur illis poteſtas prædicta. Sed modo licet a ſententijs Doctorū recedere. Ipſimet enim Doctores poſſunt opinione ſuam mutare. C. de fur. l. manifeſtiſſimi, & xxiiii. q. vj. c. vides. Et ꝙ datur eis poteſtas interpretandi & exponendi iura, hoc efficit, ꝙ ipſi id facere poſſunt, & non alij, non tamen habent per hoc poteſtatem condendi iura.

§. Ex non ſcripto.

Mores diuturni conſenſu utentium comprobati imitantur legem.
Et quanto tempore eorum diuturnitas intelligatur. nu. 2.
Conſuetudo an bina uice inducatur.
Conſuetudo quid. & quomodo inducatur nu. 5. & 9.
Conſuetudo non eſt de irrationabili aut inhoneſto.
Conſuetudini vſus & nu. 10.
Error impedito conſenſum
Conſuetudinem allegans, an teneatur eam probare.
Conſuetudo ius diuinum non corrigit, diſtinguit tamen interdum, & declarat. Et quam legem tollat nu. 13.

1 Continuatur, ſic: dictum eſt ſupra de primo mem. ro di-

uiſionis poſitæ ſupra, in. §. cõſtat. Cõſequẽter dicendũ eſt de ſecundo mẽbro eiuſdẽ diuiſionis, & ſummatur ſic. Diu
1 turni † mores conſenſu utentium comprobati, imitãtur legem, hoc dicit, ex quo patet etiam intellectus textus. ¶ Notandum primò ꝙ iſte. §. loquitur de iure conſuetudinario.
2 † Hęc autẽ diuturnitas intelligitur x. annorum, ut ff. qui, & a quibus manumittere licet l. ſi cum fideicõmiſſaria. §. Ari
3 ſto. Nec † oportet morem illum, de quo eſt conſuetudo, toto illo tẽpe eſſe in uſu, ſed ſufficit eũ bina uice in uſu fuiſſe, ut C. de eſpiсo. audien. l. iiii. in fi. in uer. conſuetudini. facit gl. ſupra rub. C. eo. & l. diuturna. ff. de legibus, uel querimoniã contra talem morem ſiue conſuetudinẽ factã iudicialiter reiectã eſſe, ſeu libellum in iudicio oblatum eſſe reiectum, ut ff. de leg. & ſenatuſconſul. l. cũ de conſuetudine, facit gl. in uerbo inueterata. l. de quibus. ff. eod. Si tamen mos iſte eſſet notorius, ſufficeret ſemel in uſu fuiſſe, ut ff. de ritu nupt. l. pen. Et hæc uera ſunt de iure ciuili, ſecus de iure canonico, quia hoc modo, quo ad conſuetudinẽ, non ſufficit binus actus, ſed riquiritur præſcriptio xl. annorũ, ut extra
4 de conſuetu. c. fi. Notandum ſecundò, † ꝙ conſuetudo, eſt non ſcriptum, moribus populi, uel maioris partis rectè initiatum, continuatũ, cõprobatum, rõnabile, honeſtum, uim legis obtinens. Dicitur primo, Ius non ſcriptum q̃a conſuetudo non eſt ſcripta in corpore iuris, quãuis aliquæ cõſuetudines ſcribãtur pro memoria, ut de conſuetudinibus feu
5 dalib. patet, & multis aliis. † Dicitur morib. populi uel maioris partis, quia minor pars populi non poteſt facere conſuetudinem. Dicitur ẽt continuatum, q̃a ſi ꝑ populum contradicatur, uel contrarium in iudicio obtineatur, uel interrumpatur non eſt cõſuetudo, ut ff. de legi. & ſenatuſc. l. diuturna. Dr̃ comprobatũ: ſ. ad minus ꝑ duos actus, aut ꝑ unũ
6 in notorio: ut dictũ eſt in primo notabili † Dicitur rõnabile quia conſuetudo non poteſt eſſe de irrationabili, ut de peccato, ut extra, de cõſuet. c. fi. Dicitur honeſtũ, q̃a non eſt cõſuetudo de in honeſto: Et ideò poteſt eſſe conſuetudo de portando lumẽ tempore nocturno, quia hoc eſt honeſtum. Nam qui malè agit, odit lucem, ff. de furt. l. 1. & ſic eſt conſuetudo, ꝙ Doctores deferunt aurum & uarium, ut C. de

fabric.

fabric.ſtigmata l.xj ¶Notandum tertiò,quod conſuetudò
7 interdum imitatur legem,ut hic † dicitur. Interdum inter
pretatur legem,ut ff de legi. & ſenatuſconſul.l. ſi de inter
pretatione. Et interdum corrigit legem,ut ff.de legi.l de
8 quib.& ibi Bar. Notandum quarto, † quod ad conſenſum
requiritur ſcientia.Error.n.impedit conſenſum, vt ff.de le
gi.l.qđ non ratione.Et ideo ſi populus cōſentiat per erro
rem,non eſt cōſuetudo. Debet ēt populus habere animū,
vt illo vtatur,tanquam conſuetudine, ut extra de eo, qui
mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.c. cum veniſ-
9 ſet.¶Opponitur primo ſic, † Et uidetur ꝙ ad conſuetudi-
nem non ſufficiat tēpus decem annorum per l.1.ff.de aqua
plu.arcen.vbi dicitur,quòd requiritur tēpus,cuius non eſt
initium in memoria hominū. Solu. Illa lex & quædā aliæ
loquuntur in caſib.ſpecialibus. quia ibi tractatur de reſer
uatis principi & de preiudicialibus,in quibus populus nō
habet poteſtatem ius faciendi. ¶ Opponitur ſecundo, &
videtur quod conſuetudo nō habeat uim legis, & c.quia p
legem eſt iudicandum,ſed conſuetudine.cum fiat ex exem
plis non uidetur iudicandum eſſe,ut C.de ſenten. & inter
locu.om iud.l nemo iudex ubi dicitur,quod exemplis nō
eſt iudicandum.& facit.ff.de off. præſid.l. ſed licet. Solut.
10 Verum eſt,ꝙ exemplis non eſt iudicandum,† ſed tamē iu
dicandum eſt ex conſuetudine,quæ reſultat ex exēplis, &
ita aliquid ualet in obliquo,quod non ualet directè. Simi
le eſt.ff q. res pignori obligari non poſſunt.l Ariſt.Et ideo
ſi peto aliquid ex promiſſo & promiſſio poteſt probari ex
longo uſu debetur mihi, ut ff. de uſu.l.cum in rem uerſo.
11 ¶ Opponitur tertio † ad idem,& videtur quòd conſuetu-
do non habeat uim legis quia allegans conſuetudinem de
bet eam probare,cum ſit facti,vt c.1.de conſuetud.li.6.&
ff de iuris,& facti ignorantia.l.1.Sed allegās legem nō ha
bet eam probare. Solu. Aliquid eſt de iure ſcripto,& non
ſcripto. Allegans.n. ius ſcriptum non oneratur probatio
ne,ſicut allegans ius nō ſcriptum,quale eſt cōſuetudo, &
poteſt probari per teſtes uel per inſtrumenta, ut C. de fide
inſtrum.l.in exercendis. ¶ Opponitur quartò, & uidetur
quòd conſuetudo non tollat neque corrigat legem, ut C.

 ſi con-

Digitized by Google

ſi contra ius, vel vtilitatem publicum. l. fin. Solu. Aliqua
12 † eſt lex diuina, & illa conſuetudo nunquam tollit neque corrigit. Ius tamen humanum corrigit, uel conſuetudo interdum diſtinguitur legem diuinã, & declarat, ut ꝙ in ore duorum vel trium, ſiat omne teſtimonium, Matthæi xviij. qđ intelligi debet ad minus. Alia eſt lex naturalis, & illam ẽt non tollit conſuetudo, vt infra eo. §. ſed naturalia. Alia eſt lex gentium, quam etiã non tollit conſuetudo, ut ff. de iuſt. & iur. l. omnes populi. Eſt ẽt lex de libertate eccleſiaſtica, quam non tollit conſuetudo, vt C. de ſacroſan. eccle. Auth. caſſa Eſt etiam lex de cõi utilitate, quam non tollit cõſuetudo. vt C. de precibus impera. offeren. l. nec dãnoſa. Lex etiam, quæ expreſſe derogat conſuetudini, nõ tollitur
13 per conſuetudinem. C. de furtis. l. nauigia. † Sed in alijs caſibus conſuetudo generalis tollit legem præcedentem, & etiam ſequentẽ, ſi non fiat mentio de cõſuetudiue, & condens legem, ignoret cõſuetudinem. ut. ff. de legib. l. de quibus. Conſuetudo etiã ſpecialis tollit legem præcedentem in loco, vbi eſt conſuetudo, ut. ff. communia prædiorũ uenditor. §. ſi cõſtat. Vincit etiam legem ſequentem, ſi nõ fiat mentio de conſuetudiue, ſecus ſi fiat mentio. ut ff. de ſepulchr. viola. l. iij. §. diuus. Sed in alio loco cõſuetudo legem non tollit. ut C. quæ ſit long. conſu. l. conſuetudinis.

§. Et non ineleganter.

1 *Ius ciuile, vnde ortum duxerit.*
2 *Romani, ad colligendum ius uiri decem mandarunt.*
3 *Lex xij. tabularum, & quid unde dicta.*

1 Sic ſummatur: ius † ciuile originem habet ex iure non ſcripto Lacedemoniorum, & ex iure ſcripto Athenienſiũ, hoc dicit, ex quo patet intellectus textus. ¶ Notandum primo, ꝙ iſte §. communis eſt ad ius ſcriptum & non ſcriptũ.
2 ¶ Notandum ſecundò, † ꝙ Romani miſerunt decem uiros ad colligendum iura nõ ſcripta Lacedæmoniorum, & iura ſcripta Athenienſium, qui decem viri decem tabulis eburneas ſcripſerunt & Romã detulerunt. ¶ Opponitur, & ui-
3 detur, † ꝙ non dicatur bene, Romanos decem uiros miſiſſe pro iſto iure, qui tabulas cõſcripſerunt, quia iſtud ius eſt

l. xij.

Digitized by Google

l.xij.tabularum. Solu. Romani miſerunt decem viros, qui fecerunt,ut dictum eſt.ſed eis reuerſis,inuenerũt Romani iſta iura non eſſe perfecta. Et ideo dederũt illis decem uiris ſpacium vnius anni ut iſta iura corrigerent,adderẽt,& mutarẽt:& ſic addiderunt duas tabulas. Et ita uocatur lex xij.tab.& ſic dicta eſt ex accidẽti,ut ff.de orig.iur.l.11.§.4.

§. Sed naturalia.

1 *Ius naturale immutabile ciuile mutabile eſt & nu 2.3.*

4 *Vſucapio,an poſſit immutari. Et qđ de capitis diminutione.ibid.*

1 Summatur ſic: Ius † naturale eſt immutabile, ſed ius ciuile ſæpe mutatur. hoc dicit,& ex illo patet intellectus tex

2 tus.¶ Notant ſum ibi,ea.ꝙ † textus loquitur hic de iure ciuili in cõi,ut ſupra eo.§.ſed ius.in fi.in uer.ſed quoties. Et hic ius tacito cõſenſu populi per cõſuetudinem mutatur, vt ff.de legi.l.de quibus,uel etiã contraria lege poſtea ſuperueniente.

3 ¶ Opponitur ſic: † Multa fiunt contra ius naturale,ut ſupra eo.§.ius autem & infrà de vſucap.§.1.ergo ius naturale poteſt mutari. Solu. Dicendum,quod tex.iſte loquitur de iure naturali,de quo dictum eſt ſupra eo.tit.§.1. Et de iure gentium primæuo. de quo dictum eſt ſuprà. §. quod verò.& iſta iura nunquam mutantur. Seruitus autẽ

4 quæ eſt contra ius naturale,eſt de iure gẽt.ſecũdario.† De vſucapione autem dicendum eſt, ꝙ ibi eſt detractum iuri naturali: vt ſupra dictum eſt in §.ius autem ciuile, & quantum ad detractionem poteſt mutari. Eodem modo dicendum eſt de capitis diminutione, quæ quantum ad id quo eſt additum iuri naturali, capit mutationem, uidelicet in ſucceſſione,ut infra de cap.dimi.§.quod autem. Id tñ,qđ eſt de iure naturali,ſicut conſanguinitas, non mutatur,ut ff.de reg.iur.l.iura ſanguinis.Et ex iſto clare patet ſolutio oppoſitionis,quæ in gl.ſatis diffuſe, & uariando habetur,

§. Omne autem ius.

1 *Ius omne, aut circa res,aut perſonas,aut actione uerſatur.*

2 *Inſtit liber,in quot & quos loco diſtinguatur.*

3 *Hominis dignitas,& præſtantia.*

Continuatur ſic:Prius poſitę ſunt diuiſiones eſſentiales iuris, hic ponitur tertia diuiſio, q̃ ſumitur penes obiectũ

iuris,

BIBLIOTECA NAZ. V. EMANUELE ROMA

Digitized by Google

1 iuris. Et ſummatur ſic: † Omne ius, aut eſt circa perſonas, aut circa res, aut circa actiones. Et prius de perſonis videndum eſt, quia perſonæ, quarum ſunt cauſæ, nō dēnt ignora-
2 ri, ex quo patet intellectus textus. ¶ Notandum primò. † ꝙ de iure perſonarum tractatur in hoc primo lib. vſq; ad fi. & de iure rerum in ſecūdo, & tertio libris vſq. ad titulum de obligationib. Et exinde vſq. ad fi. quarti lib. de actionibus & obligationib. q̃a obligatio eſt mater actionum. vt ſu-
3 pra. ¶ Notandū † ſcd̄ò. ꝙ prius determinatur de perſonis, quia digniora ſunt priora, ut infra, de poſ. bon § alia autē. Homo. n. cui conuenit perſonalitas, eſt digniſſima creaturarum. ut ff. de ædil. edict. l. iuſtiſſime, Vnde dicit Ouidius.

Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram.
Os homini ſublime dedit cœlumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus. Et Virg.
Cœleſtiſque origo illi eſt.

DE IVRE PERSONARVM
Titulus III.

1 *Diuiſio huius tituli in ſex partes.*
2 *Seruus adſcriptitius, quid differat a cenſito.*
3 *Statu liberi an ſint ſerui.*
4 *Monachi, an ſint ſerui.*

Continuatur ſic: quia in §. præcedēti præmiſſum eſt, incipiendum eſſe a iure perſonarum, ideo de hoc iu-
1 re Imperator incipit hic tractare. † Et diuiditur iſte titulus in ſex partes. In prima ponitur diuiſio perſonarum. In ſecunda ibi, & libertas, ponitur diffinitio libertatis. In tertia ibi, ſeruitus, ponitur diffinitio ſeruitutis. In quarta ibi, ſerui: declaratur, qui ſerui dicuntur. In quinta ibi: ſerui declaratur qualiter ſerui efficiuntur. In ſexta ibi: in ſeruorū, ponuntur differentiæ libertorum. Prima pars, quæ incipit, Summa, ſummatur ſic. Diuiſio principalis iuris perſonarū eſt iſta, ꝙ oēs homines, aut ſunt liberi, aut ſunt ſerui: & patet intellectus textus. ¶ Notandū primo ꝙ iſta diuiſio dicitur ſumma, i. prima, quia ponētur inf. aliæ diuiſiones iuris

perſo-

Digitized by Google

perſonarum, vt infra, de his qui ſui vel ali.iur.ſunt, in prin. & infra de tute.in prin. Vel dicitur ſumma, id eſt maxima, quia continet partem de iure naturali, vt libertatē, & partem de iure gentium, ut ſeruitutem, quæ quidem iura ſunt antiquiora & maiora iure ciuili, vt infra de rer.diui.§. ſingulorum. Et patet glo.circa verbum, ſumma. ¶Notandum
2 † ſecundò, q̃a ſeruus adſcriptitius & cenſitus, ſic differūt, quia adſcriptitius, recipit partē fructuum, ſed cenſitus ſoluit annum cenſum, vt C.in qui cau.colo.cenſi.l.fi. Et ſunt iſti liberi homines, vt C.de agr.& cenſi.l.ne diutius.lib.xi. Quod ēt patet, quia contra volūtatem dominorum poſsūt fieri clerici, vt C.de epi.& cle.l.iubemus.§.ſeruus. Poſſunt etiam facere teſtamenta, ſaltem inter ſuos, & ferre teſtimo
3 nium, ut C.de agric.& cenſi.l.quemadmodum lib.xi.† Statu autem liberi, non ſunt ſerui, licet aliqui hoc dicant, ut
4 ff.ſi ex noxa.cau.aga.l.fi.† Monachi etiam ſunt liberi, & ergo poſſunt reddere teſtimonium, de quo dic vt in Authen. de mona.§.cogitandum.colla.i. Quamuis in quibuſdā actibus monachi fingantur mortui, vt in Auth. de mona. §. ſi quis autē.& §.illud.coll.i.& in Auth.de nup.§.per occaſionem.colla.4. Sunt tamen ſerui, a ſeruitio diuino dicti, vt 54.diſtinct.c.multos Non tamen poſſunt ſine licentia ſuperioris ferre teſtimonium, vt notatur in c. i. extra de iuram. calum. Nec poſſunt facere teſtamentum, ut extra de teſtamen.c.quia ingredientibus, & ſic patet gl.cum alijs additionibus, circa verbum, ſerui. ¶Opponitur ſic, & videtur, q̃ iſta diuiſio nō ſit bona, poſito enim, q̃ ſolum eſſent duo homines, & vnus eſſet, ſeruus, & alius liber, non eſt verum dicere; omnes homines ſunt liberi aut ſerui. Solutio. Pluralis numerus debet hic exponi per ſingularem, id eſt, omnis homo, vt ff. de condit.& demon.l.falſa.§.fin. ſicut ſingularis numerus interdum exponitur per pluralem, vt ff. de teſta.tute.l.ſi quis. Ex quo patet, q̃ ſi ſit ſtatutum, quòd falſi teſtes puniātur, & vnus dicat falſum teſtimonium, puniendus eſt, per l.ij.C.vi bon. rapt. Patet etiam, ſi duo legauerint eccleſiæ bona ſua poſtquam deceſſerint, & unus decedat, habebit eccleſia partem decedentis, vt in l. Lucius §. Caius.ff.ad Trebellia.

§.Et

§. Et libertas.

1 *Libertas quid.*
2 *Libertas ſeruorum nulla eſt hodie.*
3 *Ius gentium ſecundarium, per violentiam eſt introductum.*

1 Libertas,† a qua liberi appellãtur, eſt facultas, qua quis facit, quicquid ſibi libet, niſi ui vel iure prohibeatur. hoc
2 dicit, ex quo etiam patet intellectus tex. ¶ Notandum† primò, qđ poſt diuerſas, & ſatis diffuſas expoſitiones de iſta libertate, gl. noſtra hic in uerbo libertas reſidet in hoc. q̄ hic diffinitur libertas, vt diſtinguitur a ſeruitute, quia hodie non eſt aliqua libertas ſeruorum, vt infra, de liberti. §.
3 liberti. ¶ Notandum † ſecundò, circa verbum ui, quod per iſtam uim intelligitur ius gentium ſecundarium, quod per violentiam eſt introductum, vt ſupra tit. proxi. §. ius autem gentium, ſed hoc verbum iure poſitum, hic intelligitur de iure ciuili, quo quis ſeipſum poteſt facere ſeruum, ut infra eod. tit. §. ſerui ſecundo.

§. Seruitus autem eſt.

1 *Seruitus, quid.*
2 *Seruitus, contra naturam eſt introducta*
3 *Seruitus, an ſit de iure ciuili, an vero gentium.*
4 *Seruus ſemper ſubiectus eſt alicuius dominio.*

1 Hic declaratur,† quid ſit ſeruitus, & ſummatur ſic; Seruitus eſt conſuetudo iuriſgentium, qua quis alieno dominio contra naturã ſubijcitur, & intellectus tex. eſt clarus. Notandum primò, qđ iſta eſt una de conſtitutionibus iuriſgentium, quia plures ponuntur ſupra de iure nat. gẽ. & ci. §. ius
2 autẽ gentiũ. ¶ Notandum † ſecundò, qđ ſeruitus eſt contra naturam introducta, ut patet hic, & ſupra de iu. na. §. ius au
3 tẽ. ¶ Opponitu, primo ſic.† Quia ſeruitus eſt de iure ciuili, vt infra de his, qui ſui vel alie iuris ſunt. §. ſed hoc tpe, ergo non benedicitur hic eſſe de iure gentium. So lu. Seruitus dicitur hic eſſe de iure gentium, quia illo iure eſt introducta & approbata. Iure autem ciuili habet aliquã formationem. quia illo iure non licet domino de ſeruo ſuo quicquid velit facere, vt dicitur in alleg. §. ſed hoc tpe. & ſic nõ eſt de iure gentium inuentione, ſed de iure ciuili formatio

ne.

Digitized by Google

4 ne. ¶ Opponitur † ſecundo, & uidetur, ꝙ per ſeruitutẽ non ſemper eſt quis ſubiectus alieno dominio, per l. fin. ff. pro derelicto. Solu. Licet ſeruus non ſemper ſubijciatur dominio eius, qui eum poſſidet, tantum ſemper ſubiectus eſt alicuius dominio, ut ff de ſtip. ſer. l. quod ſeruius. & ff. de lib. cau l. ſi vſusfructus.

§. Serui autem.

1 *Serui unde, & cur ſic dicti*
2 *Tabellio, unde dicatur ſeruus.*

1 Serui dicti † ſunt, quia Imperatores iuſſerunt captiuos uendi, & ſic ſeruari, & non occidi, qui etiam uocantur mancipia, quia manibus hoſtium capiuntur, ex quo patet etiã
2 intellectus text. ¶ Notandum primò, † quòd ſerui dicũtur a ſeruando hic, ſed Notarij uel tabelliones, dicuntur ſerui a ſeruiendo ff. de adop. l. nec es, & l. non enim aliter Nam ſerui a ſeruando non poſſunt eſſe Notarij uel tabelliones, vt C. de tabel. l. generali. li. 10. Papa ẽt dicitur ſeruus ſeruorũ, nõ a ſeruãdo, ſed ſeruiẽdo, qa eſt ſeruus Chriſtianorũ.

§. Fiunt autem.

1 *Partus ſequitur ventrem.*
2 *Seruus fit quis per ingratitudinem.*
3 *Vendens ſeipſum, an fiat ſeruus.*
4 *Seruus poteſt fieri titulo lucratiuo.*
5 *Seruus an & quando liceat proclamare ad libertatem.*
6 *Seruus an poſſit peti a parentibus vel conſanguineis, per officium iudicis.*

Hic conſequenter declaratur qualiter ſerui efficiuntur, & ſummatur ſic. Quia ſerui, aut naſcuntur ex ancillis, aut fiunt iure gentium, ſcilicet ex captiuitate, aut iure ciuili, qñ videlicet maior 20 anni ſeipſum uendit ad pretiũ participandum, ex quo etiam patet intellectus tex. ¶ Notãdum
1 primo, † ꝙ natus ex ancilla & libero patre, eſt ſeruus, quia partus ſequitur ventrem. C. de rei vendicat. l. partum. Sicut econtra, ex patre adſcriptitio, & libera matre, naſcitur liber, vt in Auth. conſtitutio. quæ ex adſcriptitio & libera muliere. §. 1. coll. 5. & infra de ing. §. 1. ¶ Notãdũ ſecũdo
2 ꝙ † ex præter iſtos modos poſitos in tex. etiam fit ſeruus ꝑ ingra-

ingratitudinem, vt in Authē. ſi liber de cæte. §. illud. colla.
3 vj ¶ Opponitur ſic, † & videtur, ꝙ ille qui vēdit ſeipſum nō ſit ſeruus, per l. homo liber. ff. de ſtatu hominum. Solutio. Ad hoc, ꝙ vendens ſeipſum fiat ſeruus, requiruntur multæ conditiones. Primo, ꝙ ſit maior xx. annis, vt hic. & C. de liberali cauſa. l. ſi per miniſterium. Secundo, ꝙ habeat animum participādi de pretio, ut C. de lib. cau. l. nō ideo. Tertio, ꝙ effectualiter participet de pretio, id eſt, hēat pretij partem, vt ff. qui. ad liber. procla. non licet. l. 1. Quarto, ꝙ ſciat conditionem ſuam, id eſt, ſe eſſe liberum, vt ff. de lib. cauſa. l. liberis. Quinto, ꝙ emens ſciat conditionem ſuā, id
4 eſt, emēs ſciat eum eſſe liberum. ff. de libera. cauſa. l. j. † Et ſicut fit ſeruus per uenditionem, ſic etiam poteſt fieri alio
5 titulo lucratiuo, ut C. de libera. cau. l. ſi ꝑ miniſterium. † Et iſtis conditionibus habitis, non poteſt ad libertatem ꝓclamare, niſi domino offeratur pretium, ad quod ēt recipiendum non pōt cogi, ſi non ſponte uelit recipere, ut ff. ſi quis libertus, ingenuus eſſe dicatur. l. ij. reſponſo. i. Sed replicatur, cum iſte minor ſit xxv. annis, poteſt petere reſtitutionem, & ſic uidetur, ꝙ non manebit ſeruus. Solu. Dicēdum, ꝙ in iſto caſu non datur minori in integrum reſtitutio. Et ratio eſt propter ſolemnitatē factam, & mutationem rei in ſuo ſtatu; ut ff. de min. l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. Sed ite-
6 rum replicatur, & uidetur, † ꝙ parētes vel cōſanguinei poſſint eum petere per officium iudicis, vel per rei vendicationem, quia redundat factum ſuum in eorum ignominiā. ff. de rei vendicatio. l. i. Et ita videtur non manere ſeruus. Solu. Dicendum, ꝙ iſti non poſſunt eum petere, ſecundum communem opinionem Doct. ut ff. de capi. diminu. l. tutelas §. ſi libertatem. Lex autem in oppoſitum allegata, loquitur de eo, qui voluit ſe facere ſeruum, ſed adhuc non fecit, & ideo non mutauit ſtatum iſta conditione.

§. In Seruorum conditione.

1 *Seruorū num vlla ſit differentia, hodie, & nu. 3. Et quod olim. n. 5.*
2 *Liberorum multæ ſunt differentiæ.*
3 *Duo an ſint multa.*

1 Summatur ſic. † Non eſt differentia ſeruorum, ſed libe-

rorum

2 rorum alij ſunt ingenui alij libertini. ¶ † Notandum circa verbũ multæ, ꝙ plures ſunt differẽtiæ liberorũ, quia libertinorum aliqui ſunt latini, aliqui dedititij, ut infra de liberti. patebit. † Duo tamen poſſunt dici multa, ut in Auth. de
3 depoſitis & denuntiationib. § cũ & multa. coll 6. & ſic pa-
4 tet glo. ſuper illo uerbo, multæ. ¶ Opponitur † ſic, & vr, ꝙ nõ bene dicatur, ꝙ inter ſeruos nõ eſt differẽtia. Nã aliqui ſerui ſunt in dignitate, aliqui nõ, vt infra de iniurijs. §. ſed pœna. Aliqui etiam ſunt ordinarij, & aliqui uicarij, vt infra, quod cum eo qui ali. pote. infra, cũ autẽ. Et aliqui ſunt veterani, & aliqui nouitij, ut ff. de edil. edi l. fi. Sol. Oẽs iſti
5 ſerui æqualiter ſunt ſerui; licet differant quo ad actus. † Et mõ ẽt ſup ſeruos eſt æquale dominium, quãuis olim fuerit ſuper ſeruos aliqđ dominium plenum, aliqđ ſemipleuũ, & aliqđ nudũ, ut C. de nudo iure. Quiritum tollẽdo l. vnica.

DE INGENVIS.
Titulus IIII.

CONtinuatur ſic. Supra de iure perſonarum. §. in ſeruorum poſita eſt diuiſio liberorum. Nunc autem proſequitur tex. mẽbra illius diuiſionis. Ex primo de ingenuis, qui ſunt digniores libertinis.

§. Ingenuus eſt is.

1 *Ingenuus quis.*
2 *Ingenuitas eſt libertas, habita ex natiuitate, conſtante matrimo.*
3 *Ingenuus, quot quibus modis fiat.*
4 *Parentem calamitas, non nocet exiſtenti in vtero, & nu. 7. limit.*
5 *Queſtio de puncto.* (12. & 13.
6 *Partus ſequitur ventrem. Et quid ita diſting. nu 8. 9.*
10 *Murileguli, qui. Item & murices.*
11 *Priuilegia quæ nam conſequantur filios, ex parte patrum.*

1 Summatur ſic: † Quilibet natus eſt, ingenuus eſt; hoc dicit. Et intellectus tex eſt ille, quod ingenuus eſt ille, qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis, ſiue ex duobus libertinis, ſiue ex altero libertino, & altero ingenuo, conſtante matrimonio. Qui etiam ex libera matre & patre ſeruo naſcitur, nihilominus eſt ingenuus. Et ſi ancil

la

Digitized by Google

la exiſtens tempore partus, & libera tempore cõceptus pariat, & ecõtrà, naſcitur ingenuus, quia calamitas matris nõ
2 debet nocere illi, qui eſt in utero. ¶ Notandum primo, † ꝙ ingenuitas eſt libertas, quæ habetur ex natiuitate, conſtante matrimonio, quia extra matrimonium nati non ſunt ingenui, ut ff. de ſtatu ho. l. ſicut legitimi. ſed libertinitas eſt libertas, quæ acquiritur poſt natiuitatẽ, & ſeruiturẽ. ¶ No
3 tandum † ſecundò, quòd præter modũ poſitũ in tex. etiam fit aliquis ingenuus per ſententiã, ut ff. de ſtatu hom. l. ingenuum. Et ſecundo per reſtitutionẽ natalium, ut ff. de nata.
4 reſtituen. l. 2. Tertio, † ſi alieni in utero exiſtenti detur libertas, ille eſt ingenuus, quãuis uterq. parens ſit in ſeruitute. quia in illo caſu non inſpicitur conditio generantium, ut C. de fiedic. liber. l. cũ inter ueter. Et quo infert Bald. in l. eadem. l. ſi ponãtur repreſaliæ uel banna ad omnes homines, qui ſunt in ciuitate, non grauantur illi, qui ſunt in
5 utero. ¶ Notandum tertiò, † quò ſi ego habeam ſeruum, ſimiliter Ioannes habet etiam ſeruum, & ego dico ſeruo meo: uade eccleſiã, & ſi obuiaueris ſeruo, do tibi libertatẽ, & Ioannes dicat eodẽ modo ſeruo ſuo, ſi obuiaueris libero, concurrant illi ſerui, ſeruus meus erit liber, & non ſeruus Ioãnis, ut uult Bar. in l. Aretuſa. ff. de ſtatu ho. quia ſeruitus præcedit libertatem. Et ſimile habetur in gl. 32. q. 1. cum renuntiatur. Et quæſtiones huiuſmodi, uocantur qõ
6 nes de puncto. ¶ Notãdum quartò, † quòd partus ſequitur uentrem, ut hic & ſuprà dictum eſt de iure perſonarum. §. ſerui, ſecundo in primo notab. Et ratio eſt, quia mater eſt certa, ut ff. de in ius uoc. l. quia mater. vel quia fœtus capit fomentum ſuum à matre, & ei unitur, ſicut arbor fundo. ff. de acquĩ rer do. l. adeò. Vel forte melius. quia libertas eſt
7 fauorabilis. ff. de reg. iur. l. & libertas. ¶ Notandum † quintò, quòd calamitas parentum non debet nocere filiis, quia filius non portat iniquitatem patris, ut 1. qõ. 4. c. crimen.
8 ¶ Opponitur † contra prędicta primò ſic, & uidetur, quòd partus non ſemper ſequitur uentrem. per l. filiam. ff. de ſenato. & per l. aſſumptio. §. filius. ff. ad municipa. Solu. Partus ſequitur uentrem, quo ad conditionẽ, ſed ſequitur patrem quo ad honores, & patriam, de quibus loquuntur leges

Digitized by Google

9 ges in oppoſitum alleg ¶Sed contra † replicatur,per l. qui cum patre.C.de murilegulis.li.12 Vbi dicitur,ꝙ partus in conditione murilegali ſequitur patrem. Solu.Qualitas murileguli non eſt conditionis,ſed officij,& ideò partus ſequi
10 tur patrem. Sunt enim † murileguli colligentes murices, de quibus Horatius inquit in 2.Epiſt.ferme in calce,Argētum,ueſtes Getulo murice tinctas, Sunt qui non habeant. Murices ſunt vermes, quorum ſanguine tingebatur ueſtis
11 imperialis.Ex iſto† patet vnum,quod eſt ſingulariter notādum,ꝙ priuilegia mœchanicorum,ſeu officiariorum in ciuitatibus conſequuntur filios ex patre patrū.Sed adhuc replicatur per l.fi.C.de ſer.fug.vbi dicitur,ꝙ quo ad ſeruitutē filius ſequitur patrem.Sol. Illa lex loquitur de quodā,cuius conditionem ēt ſequebatur vxor.Et ergo ex conſequē
12 ti & indirecte partus ibi ſequitur patrem.¶Opponitur† ſecundò,& uidetur,ꝙ calamitas parentum noceat filijs,ꝑ l. 2.C.de liber.& eorū liber.Solu. Calamitas nō nocet filijs ante natis,ſed illi,qui poſt naſcūtur. Et calamitas q̄ eſt cōtinua,nocet,ut ſupra de iure perſonarū.§.ſerui,ſecundo.Secus āt,ſi ſit interrupta,ut infra eo.§.proximo.Illa autē lex in oppoſitū allegata,loquitur de poſt natis.Sed replicatur per l.emancipatum.ff.de interdict.& relegat.quia ibi calamitas non nocet,etiā poſtea natis.Sol.Verum eſt,quia illi filij nō naſcebantur in poteſtate patris,ſed aui.Et ideo calamitas patris, eos non affecit. Sed adhuc replicatur de l.
13 quiſquis.C.ad leg Iuliam maieſta.Solu.† Regulare eſt illud dictum,ſ. ꝙ calamitas parentum non nocet filijs, ſed patitur exceptionem in crimine læſæ maieſtatis. Et in illo caſu loquitur l.quiſquis,alleg. in oppoſitum.

§.Ex his,illud quæſitum eſt.

1 *Natus ex ancilla manumiſſa, & iterum facta ancilla ante partum,eſt ingenuus.*
2 *Natalia.*
3 *Parentum teſtimonium,in quibus admittatur.*
4 *Manumiſſio,non obſtat ingenuitati,& nu. 5.6.*

1 Iſte §.habet duo dicta,& formatur ſic;Natus †ex ancilla manumiſſa,& iterum ancilla facta,ante partū,eſt inge·

Digitized by Google

nuus, quia ſufficit illi, qui eſt in utero, aliquo tẽpore medio inter cõceptum & partũ liberã matrẽ habuiſſe; hoc dicit primò. Et qui ingenuus natus eſt, non nocet ei in ſeruitute fuiſſe, & manumiſſum eſſe, quia ſępe cõſtitutũ eſt natalib. manumiſſionẽ non officere. hoc dicit ſecundò, & ex iſto pa
2 tet intellectus tex. ¶ Notãdum primò, † ꝙ ꝑ natalia intelligitur natiuitas, q̃ de iure naturali eſt libera, ut ſu. de iu. na. gentium, & ciuili. §. ius autem gentium. Vel natalia dicuntur ſcripturæ, cũ annis domini ꝑconizatæ. Nam olim quando naſcebatur ingenuus, fiebat ꝓclama, ꝙ talis eſſet natus ingenuus, & ſi nemo cõtradicebat. ſcribebat̃ in libro natalium, & ꝑ illum librum probabãtur natalia, ut C. de teſtib. l. ſi dicatur. Probabantur ẽt ꝑ inſpectionem corporũ ff. de mino. l. ſi minor. vel ẽt ꝑ teſtes, vt C. de probatio. l. cum de
3 ætate. Et † admittebantur ad huiuſmodi teſtimoniũ etiã parentes, ut C. de proba. l. etiã matres illorum, quia teſtimonium facit præſumptionẽ iuris. Et ita admittuntur in matrimonio, in c. ſuper eo ſecundò. extra de teſti. Niſi ſit magna differentia inter ſponſum & ſponſam in nobilitate, diuitijs, vel potentia. In alijs autem caſibus, non ualet teſtimonium parentum, ut C. de teſti. l. parentes. Et hoc etiam modo poteſt intelligi natale alicuius Sancti, quando moritur, quia tũc naſcitur in alia vita ſemper victurus, quõ dicitur, natale S. Nicolai, aut alterius ſancti. Et ꝑ hoc intelligi
4 tur glo. circa verbum, natalibus. Notandum † ſecundò, q̃d dicitur in tex. ꝙ manumiſſio non obeſt ingenuitati. Et ideò non valet argumentum, iſte eſt manumiſſus, ergo nõ eſt ingenuus. Sic ẽt ꝑ contrarium non valet argumẽtum, iſte cõfecit inſtrumentum, ergo eſt Notarius, ut vult Bart. in l. Herennius. C. de decurio. lib. x. Nec valet, iſte petit abſolutionem ab excõicatione, ergo eſt excõmunicatus, ut vult. Innoc. in c. cum dilectus, extra de ordine cogni. Bernar. tamẽ in c. venerabilem, ſuper verbo poſtulauerũt, extra de elec. dicit contrarium. Quarum opinionum diuerſitas ſic poteſt concordari, quia uel petitur abſolutio ab excõicatione ſimpliciter, & hoc modo procedit opi. Bernar. uel ad cautelã tantum in hac, uel ſimili forma, ſi ſum excõicatus, peto ab

ſolutio-

Digitized by Google

ſolutionē,& ſic ꝓcedit opi. Inn. ut ꝓbatur p Io. And. in c. p tuas. extra. de ſenten. excommu. & per Ant. de But. eo. ti. in c. ſacro. De iſto ēt loquitur Bar ff. de excep. l. nō utique.
5 ¶Opponitur† contra prædicta primò ſic,& videt̄,quod ingenuo nocet in ſeruitute fuiſſe,& manumiſſum eſſe per l. ſecundam, ff. ſi quis libertus inge. eſſe dicatur. Vbi dicitur, ꝙ ſi manumiſſus per quinquennium non declarat ſuam ingenuitatem,non eſt cenſendus ingenuus. Solu. Illa lex corrigitur hic,& C. vbi cauſa ſta. agi debet. l. fi. ¶Opponitur
6 ſecundò. † Quia ille, qui ſeipſum uendidit ad participandum pretium,ut dictum eſt ſupra de iure perſonarum. §. ſerui ſecundo. non fit ingenuus, quamuis manumittatur, vt ff. de ſtatu hominum. l. homo liber. ergo nocet in ſeruitute fuiſſe. Solutio. Textus iſte loquitur, quando quis inuoluntariè & de facto ſuſtinet ſeruitutem. Ille autem, qui ſe uendidit voluntariè,factus eſt ſeruus, in odium ſeruitutis ſtatutum eſt, ut talis per manumiſſionem efficiatur ingenuus,ex quo vendidit rem inæſtimabilem.

DE LIBERTINIS.
Titulus V.

1 *Diuiſio huius tituli in tres partes.*
2 *Natiuitas,eſt duplex.*
3 *Libertini,vnde libertatem nanciſcantur.*

1 CONtinuatur ſic,† Dictum eſt ſupra de primo mēbro diuiſionis liberorum,ſcilicet de ingenuis,qui habēt libertatem natiuam,id eſt,ex beneficio natiuitatis. Hic cōſequenter dicendum eſt de libertinis,qui habent libertatē datiuam,id eſt, quæ poſt ſeruitutem per manumiſſionem data eſt. Et diuiditur præſens titulus in tres partes. In prima declaratur,qui dicātur libertini. In ſecūda ibi,multis, declaratur,qualiter fiant libertini. Et in tertia ibi,libertinorū,ponitur differentia inter libertinos. ¶Sed opponitur
2 †cōtra iſta,ꝙ dicta ſunt circa rubricā p notata p Bar. in l. ſi vt ꝓponis. C. de municip. lib. x. vbi dicit,ꝙ libertini habēt libertatem natiuam. Solu. Duplex eſt natiuitas,ſcilicet na
3 turalis,& ciuilis. Libertini non† habent libertatē natiuā a

Digitized by Google

natiuitate naturali, ut dicitur nunc. Sed bene à natiuitate ciuili, quia manumittens ciuiliter generat libertinum, eo ꝙ cum ſeruus eſſet erat ciuiliter mortuus, & hoc modo intelligitur dictum Bar. in l. allegata in oppoſitum.

§. Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute.

1 *Libertini qui.*
2 *Seruitus, & manumiſſio unde ortum habuerint.*
3 *Ius gentium, tria hominum genera introduxit limit. nu. 9. 10.*
4 *Seruitus iuſta, quare ita dicta*
5 *Filius manumiſſi, eſt ingenuus.*
6 *Dominium alicuius rei, infert etiam poteſtatem.*
7 *Liberto num conueniat datio libertatis. Et quomodo illa datio accipiatur. nu. 8.*

1 Summatꝫ ſic: Libertini † ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manu
2 miſſi ſunt. Manumiſſio † aũt eſt datio libertatis, & iſtæ res, ſ. ſeruitus, & manumiſſio, habẽt ortum a iure gentiũ, quia iure naturali omnes naſcebantur liberi, quo ẽt iure, ſ. natu
3 rali, tantum unum erat genus hominum. † Sed iure gentiũ tria genera hominum eſſe cœperunt, ſ. ingenui, ſerui,
4 & libertini. hoc dicit, ex quo ẽt patet intellectus tex. ¶ Notandum primò, circa verbũ, iuſta, ꝙ ſeruitus põt dici iuſta, i. vera, ut infra tit. proxi. § ſemel. Vel iuſta, i. iuſtè meruerunt liberari a ſeruitute. Vel iuſta. i. de iure gẽtiũ, ut ff. de
5 iuſt. & iur. l. manumiſſiones. ¶ Notandum ſecundò, ꝙ filius manumiſſi, eſt ingenuus, & habet libertatẽ natiuã a natiui
6 tate naturali, ut ſu. tit. proxi. §. 1 ¶ Notandũ tertiò, ꝙ quandiu aliquid manet ſub alicuius dominio, tandiu ẽt manet ĩ eius poteſtate. Vnde, ſi uendidi tibi rẽ aliquam cum tali pacto, ut maneãt apud te, & tu illam rem alteri locaueris, nõ feciſti contra pactum, quia manet in tua poteſtate, ut in l.
7 non ſolet ff locati. ¶ Opponitur primò ſic, & uidetur, † ꝙ liberto non conuenit datio libertatis, quia ſi ſic, daretur a manumittente. Aut ergo daret libertatem, quã non habet, quod eſt inconueniens, aut quã habet, & cũ nõ habeat, niſi unã, nullam retineret, & ſic ipſe non eſſet liber, quod etiã
8 non eſt dicendum. Solu. Datio † libertatis exponitur, idelt,

eſt,

eſt,detectio libertatis, ſecundū gl.quod ſic debet intelligi quia per ſeruitutē tecta fuit ſeu impedita libertas, & illa p manumiſſionem detegitur, ut.ff. de acqui.rer.dom.l.adeo. §. cū quis. in fi.Simile eſt. infra de actio.§. ſic itaq. Poteſt ēt dici,ꝙ datio libertatis ē remiſſio ſeruitutis.Nā remittere,eſt dare.Nec eſt omnino inconueniens, ꝙ aliquis det,ꝙ non habet,ut patet de Sole,qui dat colorē,quē non habet. Simile eſt infra qui.alie.nō licet.§.1.de alienāte pignus.&
9 ff.de uſufr.l.quod noſtrū.¶Opponitur † ſecundo uidetur, ꝙ ſunt quatuor genera hoīum. & non ſolū tria , quia prius fuit vnum,& poſtea cęperūt eſſe tria,ut dicitur in tex. ſed unum,& tria faciunt quatuor,Solu. Vnū diſtinctū a tribus & tria,faciunt quatuor, ſed hic unum coincidit cū tribus. Sicut in ſimilis. Aliquis habet tres filios, & incipit habere quartū,non ualet,iſte habuit tres filios.& nunc habet quatuor,ſed tres & quatuor sūt ſeptē: ergo habet ſeptē filios. Et ita ſoluitur quæſtio , q̃ mouet Bar.circa.l.1.ff. quemadmodum ſeruitus amitta.an ſcilicet ille qui accommodauit alicui duos equos, & poſtea dicat, ego diſponā tibi tres equos,debeat adhuc unum equū addere,uel tres,& ſic quinque accōmodare,quia ſatis eſt.ſm eundem Bar.ꝙ unum ad
10 dat.¶Sed† replicatur.de c.duo.12.q.1 Vbi dicitur,quòd ſolū duo ſunt genera hominum,& in c.recurrat.32.q.4. ubi dicitur,quod ſunt quatuor genera hominū,Sol. In c.duo, diſtinguūtur homines reſpectus Dei, qualiter ſcilicet Deo ſeruiant,quia ſunt duo genera hominum , quia quidā ſunt clerici.& quidam laici. Sed hic ponuntur genera hominū, inquantum diſtinguuntur reſpectu hominum, in quorum poteſtate eſſe uel non eſſe poſſunt. Sed in c.reccurrat.ponuntur genera hominum,hoc eſt, modi ueniendi ad fidem catholicam,uel generandi homines in fide.

§. Multis autem.

1 *Manumiſſio interdum fiebat in eccleſia . Et qui poſſint actus fieri in eccleſia num. 2.*

3 *Manumiſſio,uindicta dicta & id unde.*

4 *Teſtes quinque, quando neceſſarij in manumiſſione.*

5 *Manumiſſio poterat fieri per codicillos.*
6 *Manumiſſionis conſtitutiones, & veteres & nouæ ubi habeantur.*
7 *Manumiſſio fiebat in tranſitu etiam Prætoris, contra uoluntatem manumiſſi, limi num 8.*
9 *Iuriſdictio eſt duplex.*

In hoc §. declaratur, quib. modis fit manumiſſio. Et ſummatur ſic: Manumiſſio pōt fieri multis modis. Et intellectus tex. eſt iſte, ꝙ manumiſſio fit ex ſacris conſtitutionib. in ſacroſanctis eccleſijs, aut vindicta, aut inter amicos, vel per epiſtolam, uel etiam per teſtm̄, aut aliā ultimā uoluntatem. Et alijs cōſtitutionibus ueterib. & nouis ēt fit manumiſſio in trāſitu ꝑtoris, ꝓſulis, uel ꝓconſulis, in balneū,
1 uel in theatrum. ¶ Notandū † primò, ꝙ manumiſſio fiebat interdū in eccleſia in cōſpectu populi, ꝓſente Antiſtite, & interueniēte aliqua ſcriptura uiceactorum, ut C. de his, q.
2 in eccleſia manumittūtur. l. j. & ij. Ex quo patet, † ꝙ actus pietatis ēt iudiciales in eccleſia fieri poſſunt, ſecus de alijs actibus iudicialibus, qui in eccleſia fieri non debent, ut in c. decet, de immuni. eccl. li. 6. Et ꝓceſſus in eccleſia habitus ipſo iure eſt nullus, ut in c. 1. eo. tit. in antiqui. ¶ Notandum
3 ſecūdò, ꝙ † manumiſſio vindicta dicebatur, eo ꝙ quidā nomine Vindex, ſeruus Vitelliorū, illo modo fuit manumiſſus, ut ff. de orig iur. l. 2. §. initium. Vel quia uirga iudicis dicebatur uindicta, cū quantū tangebat manumittēdum, & dicebat: Aio te liberū more Quiritū, & tangebat eū trina uice, & ſic fiebat liber, ut C. ſi aduerſus lib. 2. ¶ Notādum
4 tertiò, † ꝙ quando manumiſſio fiebat inter amicos, & alijs ſequētib. modis, neceſſarij erāt quinq. teſtes, ut C. de lati.
5 libert. toll. l. 1. & §. ſancimus, §. ſi quis. ¶ Notandum † quarto, ꝙ manumiſſio nō ſolùm fiebat per teſtm̄ ſolemne, ſed ēt per codicillos, & per teſtm̄ minus ſolemne, quod ualet inter patrē, & filios, ut C. de teſtam. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. Et ideo dr̄ in tex. aut per teſtm̄, aut aliam
6 quam libet ultimā uoluntatem. ¶ Notādum † quinto, ꝙ veteres iſtę conſtitutiones, de quib. loquitur tex. habētur. C. quibus ex cauſis ſerui ꝓ præmio liber. accipiunt ꝑ totum. Sed nouæ cōſtitutiones habentur. C. cōia de manumiſſio.

l. fi.

l fi.& in Auth.de monachis.§.2.colla.1. ¶ Notādū ſexto,
7 † ꝙ manumiſſio etiam fiebat in trāſitu prætoris contra uo luntatem manumiſſi,ut ff.de manu.teſt.l.fi.Sed hoc nō habet locum in emancipationem filiorum,ut in Auth. quib. mod. natura.efficiuntur ſui §.generaliter colla.6.¶ Oppo-
8 nitur contra † prędicta, & uidetur, quòd manumiſſio non fiat contra uoluntatem manumiſſi, quia iuriſdictio nō fer
9 tur in inuitum. Solu. Duplex † eſt iuriſdictio, ſcilicet uoluntaria & contentioſa,quæ ſic differunt, quia uoluntaria poteſt fieri in quocunq. loco honeſto,& quocunq. tempore, ſed contentioſa non poteſt fieri tēpore feriato,nec in quocunq. loco,quia ſolum in loco iudicij, ut C. de dilatio.l.a procedente.Per hoc dicendum eſt, licet manumiſſio ſit iuriſdictionis uoluntariæ, conuenit tamen in hoc cum iuriſdictione contentioſa quæ fertur in inuitium,ut ff.de uerb. oblig.l.inter ſtipulantem.§.1.& C.de dila.l. a procedēte.

§. Libertinorum.

1 *Libertini triplices olim,& quid hodie.*
2 *Seruorum triplex ſtatus*
3 *Dedititij quo pacto olim fierent.*
4 *Latini quomodo fierent olim,& nu 8.fuſiſſimè.*
5 *Manumiſſionis uarij effectus.* 6 *Aureus,quid.*
7 *Manumiſſio non impeditur propter ætatem manumiſſi, aut manumiſſoris,aut propter modum manumiſſionis.*
9 *Libertus,an poſſit patronum uocare in ius,ſine uenia.*
10 *Exiſtens in utero,an habeatur pro nato.*

In hoc §.declarātur differētiæ libertinorū,& ſummatur
1 ſic.†.Triplices olim fuerunt libertini ſcilicet Romani, Latini,& Dedititii, hodie uero ſolū ſunt libertini Romani: hoc dicit.Intellectus uerò tex.eſt ille,ꝙ ſtatus libertinorū erat triplex.Nam quidam erāt,ut ciues Romani,quidā Latini,ex l.Iulia Norbana,& quidam Dedititij ex lege Aelia Sentia. Sed Iuſtinianus per duas conſtitutiones Latinos,& dedititios expulit,& uoluit,oēs eſſe libertinos Romanos. Et in manumiſſione nō obſtat ętas manumiſſi,uel domini manumiſſoris,uel modus manumiſſionis. Additi ſunt etiā

Digitized by Google

adhuc multi alii modi, quibus ſeruis poſſint cũ Romana ci
2 uitate libertatis beneficium præſtari. ¶ Notandum primò
ꝙ ſicut triplex erat ſtatus libertinorum, ita etiã & ſeruorũ
ut C. de no. iure Quiri. tollen. l. unica. ¶ Notãdum ſecũdò
3 † ꝙ dedititii fiebãt hoc modo, q̃do Romani manu bellica
in deditionem accipiebãt aliquam ciuitatem, ne ciuitas de
ſolaretur, & ciues interficerentur, utebantur eis Romani
tanquã ſeruis, toto tempore uitæ, ſed in morte efficiebãtur
liberi ut dicit Bal. C. de dedititia liber. toll. l. unica. & hoc
ꝓderat eis, quia bona, & publicum à dño non occupaban
4 tur. Sed † Latini fiebant hoc modo quia capta ciuitate ali
qua à Romanis, mittebãtur homines illius ciuitatis alia lo
ca, & erant liberi in tota uita, ſed in morte erant ſerui, nec
poterant facere teſtamentum, ut C. de latin. liber. toll. l. cũ
5 dedititij. ¶ Notãdum † tertiò, ꝙ licet dicat in tex. ꝙ manu
miſſus habet eãdem libertatem quam manumiſſor, manu
miſſio tamen hẽt multos effectus, qui nõ attribuuntur ma
numiſſori ingenuo. qui cõſiſtunt in faciendo, eo ꝙ manu
miſſus tenet patrono ſuo exhibere reuerentiã & in neceſſi
tate ſubuetionẽ. Quidã ẽt effectus cõſiſtunt in nõ faciẽdo.
Nã manumiſſus non põt patronum ſuum ſine uenia in ius
uocare, ut ff. de in ius uocan. l. penu. Sicut nec filius patrẽ,
eo. ti. l. uenia, quod ſi fecerit, ponitur in quinquaginta au-
6 reis. † Et eſt aureus, ſolidus ut infra. de pœn. temerè liti-
gantium. §. fi. Reuocatur etiam manumiſſus per ingratitu
dinem ad priſtinam ſeruitutem, C. de liber. & eorum libe.
7 l. ſi manumiſſiones. ¶ Notandum † quartò, ꝙ manumiſſio
non impeditur propter ætatẽ manumiſſi, quia poteſt ma-
numitti exiſtens in utero, quia habetur pro iam nato, ut ff.
de ſtatu homi. l. qui in utero. Nec impeditur etiam pro-
pter manumiſſoris ætatem, ſi ſit legitima, de qua infra. tit.
proxi. §. eadem. Nec impeditur propter modum manumiſ-
8 ſionis, ut hic in tex. ¶ Notandum finaliter † circa §. fi. in
qua dicitur, multis modis additis, quod nouem modi ad-
duntur prædictis, Primus eſt, quando dominus ſeruum
ſuum ægrotantem de domo eiecerit, ut notatur in c. ulti.
extra de infantibus & langui. Secundus eſt, quando uen-

dit

dit ancillam, ne proſtituatur, & poſtea proſtituitur, uel ipſemet vendẽs reaſſumit eam, & proſtituit. Vocatur autem proſtituta meretrix, & ꝓſtitutio meretricatio. Tertius modus eſt, quãdo ſerui pileati præcedunt funus dñi defuncti. Quartus modus eſt, quando dñs in iudicio dixit uelle ſeruum ſuum eſſe Latinum. Quintus eſt, quãdo libertas data eſt ſub conditione, & hæres ante cõditionem, manumittit ſeruum. Sextus eſt, ſi ſeruus in iudicio ſuperatus fuerit a domino, & oblatum eſt pro eo pretium, & dñs poſtea recepit. Septimus eſt, quando dominus tradit ancillam ſuam nuptui ſcienter libero homini. Octauus eſt, ſi dominus in iudicio ſeruum ſuũ nominauerit filium. Nonus modus, ſi dominus coram teſtibus reddiderit ſeruo inſtrumenta ſeruitutis. Et de iſtis modis habetur C. de latin. liber. tollen. l. 2. Adduntur etiam prædictis alij, ſcilicet quando ſeruus uindicat mortem domini, uel accuſat falſos monetarios, uel raptores virginum, uel ſanctimonialium, aut fugientes à militia, ut C. ex quibus cauſis ſerui liber. pro pręmio accipere meruerunt, per totum. Fit etiam ſeruus liberi ſi dominus permittat eum ſcienter fieri clericum, ut C. de epiſ. & cle. l. ſi quis ſeruus. uel ſi triennio probatus fiat monachus, ut de epiſ. & cler. l. uerum. ¶ Opponitur primo ſic, &
9 uidetur, † ꝙ libertus ſine uenia põt patronum ſuum in ius uocare, in Authen. ut liberti de cætero au. non carent anu. §. 1. colla. 6. ubi hoc dicitur. Solu. In illo §. patronus, remiſit liberto ius patronatus, & ideo ſi uenia uocat eum in ius, ſic etiam poſſunt manumiſſi trib. modis tactis in ultimo notabili, ſ. primo, ſecundo, & ſexto, manumiſſorem in ius uocare, quia iure patronatus priuatus eſt. ¶ Opp. ſecun
10 dò, † & uidetur, quòd exiſtẽs in utero non hẽtur pro nato, quia ſi ſic, ſequeretur, ꝙ ſi eſſet ſtatutũ uel ordinatũ, ꝙ capiens lupum, haberet duos albos, & aliquis caperet lupã, quæ in uentre haberet quatuor lupos, reciperet decem albos, quod non uidetur eſſe iuris. Solutio. Exiſtens in utero, habetur pro nato, ſi ſit homo, & ad ſuum commodum, ſed non ad commodum alienum, & eſt ſingulare in hoc caſu propter fauorem libertatis.

QVI-

QVIBVS EX CAVSIS MANVMITTERE non licet.

TITVLVS VI.

Continuatur ſic. Dictũ eſt prius de manumiſſione, & de modis quib. fit manumiſſio. Cõſequenter dicẽdum eſt, qui manumittere poſſunt, uel non, & ex quibus cauſis. Diuiditur autem preſens titulus in tres partes. In prima declaratur, qũo manumiſſio in fraudẽ facta, nõ ꝓcedit. In secũda ibi, in fraudẽ, declaratur, ꝗ in fraudẽ manumittũt. In 3. ibi, eadẽ declaratur, in qua ętate qs poſſit manumittere.

§. Non tamen cuicunque.

1 *Manumittẽs in fraudẽ creditorum, nihil agit, uide & lim. nu. 2.*

3 *Facta contra legem, an & quomodo habeantur pro infeſtis.*

4 *Teſtator non exiſtens ſoluendo an poſſit in praiudicium creditorum, unum ſolum ſeruum inſtituere hæredem. Et quid ſi plures inſtituat, & num 8.*

5 *Paupertas prodeſt limi. nu. 9. Et num aliquando noceat.* 10.

6 *Teſtator inſtituens ſeruum hæredem ſimpliciter, præſumitur eum uelle liberum.*

7 *Manumittens in fraudem creditorum, an poſſit libertatẽ reuocare.*

1 Summatur ſic, † Manumittens in fraudẽ creditorum nihil agit. Dominus tamen, qui ſoluẽdo non eſt, põt in teſtamento ſeruum ſuum hæredem inſtituere, cum libertate, ſine cuius, ſcilicet libertatis datione, tñ ſeruus fit liber, & hoc etiã uerum eſt in domino, qui ſoluendo eſt hoc dicit. Sed intellectus tex. eſt iſte, ꝙ manumittẽs in fraudẽ, nihil agit, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. Poteſt tñ dominus ſeruum cum libertate in teſtamento hæredem inſtituere, & erit hæres ſolus & neceſſarius, ſi nemo alius ex eo teſtamẽto hæres extiterit, aut quia nemo hęres ſcriptus ſit. vel quia is, qui ſcriptus, ex aliqua cauſa non exiſtit hæres. Et hoc ideo prouiſum eſt lege præſcripta Aelia Sẽtia, ut egentes homines habeant ſaltem ſeruũ ſuum hæredem, ut ſatisfaciat creditoribus, nel ſuo nomine res hæreditariæ uendantur, ne defectus iniuria afficiatur. Et idem eſt, ſi nõ exprimatur datio libertatis, qđ ẽt in domino, qui ſoluẽdo eſt,

eſt,obtinet,quia nō eſt uerisimile,ut quis uelit eũ manere ſeruũ,quẽ ſibi eligit hæredẽ,& ſic neminẽ ſibi eſſe hæredẽ.
2 Notandũ primo,† ꝙ manumittẽs in fraudẽ creditorũ, nihil agit, quo ad preiudiciũ creditorũ,vt hic, & ff.qui & ex quibus cauſis manumiſſi.libe.non fiunt.l.ſi mortis.Sed bene agit aliquid,quo ad præiudiciũ ſuũ, quia nõ pōt ipſe libertatem reuocare, ut c.de ſeruo pign.da.manumiſſio.l.ſi creditoribus.Ex quo patet,ꝙ faciẽs cōtra legẽ,uel ſtatuta in præiudicium alicuius,licet illi nō præiudicet,ſibi ipſi tñ nocet, & ſic intelligitur l.non dub.de leg. & conſti.princ.
3 ubi dicitur,† ꝙ quę cōtra ius fiunt,hētur pro infectis, ſi tamẽ ſit aliqua pęna indicta ſic excedẽtib.faciens cōtra legẽ & nihil propter hoc agens,incurrit nihilominus pœnã,ut clare habetur in gl.in l.ij.C.de epiſ.audientia.Et not.Bar. in l.ſi;quis legatum.ff.ad legem falc.¶ Notãdum ſecundo.
4 ꝙ† teſtator nō exiſtens ſoluendo,in fraudem creditorum, ſeu præiudicium,ſolùm unum ſeruum inſtituere poteſt hæredẽ,ut ff.de hæredib.inſti.l. qui ſoluendo. Et ſi plures de facto inſtituat,ille erit hæres qui primo nominatus ē, niſi ſecũdus minoris ſit prætij,& ff.qui & ex quib.cauſis manumiſ libe.nō fiunt.l.ſi quis habeat. Et ſi non abbareat, quis primo nominatus ſit, & qualis ſit pretii,non ualc inſtitutio,ut ff.de hære.inſti.l.qui ſoluendo.¶ Notandum tertiò,
5 quòd † paupertas prodeſt,ut hi, & ff.de tranſac.l.cum ei. Sed dicit Dynus.l. ſi quis ad declinandum. C. de epiſc. & cler.à tali prodeſſe libera nos Domine.¶Notandum quartò,quòd intereſt defuncti,ut ſatisfiat creditoribus ſuis,ut ff.de interroga. actio.l. & quia. Nec defuncti debent affici iniuria,ut ff.de acti.l.& oblig.l.ex iudiciorum,qđ facit cōtra illo, qui funera defunctorum arreſtant, ut ſepulturam
6 impediant ¶Notãdum† quintò,& finaliter ibi.Idem iuris, quod ſi dominus inſtituẽs ſeruum ſuum hæredẽ, expreſſe dicat,non uolo eum eſſe liberũ,tunc non ſit liber. Sed illo tex.intelligitur, quando hoc tacet,& nullã conditionẽ addit,quia tunc pręſumitur dominum uelle eum eſſe liberũ, quia qui uult conſequens,præſumitur uele antecedens,ut
7 ff.de iuriſdict.omn.iudic.l. ſecunda.¶Opponitur † primo

contra

Digitized by Google

contrà prædicta, & uidetur, ꝙ manumittẽs in fraudem creditorum, põt reuocare libertatem, per l. ſi quis ſciens ff. de contrahend. emptio. Solu. Lex illa loquitur in alienatione aliarum rerũ à libertate facta in fraudem creditorum. Hic autem loquitur tex. de libertate, quæ eſt multum fauorabilis. Et ideò ſecus in illa, & in aliis reb.
8 ¶Opponitur † ſecundò, & uidetur, ꝙ dominus poteſt plures ſeruos hæredes inſtituere in præiudicium creditorum per l. ſi pignori. ff. de hæred. inſtit. Solu. Illa l. loquitur, quando dominus primò inſtituit ſeruum pignori datum hæredẽ, & tunc potuit ſecũdum ſeruum hæredem inſtituere, quia primus ſeruus impignoratus alij domino, nõ poterat conſequi libertatem, niſi domino pignoris prius eſſe ſatisfactum, & ita lex illa
9 loquitur in alio caſu. ¶Opponitur † tertio, & uidetur, qđ paupertas non prodeſt, per l. ſpadonẽ. ff. de excu. tut. Solu. Paupertas interdũ prodeſt, & interdum nocet. Prodeſt autem primò, in fauorẽ manumiſſionis, ut hic. Prodeſt ſecundò, ut ualeat legatũ incertis perſonis, ut C. de epiſ. & cler. l. id quod pauperibus. Prodeſt tertiò, in legato anna. quod priuilegiatur ad modum alimentorum, ſi ſit legatum pauperi, nõ autem ſic ſi diuiti. ut ff. de tranſ. l. cum hi. Prodeſt quartò, in mulcta & pœna extraordinaria, ut in collectis, in quibus pauper non tantum ſoluit, aut ſoluere tenetur,
10 ſicut diues, ut ff. de off. prætor. l. illicitas. ¶Sed † nocet in pœnis corporalib. quia q̃ nõ hẽt in ære, luit in corpore, ut ff. de iuriſdict. om. iud. l. ſi quis id. Nocet ẽt ſcđo in promotione ad tutelã, ut in l. ſpadonẽ ff. de excu. tut. Nocet ẽt tertiò in honorib. quia pauperes non promouẽtur ad decurionatum ſeu ad magiſtratum, ſicut etiã diuites, ut l. ſubeundũ. C. de decurio. li. 10. Nocet ẽt quartò in fide, ut in Auth. de teſti. § 1. coll. 7. Niſi fides pauperis ſit probata moribus, ut ff. de excuſ. tut. l. ſcire oportet. Vbi dicitur, ꝙ boni mores plus ualẽt, q̃ diuitiæ. ¶Opp. quartò & finaliter, & uidetur, quòd iſta datio libertatis, de qua loquitur tex. circa §. idem iuris, non ſit noua ratione introducta, quia infra de hæred. inſtituen. circa finem iſta conſtitutio dicitur antiqua. Solutio. Iſta conſtitutio dicitur noua fuiſſe illo tempore,

quando

quando ordinabatur reſpectu prioris temporis, quo talis libertas non dabatur.

§.In fraudem autem.

1 *Manumittere, vel res ſuas alienare in fraudem, quãdo qs dicatur.*
2 *Bona ſua an quis præſumatur ſcire.*
3 *Libertatem ſemel datam, an poſſint impedire rerum euentus.*
4 *Manumiſſio eſt duplex.*
5 *Conſilium an faciat quem enet.*

Summatur ſic: Manumittens ex intentione, dum nõ eſt ſoluendo, uel defiturus eſt ſoluendo eſſe, in frandem dicitur manumittere. Sed intellectus tex. eſt iſte, ꝙ ille uidetur manumittere in fraudem creditorum, qui manumittit tem pore, quo nõ eſt ſoluendo, vel defiturus eſt eſſe ſoluendo. Non tamen impeditur libertas ſolo euẽtu non ſolutionis, id eſt, quia bona non ſufficiunt creditori, ſed requiritur &t conſilium, id eſt, intentio fraudandi creditores. Et reſpondet tex. tacitæ quæſtioni, quia poſſet quis quære, quomodo & qualiter euentus poſſit eſſe ſine conſilio, id eſt, inten tione, dicens, ꝙ hoc ideo eſt, quia ſæpe de ſuis facultatib
1 amplius, quã in his eſt, ſperãt homines. ¶ Not. † circa illum tex. ꝙ ille dicitur in fraudẽ manumittere vel res ſuas alienare, qui ſcit ſe hẽre creditores, & bona ſua nõ ſufficere, ad ſatis faciendum eis, vt ff. quæ in fraudẽ credit. l. oẽs. §. Luc.
2 ¶ Opponitur † contra prædicta primò ſic. & uidetur, ꝙ homines nõ plus ſperant de ſuis facultatibus, quã in eis eſt, quia quilibet præſumitur ſcire bona ſua, ut C. de reſcin. uẽ di. l. quiſquis. Solu. Dynus vult, ꝙ illud dictũ intelligitur de hominib nõ multũ diligentib. ſed Salic. dicit, ꝙ intelligitur de bonis mobilib. Sed ueri⁹ dicẽdũ eſt, ꝙ hoĩes ignorant ſuas facultates ſæpe in vltima voluntate, inſtante irre cuſabili neceſſitate mortis ꝑ turbationes, ut in l. hac con ſultiſſima. § cum humana fragilitas, C. qui teſtamẽtũ facere poſſunt. In alijs autem temporibus præſumuntur homines ſcire ſuas facultates, exceptis tribus caſibus. Primus eſt quando bona de nouo acquiſiuerũt, ut C. de actio. & hę redi. l. qui nondum. Secundus eſt, quando habeant bona ſua

Digitized by Google

in lõginquis partib.ut ff.qui & a quib.manumiſſi liberi nõ
fiunt.l.qui in fraudẽ.Tertij caſus,quãdo deceptiſunt ultra
dimidiũ iuſti pretij,ut in gl.ſuper l.qui[illegible] allegatã in op
3 poſitũ. Opponitur ſecũdò,& uidetur,† ꝙ ad impediẽdũ li
bertatẽ ſufficit ſolus euẽtus,ꝑ l.fi.C.qui manu nõ poſ.Sol.
4 †Eſt duplex manumiſſio,ſ.directa & fideicõmiſſaria.In di
recta loquitur iſte tex.Et requiritur euẽtus & cõſiliũ,ut ff.
qui & a quib.manumiſſi liberi nõ fiũt.l.in fraudẽ.Sed in fi
deicõmiſſaria ſufficit euẽtus.Et ita eſt in l.in oppoſitũ alle
ga. Cuius ratio eſt,quia libertas,ab hærede de facta data,
facilius reuocari põt ab ipſo hęrede,quã a defuncto,ut C.
5 de fideicõmiſſa.liber.l 3.Opponitur† tertiò,& videtur,ꝙ
cõſiliũ nihil facit,quia quis nõ tenetur ex cõſilio,vt ff.mã
da.l.2.Solu.Nullus tenetur ex conſilio alteri præſtituto ni
ſi fuerit fraudulentum,vt in regula nullus,de reg.iu.li.6.
Sed bene tenetur de conſilio ſuo proprio,id eſt,intentio-
ne ſua, in quãtum aliud eſt agere ex diſpoſito,aliud ex de
liberatione,& ſic tex.loquitur hic de conſilio.

§.Eadem lege.

1 *Cauſa iuſta manumiſſionis,& nu.5.*
2 *Manumittens ſufficit vt attigerit ultimum diem temporis,quo poteſt manumittere. Et quid in teſtamentis, quid in vſucapione.*
3 *Conſilium, quo hic accipiatur, quod requiritur in manumiſſione.*
4 *Iudicis arbitrio quando,& in quibus ſtetur.*
6 *Manumittens ancillam,cauſa matrimonij,debet eam ducere infra ſex menſes,& iuramento ad id ſe obſtringere. Et quid de ancilla & nu.16.*
7 *Decretum a iudice,ex falſa cauſa datum an teneat,limit.nu.17.*
8 *Maſculus xiiij annorum,teſtari poteſt, & fœmina xij. Item libertatem dare.nu 11.*
9 *Libertates,res ineſtimabilis.*
10 *Poſtulare poteſt pro alijs,qui eſt in xvij anno.*
12 *Filius poteſt habere patrem ſeruum,dupliciter. atque adeo manumittere. Et quid de patre in filium nu. 13.*
14 *Educator,& alumnus,an differant.*
15 *Procurator,eſt duplex.*

Vi

18 *Via media, an ſemper, vel quando eligenda.*

19 *Doctor, an quis poſſit fieri in xviij. anno.*

Súmatur ſic. Attingés xviij. annū, pt in teſtamēto ſuo ſeruo dare libertatē, quáuis lege Ælia Sētia minor 20. annis hoc facere nō poterat, niſi ex iuſtis cauſis. Hoc dicit. Sed intellectus tex. eſt iſte. Per l. Æliā Sētiā, nō pmittitur minori 20. an. manumittere ſeruos ſuos, aliter q̃ ſi uindicta apud cōſiliū, i. in iudicio approbata fuerit ipſius manumiſſi iuſta

1 cā manumiſſionis. † Iuſtæ aūt cauſæ manumiſſionis ſunt, manumittere patrē uel matrē, & ſic de alijs poſitis in tex. uel ſi quis manumittit ſeruū ſuū, vt eū hēat procuratorē, qui ſeruus debet eſſe 17. annorū, uel ſi manumittit ancillā cā matrimonij, & tūc debet eā ducere uxorē, infra ſex mēſes, niſi ex iuſta cā impediatur. Et quādo cā manumiſſionis eſt probata, nō retractatur manumiſſio, ſiue cā uera ſit, ſiue falſa. Sed quia exiſtens 14. annorum, pōt teſtamentum facere, & legata relinquere, non videtur rationabile, quare non poſſit ſeruis ſuis libertatem dare. Et ideo dominus Iuſtinianus corrigit hic l. Æliam Sentiam eligens mediam uiā, vt ſcilicet, qui 17. annum impleuerit, & 18. annum atti

2 gerit manumittere poſſit. ¶ Notandum primò, † circa verbum minoribus, ꝙ ſufficit manumittentem attingere vltimum diem temporis, quo poteſt manumittere. ff. de man. l. 1. quia iſte caſus eſt fauorabilis. Simile eſt in teſtamentis, vt ff. de teſtamē. l. qua ætate. Secus eſt in uſucapionib⁹, vbi cōputatur vſq; ad vltimū momentum, ut infra de vſucapi. in principio, quia vſucapio eſt odioſa & non fauorabilis,

3 ſicut eſt manumiſſio. ¶ Notandum ſecundò ibi, † uindicta apud cōſilium, quid intelligatur per vindictam dictum eſt ſupra de libertini. §. multis, in ſecundo notabili. Et intelligitur apud conſilium id eſt, locum illum, in quo ſolet haberi deliberatio, de huiuſmodi negotio, & ſic quod fit, ponitur pro loco, in quo fit, ut ff. de iuſti. & iure l. penul. §. fi. Intelligitur etiam conſilium, id eſt, apud eos, qui præſunt conſilio, id eſt, cā debet iuſta probari coram præſidib. conſilij, id eſt, corā iudicibus, & poſſunt etiā minimi iudices, habentes iuriſdictionē, in iſta cauſa cognoſcere, cum ſit de

iuriſdi-

Digitized by Google

Iuriſdictione, ut ff. de of. procon. & lega. l. 2. & in Authen. de defenſo ciuit. §. nulla. colla. 3. Ex quo elicitur, quod in
4 dubio ſtandū † eſt arbitrio iudicis, vt in l. illud ff. de manu miſ. vindic. Et ideo ſi de pœna infligenda, in iure non expreſſa, dubitetur, ſtandum eſt arbitrio iudidis, vt ff. de iure delibe. l. 1. Si etiã dubitetur de forma alicuius puncti mittendi ad cõſiliarios, ſtabitur arbitrio iudicis, ut notat Bar. in l. iuſiurandũ & ad pecunias. §. & ſi de qualitate. ff. de iu
5 reiurãdo ¶ Notandũ † tertio ibi, iuſtæ, quod hic ponuntur iuſtæ cauſę manumiſſionis, quæ etiam habentur. ff. de manumiſ. vindic. l. ſi minor. Additur alius modus ibidem in l. iuſta, ſi ſcilicet ſeruus eripuit dominũ a periculo mortis,
6 vel nota diffamiæ. ¶ Notandum quarto † ibi, ancilla. quod qui manumittit ancillam cauſa matrimonij, debet eam ducere infra ſex menſes, & de hoc præſtare iuramentũ, vt ff. de manumiſ. vind. l. ſi collectaneus, niſi iuſta cauſa impediatur, ut hic in tex. & ff. ſi quis cau. l. 2. Et hoc poteſt etiã facere ſpado, id eſt, uno teſticulo priuatus, ſed non caſtratus, vt ff. de man. vind. l. alumnos. Et nõ põt ancilla ſic manumiſſa, alteri nubere, ſine cõſenſu patroni, ut ff. de ri. nu.
7 l. patrimonij. ¶ Not. † quintò ibi, ſemel, quod ex iſto põt colligi, qđ decretũ a iudice datum, ẽt ex falſa cã, tenet, ut ff. de manu. vin. l. iuſta. & hoc ſi partes fuerint pſentes, ſecus
8 ſi fuerint abſentes, vt C. ſi ex fal. alle. l. 1. ¶ Not. † ſexto ibi, quatuordecim, qđ ille, qui eſt 14. ann. põt facere teſt. ſi ſit maſculus, & fœmina. 12. ann. ut ff. de teſta. l. qua ætate.
9 ¶ Not. † ſeptimò ibi, mediã uiã, ꝙ Iuſtinianus eligit in his mediã uiã inter ætatẽ, qua quis lege Ælia Sentia poterat manu. & ætatem, qua quis põt teſtamẽtum facere, propter hoc, quia libertas eſt res inæſtimabilis, ut ff. de reg. iur. l. & libertas. Et ab antiquitate nõ eſt penitus recedendũ, ut ff.
10 de teſtam. l. teſtamenta. ¶ Notandum † octauo, ibi cum enim antiquitas, quod ille, qui eſt in 18. anno, poteſt pro alijs poſtulare, id eſt, deſiderium alterius in iudicio exponere, vel alieno deſiderio contradicere, ff. de poſtulan. l. 1. Et ideo in illa ætate poteſt eſſe doctor, ut in eadem l. dicitur, in §. initium. Non tamen poteſt pro ſeipſo poſtulare, ut C.

Digitized by Google

vt C. de authoritate præſtan. l. clarum. Et eſt ratio, quare ꝓ alijs, & nõ pro ſe, quia poſſunt clientuli ſibijpſis imputare, q̃ ita talẽ patronum in ſua cã elegerũt, ut ff. de min. 25. an.
21 l. eum mandato. ¶Not. † finaliter extra tex. ꝙ etiã ſtudiis mutatum eſt in Auth ut ſponſ. larg. §. 1. coll. 9 ubi dr̃, ꝙ ſi cut q̃s 14. ann. põt teſtamentum facere, põt ẽt libertate da re in teſtõ, ſed inter viuos adhuc tenetur Ælia Sentia, q̃a in hoc caſu non eſt correcta, & ideò obſeruanda, ut C. de appel. l. præcipimus. tex. n. loquitur hic de teſtamento, ſimiliter in Authen. quia dicit relinquere, quod ſonat in ult.
22 vol. ut ff. de tabu. exhiben. l. 1. ¶Opponitur contra † p̃dicta primò ſic, & videtur, ꝙ non eſt poſſibile aliquem poſſe ma numittere patrem, vel matrem, aut filium, quia nõ videtur ꝙ filius poſſit eſſe dominus patris ſui, aut pater dominus ſui filij. Sol. Filius p̃t hr̃e patrem ſuum ſ eruum dupliciter. Primò, ſi dominus filium ſerui ſui in teſtamẽto ſuo neceſſa rium hæredem inſtituat, iux. §. huius tit. ff de acqui. poſſ. l. cum hæredes, tunc habebit filius patrem ſuum ſeruum. Et poterit eum ante 20. annum, le. Ælia Sentia manumittere. Secundò, ſi ſeruus habeat filium ex domina ſua, erit pater ſeruus filij, quia filius eſt liber, ſequitur. n. uentrem C. de
23 rei uend. l. partum. † Et regione p̃t pater filium ſuum ſeruũ habere, ut ſi ex ancilla ſua filium habeat Talis. n. cũ ſequa tur matrẽ, eſt filius, & ſeruus, ut C cõia de manu l. ſi Et ex iſto patet, ꝙ hic dicitur, ꝙ filius põt manumittere patrem, & ecõtra, & ꝙ ẽt filius põt patrem ſuum facere doctorẽ, aut militem & ecõtra, ut ff. de off. pręt. l. 1. & 2. ¶Opponit
24 † ſecũdò & videtur, ꝙ in tex. ſit ſuperfluitas, cõtra §. quib. in prima conſti. C. quia educator & alumnus nõ uidentur differre. Sol. Educator eſt nutritor actiue ſed alumnus poni tur hic paſſiue, pro eo, qui nutritus eſt, iux illud ꝙ metricè dr̃ Hoſpes zelotipus conuiuaq. uector, alumnus Actum ſi ue pati ſub eodem noie ſignant. ¶Opponitur tertiò, & vr̃, ꝙ hic dicatur inconuenienter, q̃d ſeruus procuratoris ha bendi cauſa debet manumitti 17. annorum, quia nullus p̃t eſſe procurator niſi 25. annorum ff. de procur. l. ſi minor. &
25 C. de ꝓcur. Sol. † Duplex eſt procurator. vnus ad negotia.

Digitized by Google

& alius ad iudicia, tūc dicitur, ꝙ procurator ad iudicia, debet eſſe 25. ann. ſed nō ꝓcurator ad negotia. Valet nihilominus ꝓceſſus, cū ꝓcuratore minore 25. annis, ſi pars aduerſa nō oppoſuerit exceptionē, ut dicit Io. An. in c. gñaliter. de ꝓcu. li. 6. & ꝓbat p l. ita demū C. de ꝓcu. Pōt ēt ſecūdò qs eſſe ꝓcurator ante 25. ann. in iudicio ꝓ patre ſuo, vt C. de procu. l. exigēdi. Differunt ēt aliter, q ꝓcurator ad iudicia nō pōt ſubſtituere ante litem conteſtatam, niſi ſpecialiter hoc cautum ſit, in inſtrumento cōſtitutionis. ꝑ clauſulam, cum poteſtate ſubſtituendi, ut c. i. de ꝓcu. li. 6. & etiā in l. neque. C. de procu. Sed ꝓcurator ad negotia, ſꝑ pōt ſubſtituere, ut ff. mandati. l. ſi procuratorē. ¶ Sed tūc replicatur ſic, qa ſeruus pōt eſſe procurator ad negotia, ergo nō oportet, ꝙ ꝑꝑ hoc manumittatur, ſicut dicitur hic, & probatur. ff. de ꝓcur. l. ſeruum. Sol. Seruus hic manumittitur, ut homines audacius & libėrius cum eo tractēt, & ut ipſe fidelius agat, videns ſe beneficium libertatis ꝑꝑ hoc

16 conſecutum. ¶ Opponitur quarto † & vr̄, ꝙ ancilla manumiſſa a domino, cauſa matrimonij, quādiu nō eſt matrimonium celebratum, pt̄ alteri nubere, qa matrimonium eſt liberum, ut in c. gemma. extra de ſponſa. Solu. Quod hic dicitur, intelligitur de iure ciuili, quo iure matrimonium cum ancilla dicitur cōtubernium, ut infra de nupt. §. 1. Sed iure canonico aliud eſt. & pt̄ illa ancilla manumiſſa, illo iure, alteri nubere, in c. 1. extra de coniugio ſeruo. & ſic in cā ma

17 trimoniali, & alijs eccleſiaſticis ¶ Opponitur † quintò, & vr̄, ꝙ factum ex falſa cauſa debet retractari, per l. Paulus. ff. de verb. ſig. Solu. Falſa cauſa debet exponi, i. iniuſta cauſa. v. g. Si quis manumittat ante 20. ann. aliquem, quia fuit ſocius ſuus in ſtudio, non eſt iuſta cauſa manumiſſionis. Et tamen ſi fuerit cauſa talis in iudicio approbata, licet non debuerit approbari, tenet manumiſſio, & non retractatur. quia nihil facilė immutandum eſt ex ſolēnibus, ut ff. de in integ. reſti. l. diuus ſic ſup. ꝑ oppoſitum exponebatur, i. uera ſup. de liberti. §. 1. ¶ Opponitur † ſextò, videtur, quòd

18 media uia non eſt eligenda per l. Neſennius. ff. de neg. geſt. Solu. Media uia eſt ſemper eligendā, quando eſt par ratio

in

in vtriſque extremis, ſed ſic nō eſt in illa. l. Neſennius. Hic āt eſt per ratio, ut declaratū eſt in 6. notab. huius. §. Et ubicunque eſt eadem ratio, debet eſſe idem ius. ff de uerb. obl.
29 l. a Titio. & ff ad l. Aquil. l. illud. ¶ Opponitur † finaliter, & videtur, quod quis nō pōt eſſe doctor in 18. anno, quia Doctor habet iuriſdictionem ſuper ſcholare ſuos, vt in prooe. fforum §. penul. Sed minor 25. annis, non poteſt habere iuriſdictionem, i. inſufficiens eſt, ut ff. de mune. & hono. l. ad rempublicam. Solu. Poteſt quis in 18. anno eſſe doctor, ad legendum, diſpulputandum, & etiam ad poſtulandum, ſed non habet exercitium iuriſdictionis ante 25. annum.

DE LEGE FVSIA CANINA TOLLENDA. Titulus VII.

Continuatur ſic; Dictū eſt prius eſt manumiſſionibus. Et quia lex Fuſia impediebat manumiſſiones cauſa mortis, ideò tanquam irrationabilis fuit tollenda, quæ hic remouetur & tollitur.

§. Lege Fuſia Canina.

1 *Lex Fuſia Canina, a d quid ſublata*
2 *Lex Fuſia, vnde dicta Canina.*
3 *Inuidia eſt, impedire, quod alteri prodeſt, & ibi non nocet Et ibid. in illud punctū quatuor regulæ, per diſcurſum nu. 4. 5. 6 & 7.*
8 *Serui, ſunt de familia*
9 *Argumentum a contractibus ad vltimam voluntatem, an valeat. Et quid econtra*
10 *Morientes, quomodo hic accipiantur.*

1 Sumatur ſic † Lege Fuſia (vel Suſſia) Canina, limitabatur numerus ſeruorum manumittēdorum in teſtameto. Et q̃a viui habent licentiam manumittendi oēs ſeruos ſuos, irrationabile uidetur, ꝙ morientes non habeant talē licentiā. Et ideò illa lex, tanquam inuida, & impediens libertates, fuit tollenda & ſubmouenda, & ex iſto etiam patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, ꝙ lex Fuſia dicta eſt Canina, fortaſſis ꝙ a quodam, qui appellabatur Canis, fuit inuenta, uel melius, Canina dicta eſt, quia ſicut Canis ſtans
2

Digitized by Google

in palea, non põt ea m habe e, & alios eã habere nõ permit tit. ita illa lex non pmittebat morientib. dare ſeruis ſuis libertatẽ, nec ipſe moriens poterat ſeruos retinere. Et iõ cõ uenienter dicitur lex Canina, vt nomine cõueniat rei, ſicut infra de don. §. eſt & aliud. Et facit iſte tex. cõtra iniqua ſtatuta, q̃ ſunt tollenda, ſicut q̃ ſunt contra libertatẽ eccleſiaſticã, ut in c. nouerit, ext. de ſen excõ. Et notat Bar. in Auth.
3 caſſa. C. de ſacroſ. eccl. Notandum ſecundò † ibi, inuidiã, ꝙ inuidia eſt, cum quis laborat, impedire, quod ſibi nõ nocet, & alteri prodeſt, vt C. de cad. toll. in princ. Et circa hoc dã
4 tur quatuor regulę. † Prima eſt, ꝙ poſſum in tuo fundo facere, quod mihi prodeſt, & tibi non nocet. Exempli gra. Si habeas fontem tibi inutilem, poſſum ex illo ſine nocumento tuo, agrum meum irrigare, vt ff. de aq. plu. ar. l. 2. Sed ſi tibi noceat, non poſſum. vt C. de ſeruit. & aqua. l. aquam. Scd̃a
5 † regula eſt, ꝙ tu non poſſis in tuo fundo, quod tibi non ꝓdeſt, & mihi nocet, imò teneris de dolo, ut ff. de aq. plu. ar.
6 l. 1. §. denique. Tertia reg. † ꝙ nõ poſſis in tuo fundo, qđ tibi non prodeſt, & mihi nõ nocet licet proſit tertio, ut ff. de leg. præſtan. l. uirilis. §. ſi adierit hæreditatẽ, ſed teneris de dolo qui tamen non pſumitur, ut ff. de reg. iu. l. nõ videtur,
7 niſi probetur, ut ff. de prob. l. eum q. Quarta † regula eſt, ꝙ compelleris dare in fundo, quod tibi non nocet, & mihi ꝓdeſt. Si tñ contractus, ex quo agatur, pceſſit, ut ff. de euict. l.
8 in credito. ¶ Notandum tertiò, † ſuꝑ verbo familia, ꝙ ſerui ſunt de familia, ut ff. de uerb. ſig. l. pronunciatio. ¶ Notãdũ
9 quartò & finaliter, ꝙ valet argumentum a contractib. ad vltimam voluntatem, ex quo dicitur hic, ꝙ id quod licet uiuentibus, debet & morientib. licere, vt ff. de pig. actio. l. ſciendum. § nõ eſt mirũ, & ff. de lega. 1. l. ſi ſeruum. §. eum q. chirographũ. Et hoc eſt uerum, ſi ſit par rõ in contractibus & vlt. volunt. Sed ſi maior ratio ſit in vltima voluntate, ualet argumẽtum negatiuè, ab ultima voluntate ad cõtractum, & affirmatiuè a cõtractu ad vltimam voluntatem, ut C. de legi. & conſt. princ. l. fi. Et ſi maior ratio ſit in contractu ualet argumentum a cõtractu ad vltimam volunt. negatiuè, & ab vltima volunt. ad contractũ affirmatiuè, ut ff. de pact.

l. pa-

l. pactum. In dubijs tñ, præſumitur pro ultima uoluntate, ut ff. de reb. dub. l. cum teſtó quia ultima uoluntas in multis eſt priuilegiata, nam ibi transfertur dñium ſine traditione, ut ff. de furtis. l. a Titio, quod non eſt in alijs contractibus, ut C. de pac. l. traditionib. ¶ Opponitur primo contra prædicta, & uidetur ꝙ morientibus non admittitur ſola licentia manumittẽdi ſeruos ſuos, quia mors omnia adimit & tollit. Et ideò nõ eſt incõueniens, ꝙ eis aufertur illa poteſtas. Et ꝙ mors tollit oĩa, habetur in Auth. de nupt.
10 §. deinceps colla. 4. Solut † Morientes non debent hic intelligi, qui ſunt in puncto mortis, ſed qui ſunt diſpoſiti ad morte. Poſſunt ẽt intelligi morientes, qui ſani diſponunt facta ſua, cauſa mortis, ut ff. de donat. cau. mortis. l. 3. & 4.

DE HIS, QVI SVI VEL ALIENI iuris ſunt. Titulus VIII.

Diuiditur iſte titulus in ſex partes. In prima, ponitur cõtinuatio. In ſcđa ibi, nã quędam ponitur diuiſio. In tertia ibi, rurſus, ponitur ſubdiuiſio ſecũdi membri præcedentis diuiſionis. In quarta ibi, uideamus, proſequitur ſm membrum diuiſionis poſitæ ibi, nam quædam. In quinta ibi, in poteſtate, declarat dominicam poteſtatem. In ſexta, ibi, ſed hoc tempore, reſtringit dominicam poteſtatem.

§. Sequitur de iure.

Summatur ſic. Sequitur de iure perſonarum alia diuiſio, & intellectus tex. eſt clarus. ¶ Notandum, quòd hic innuitur continuatio, quæ poteſt ſic fieri. Supra poſita eſt diuiſio de iure perſonarum, prout eſt de iure naturali & gentium. Hic ponitur alia diuiſio de iure perſonarum, prout eſt de iure ciuili. Nam prima diuiſio non poteſt dici de iure naturali tantum, quia illo iure ſeruitus eſt incognita, ut ſupra de liberti. §. 1.

§. Nam quædam.

1 *Perſonæ, ſunt duplices.*
2 *Diuiſio iuris perſonarum, eſt de iure ciuili.*
3 *Filij captorum ab hoſtibus, cuius ſint iuris.*

1 Summatur ſic: † Quædā pſonæ ſunt ſui iuris, & q̄dā alie-
2 ni iuris, & clarus eſt intellectus tex. ¶ Not. ꝙ † iſta eſt alia diuiſio iuris pſonarū ab illa quæ ſupra poſita eſt, in tit. de iu. perſ. Quia primū mēbrū illius diuiſionis hēt ſe in minus, q̄ primū mēbrum illius diuiſionis. Non. n. oēs liberi ſunt ſuis iuris, ut patet, de filijs qui ſunt in ptāte patris. Et ſm membrum illius diuiſionis hēt ſe in plus, q̄ ſm membrum illius, quia non oēs qui alieni iuris ſunt, ſerui ſunt, ut ēt patet de filijs, qui ſunt alieni iuris. Et ita patet, qđ illa diuiſio iuris perſonarum eſt de iure ciuili. Quia in ea ius gentium distinguitur, quia cum dr̄ quædā perſonæ ſui iuris ſunt, reſtringitur primum mēbrum diuiſionis poſitæ. ſupra de iure perſonarum, ut nō cōprehendat quoſdam liberos homines, ſ. filiosfa. & ſtatim cum ſubditur alieno iuri. ampliat, ſm, ut cōprehēdat quoſdam liberos, ſ. filiosfa. ut ff. de iuſt.
3 & iu. l. ius ciuile ¶ Opponitur † ſic, & uidetur, ꝙ iſta diuiſio nō eſt bona, qa aliqui ſunt, qui nec ſui nec alieni iuris ſunt, ut filij illorum, qui capti ſunt ab hoſtib. infrà qui. mo. ius patriæ poteſta. ſoluitur. §. ſi ab hoſtibus. Sol. Quamuis aliqui dixerunt tales filios eſſe in pendenti. ff. de uſufru. l. ſed & ſi quis interdum. dicendum tn̄ eſt in ueritate, ꝙ illi filij ſunt ſui iuris, quandiu patres ſunt capti, quia patres eorū ſunt ſerui hoſtium, ut ſupra de iure pſonarum. §. ſerui primo Et ideo non poſſunt alios habere in poteſtate, ut ff. de acqui. poſſ. l. cùm hęredes. Non poſſunt ēt ſimul eſſe ſui & alieni iuris, hoc enim eſt abſurdum. C. de ſent. paſſ. l. fi.

§. Rurſus.

1 *Perſona alieni iuris in cuius ſint poteſtate.*

2 *Poteſtas uarie accipitur.*

Hic ſubdiuidit, ſm membrum præcedentis diuiſionis
1 ſic, † quia earum perſonarum, quæ ſunt alieni iuris, quædam ſunt in poteſtate parētum, & quędam in poteſtate do-
2 minorum, & clarus eſt intellectus tex ¶ Notandum † circa iſtum tex. & glo. circa uerbum poteſtate, ꝙ poteſtas accipitur multipliciter. Vno modo, pro iuriſdictione. Secundo modo, ꝓ dominica poteſtate, quā ſcilicet dominus hēt in

ſeruum

ſeruum. Tertiò, pro patria poteſtate, quam pater habet in filium. Quartò, pro poteſtia uel facultate corporali, ut ff. de noxa l. Quoties. Quintò, p libera detétatione, ut ff de uſu ac. l. ſequitur. §. túc Et ita dicitur ff. de uer. ſig. l. poteſtatis.

§. Videamus.

1 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

Hic conſequenter proſequitur ſm membrum primæ diuiſionis. Et ſummatur ſic: Vidédum eſt de his qui ſunt alieni iuris quia illis cognitis, cognoſcetur, qui ſunt ſui iuris. Et primò uidendum eſt de his, qui ſunt in poteſtate domi-
1 norū. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Not. † primo ꝙ contrariorum eſt eadem diſciplina, ut elicitur hic & infra de tute. in princ. Cognito. n. uno contrariorum immediatorum cognoſcitur aliud, ut ff. de proc. l. Pomp. §. Opponitur ſi ſic, & uidetur, ꝙ contrariorum non eſt eadem diſciplina per l. qui accuſare. ff de accuſa. Solut. Illa lex loquitur de effectibus contrariorum, qui ſunt contrarii, ſed loquitur hic de cognitione contrariorum.

§. In poteſtate.

1 *Poteſtas dominica in ſeruos eſt iuris gentium*
2 *Seruus ſi ſtipuletur a liberto operas, an acquirat domino & nu. 4 5.*
3 *Dominus quotuplicem habeat in ſeruum poteſtatem.*
6 *Dominus uerbi latè accipitur.*

1 Hic proſequit de ptāte dominica. Et ſummatur ſic. † In ptāte dñorum ſunt ſerui, quæ poteſtas eſt de iure gẽtium, qui apud oẽs gentes dñi habent ptātem mortis & uitæ in ſeruos ſuos & quidquid per ſeruum acquiritur, dño acqui-
2 ritur. Hoc dicit, & patet intellectus tex. Notādum † primo, ꝙ ſi ſeruus ſtipuletur operas a liberto, ẽt acquirit dño, ut ff. de ſtipula. ſeruo. l. antepenul. uel ẽt ſi aliquod factum acquiratur in ſtipulatione, niſi in caſu, ut infra. de ſtipu. ſer-
3 uo. §. ſed cum factum. ¶ Notandum ſecundo, † ꝙ dñs iſto iure habet duplicem ptātem in ſeruum, ſ. uitæ & mortis, & acquiſitionis. Et poteſt addi tertia poteſtas. ſ. ꝙ ſeruus non poteſt torqueri in dominum, niſi in caſu, ut in crimi-
4 ne læſæ maieſtatis. C. de quæſtio. l. 1. ¶ Opponitur † pri-

Digitized by Google

mo, ſic contra prædicta, & uidetur, ꝙ ſeruus non acquirat domino ſuo quicquid acquirit, quia ſi ſeruus acquirat iniuſtè, nõ uidetur acquirere domino, ut ff. de acqu. poſſeſ. l. ꝙ ſeruus. Solu. Illud dicitur acquiri, ꝙ iuſtè acquiritur. Nam ꝙ ſeruus acquirit iniuſtè, nõ acquirit, niſi de facto, & tamẽ hoc modo acqrit domino, ſed dominus tenetur reſtituere,
5 ut notatur ea. l. ꝙ ſeruus ¶ Opponitur † ſecundò ad idem, quia ſeruus acquirit ſibi q̃. ꝓ. libertatẽ, ut C. qui ꝓ pꝛ̃mio liber. accipe. meruerũt, & tamẽ nõ accipit eã domino ſuo, ut infra de actio. §. ſic itaq. Solu. Quando ſeruus acquirit libertatem, tunc non manet ſeruus, ſed eo momẽto fit liber, vt dñm non habeat. Et ideo non eſt mirum, ꝙ illa non acquirit dño. Et eſt illud ẽt de quæſtionibus de puncto, ut habetur. ff. ꝙ met. cau. l. extat. Simile dictum eſt ſupra de li-
6 berti. §. 1. ¶ Opponitur † tertiò, quia ſeruus acquirit uſufructuario, uel quas perſo. nobis acqui. §. de his, & tñ nõ ſunt dñi ſui. Solu. Quanquam non ſint dñi, ſunt tamen quaſi domini. Et ꝙ hic dicitur, de dominis intelligitur, ẽtiã de quaſi dominis, & accipitur extenſè terminus ille, dominis.

§. Sed hoc tempore.

1 *Domini in ſeruos ſæuire nõ poſſunt ſupra modũ cã legib. incognita.*
2 *Dominus occidẽs ſeruum proprium qua pœna puniatur. & nu. 8.*
3 *Antonini conſtitutio de dominis in ſeruos.*
4 *Domini quibus ex cauſis ſæuire poſſint in ſeruos.*
5 *Correctio magiſtri in diſcipulos patris in filios, mariti in uxorem, & abbatis in monachos qualis eſſe debeat.*
6 *Confugientes ad eccleſias ſint ne ibi defendendi.*
7 *Re ſua ne quis malè utatur, expedit Reipub.*
9 *Rem ſuam uendere, an quis cogatur. Et quando.*
10 *Seruo an fiat iniuria à domino, & quo iure.*

Hic reſtringitur dominica poteſtas. Et sũmatur ſic. Qui occidit ſeruum ſuum, puniẽdus eſt, ac ſi occidiſſet ſeruum
1 alienum Hoc dicit. ¶ Et intellectus tex. eſt iſte: Nulli homines ſine cauſa in iure poſita, poſſunt ſupra modũ ſæuire
2 in ſeruos ſuos, quia † ex conſtitutione diui Pij Antonini, qui occidit ſeruũ ſuum, non minus iubetur puniri, quam ſi

occide-

occiderit ſeruũ alienũ, & ẽt prohibetur aſperitas domino rũ cõtra ſeruos ſuos ꝑ conſtitutionẽ euſdẽ Principis. Ipſe .n. cõſultus a quibuſdã p̃ſidib prouinciarũ de ſeruis qui ad eccleſias, vel ſtatuã Principis cõfugiunt, p̃cepit, ꝙ ſi appareret magna ſæuitia dñorum, cogerentur domini ſeruos ſuos bonis cõ[illegible] itionib. [illegible] t ſ. pretium dominis daretur, uẽde

3 re. expedit. n. reipublicæ, ne q̃s ſua re male utatur. Et† ſequuntur in tex. verba cõſtitutionis Antonini, miſſæ ad Ælianum Martianum, quorum intellectus eſt, ꝙ dñorum po teſtas eſt ſeruãda illibata, q̃a nemini eſt detrahendum ius ſuũ. Intereſt tñ dominorum, ne auxiliũ negetur iuſte peten tib. contra ſæuitiam, uel intollerabilẽ iniuriã. Et ideo iubet prædictus Princeps cuidã iudici, ut cognoſcat de querelis aliorũ, qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuam confugerunt. Et ſi reperiat eos iniuria affectos, faciat eos vẽdi, ut nõ reuertantur in poteſtatẽ dñorum, qui Sabinus, ſi fraudem fecerit huic cõſtitutioni, acrius, id eſt ſeuerius puniat. ¶No-

4 tandũ† primò, ꝙ aliquæ ſunt cauſæ in iure poſitæ, ꝑꝑ quas dominus poteſt ſęuire in ſeruum ſuum, ut ſi domino poſitę ſunt inſidiæ ſciente ſeruo, & dominũ non certiorauit, uel ſi ſeruus accuſauit dominum criminaliter, niſi eſſet crimẽ læſæ maieſtatis, vel ſi non iuuit dñm ſuum in periculo exiſtẽte n; uel ſi inuenit dominus eum cum uxore ſua, vel filia cõcumbentẽ, quo caſu eum ẽt occidere poteſt, vt ff. de uerbo. oblig l. qui ſeruũ. & ff de leg. .l. quid ergo, & ff. ad leg. Iul. de adul. l. marito. Si primis modis deliquerit, & eũ non inuenerit cũ uxore, ſed nõ obedit legitimẽ, eum corrigere põt, non tamen ultra modum boni uiri arbitrio cõprehen ſum ut C. de emẽ. l. ſer. l. j. Etiã ſi ſit ſeruus dotalis ut ff. ſol.

5 matri. l. ſi cõſtante. §. ſi maritus. Sic etiam poteſt† magiſter ſcholares emendare, etiam in ſacri exiſtentes, vt ff. ad leg. Aquil. l. ſed ſi quicunque. Et p̃t pater filios gratiose corrigere, ut C. de emend propinquorum l. 1. Et maritus uxorẽ, vt in Authen. ſed nouo iure C. de repud. Imò põt clericus uxorem ſuam, ſi ſuſpicetur de adulterio flagellare, & incarcerare 33. q. 2. c. placuit. Sic poteſt Abbas monachum gratioſe corrigere, ut extra. de offi. ord. cap. quanto. Et pater-

fami-

familiam ſuam, ut ff. de pœnis l. reſpiciendū. §. furta dom
9 ſticę. ¶ Notandum ſecundo † quod confugientes ad eccle
ſias ſunt ibi defendendi, ut C. de his, qui ad eccleſias con-
fugiunt l. 1. dicit hic Io. Fab. ꝙ confugiens ad uenerabile
ſacramētum Euchariſtiæ, cum portatur ad infirmum, ſunt
defendendi, & mouetur ex iſto tex. ubi dicitur, quòd defen
duntùr confugientes ad ſtatuas. Principum: multo potius
ad corpus Chriſti ſummi Principis. Et idē tenet Hoſt. Sed
Guliel. in rationali diuinorum, tenet oppoſitum. Melius tñ
tenetur, quod ſic. Si tñ aliqui confugiant ad eccleſias ꝑꝑ
delictum, pro quo ſunt corporaliter uel criminaliter puniē
di, iure ciuili non defenduntur, ut in Auth. de mand. princ.
§. neq. autem colla 3. Sed iure canonico ēt defenduntur,
ut in c. immunitatem, extra: de immu. eccl. Niſi publici eſ-
ſent latrones, uel agrorum depopulatores, uel cōmiſiſſent
delictum in eccleſia, uel exirent ꝑꝑ hoc eccleſiam, ut com-
mitterent delictum, & redirent ad eccleſiam. in his. n. caſi-
bus ēt canonico non defenduntur, ut in c. inter alia. extrà
7 de immunita. eccle. ¶ Notandum tertiò. † ꝙ expedit reipu
blicæ, & ēt principi, ne quis re ſua male utatur, ut dicitur
hic in tex. quia expedit ſubditos locupletes, eſſe, ut in Au-
then. ut iudices ſine quoquo ſuffrag fiant §. cogitatio. coll.
8 2. ¶ Opponitur primo ſic contra prædicta, & uidetur, † ꝙ
occidens ſeruum proprium, nō punitur ſicut occidens alie
num, quia contra illum datur actio legis Aqui. ut infra ad
legem Aqui. in princ. Sed talis actio in hoc caſu dari non
pōt, quia datur domino, & non cōtra dñm, ut ff. ad legem
Aqui. l. item M l. Sol. Verum eſt, ꝙ datur actio legis Aqui.
ſi agatur, ſed iſtud ciuiliter, ſed iſtud intelligitur qñ agitur
criminaliter, ut infra de pub. iud. §. item lex. Sed lex Corn.
datur pro homicidio, tam ſeruorum, q̃ aliorum, ut ff. ad l.
Corn. de ſicar. l. 1. Actio tñ ciuilis etiam datur in hoc caſu
contra dominum, & cuius intereſt ſeruum non eſſe occi-
ſum, puta creditori, ut de pigno. l. ſeruum. Etiam uſufru-
ctuario, ut ff. de leg. Aqui. l. ſed ſi ꝓprietatis. ¶ Opponitur
9 † ſecundo. & uidetur, ꝙ nemo inuitus cogitur uēdere rem
ſuam ff. de contr. hen. empt. l. inuitus. Solu. Verum eſt, ꝙ re

gula-

gulariter nemo cogitur uendere rem ſuam, ſed bene in ali
quibus caſibus, ut in odium poſſidentis, ut hic, quia domi
ni coguntur ſeruos uendere in odium ipſorum, ſæuitiam.
Aliquando coguntur etiam domini rem ſuam vendere fa
uore religionis, ut ff. de religio. l. ſi quis ſepulturæ, quando-
que fauore libertatis, ut infra de donatio. in f. .e, & quan-
doque fauore ultimæ uoluntatis, ut ff. de lega. 1. l. ſed ſi fi-
10 deiuſſor. ¶ Opponitur † tertio, & videtur, quòd ſerui non
debent vendi propter iniuriam, quia ſeruo a domino non
fit iniuriá, ut infra de iniurijs. §. ſeruis. Sol. Licet ſeruis non
fiat iniuria inſpecto iure gentium, fit tamen iniuria eius in
ſpecto iure naturali, ciuili, diuino.

DE PATRIA POTESTATE.
Titulus IX.

Continuatur ſic: Supra dictũ eſt de dominica poteſta te, conſequenter dicendum eſt de patria poteſtate. & diuiditur preſens titulus in quatuor partes. In prima de claratur qui ſint in patria poteſtate. In ſecũda declaratur ibi, Nuptiæ quid ſit matrimnoium. In tertia declaratur, quale ſit ius patriæ poteſtatis, ibi: ius autem. In quarta ibi, quæ igitur. declaratur qui habeant patriam poteſtatem.

§. In poteſtate.

1 *Liberi ex iuſtis nuptijs procreati ſunt in patria poteſtate.*

1 Summatur ſic, † Liberi ex iuſtis nuptijs procreati, ſunt in patria poteſtate. hoc dicit, & clarus eſt intellectus text. ¶ Notandum pro expeditione gloſ. quòd de illo uerbo po teſtas. dictum eſt ſupra in proxi. titu. §. rurſus in notabili. Quæ ſunt iuſtæ nuptiæ, dicetur infra tit. proximo.

§. Nuptiæ.

1 *Nuptia, quid.*
2 *Nuptia, unde dicantur.*
3 *Matrimonium, unde dictum.*
4 *Coniunctio animorum intelligitur in matrimonio.*
5 *Matrimonium, an & quo iure ſeparari poſſit.*
6 *Vxor ſequitur forum uiri.*
7 *Concubinatus, an & quo iure ſit licitus.*

Non

Non ſũmatur, quia eſt diffinitio nuptiarũ, ſeu matrimo
1 nij, & eſt illa: matrimoniũ † eſt uiri, & mulieris cõiunctio
indiuiduã uitæ conſuetudinẽ retinens. Notandum primo,
2 † ꝙ nuptiæ dicuntur a nubẽdo, ideſt, uelãdo, quia ſpõſa de
bet eſſe uelata, cuius ratio notatur 33. q. 5. in c. hæc imago,
ubi dicitur, ꝙ uir eſt imago Dei, ſed mulier eſt imago uiri.
3 Dicitur † autem matrimonium ſm gl. quia mulier nubit,
ut mater fiat. Sed hęc ratio nõ uidetur bona, quia ẽt uir du
cit uxorẽ, ut pater fiat, & ita a digniori potius diceret̃ pa-
trimoniũ. Idcirco põt eſſe alia ratio, quia matri imcũbunt
maiora onera matrimonij. Nã antẽ natiuitatem partus eſt
matri onerosus, & in partu doloroſus, & poſt partũ labo-
rioſus. Et illa ratio notatur in c. fi. extra. de cõuerſi. in fide.
Sed uocantur patrimonialia, qa in illis eſt patri maior cu-
ra. Dr ẽt connubium, coniugiũ, uel cõſortium, ut ff. de ritu
nup. l. eo iure, licet cõſortium cõiter dicatur cõiugium ſer
uorum, ut C. de ſer. fug. l. ſi qđ ãt uocatur contuberniũ, ut
C. de inceſt. nup. l. cum ancillis. Notandum ſecundo, ꝙ iſta
4 coniunctio † intelligitur animorum, ut ff. de regu. iur. l. nu-
ptias. Et debet conſenſus exprimi ꝑ uerba, ab illis q ſciunt
loqui, ut notatur in c. tuæ extra de ſponſal. vel ꝑ ſigna ab
his, qui non ſciunt loqui, ut eo. ti. c. cũ apud. Et quia matri
moniũ eſt ſacramentũ, ideo cõiunctio animorũ ſignificat
coniunctionẽ ſpiritus increati, cũ ſpiritu creato, ideſt, Dei
cũ aĩa, iuxta dictũ Apoſtoli. Quæ adhæret Deo, unus ſpũs
eſt cũ eo. Sed cõiunctio corporũ q̃ requiritur ad cõſuma-
tionem matrimonij, ſignificat vnionẽ filij Dei, cum natura
humana. Vnde in Euãg. Verbum caro factum eſt, uel unio
nẽ Chriſti cum Eccleſia, unde Apoſtolus. Hoc magnum ſa
cramentum in Chriſto & Eccleſia. Et hęc not. in c. debitũ.
extra. de biga & pulchrẽ habentur cũ plurimis alijs, de ſi-
5 gnificatione matrimonij 27. q. 1. in ſum. ¶ Opponitur † cõ-
tra ꝓdicta & uidetur ꝙ nõ conuenienter dicitur, ꝙ matri
moniũ retinet indiuiduã conſuetudinẽ, quia põt fieri ſepa
ratio, ut C. de repudijs. l. conſenſu. & in Auth. de nuptijs.
§. ſi igitur. colla 4. & in Authen. ut liceat matri uel auiæ. §.
quia uero. colla. 8. Solu. Licet matrimonium ſeparari poſ-

ſit,

ſit iure ciuili antiquo & nouo, Iure tamé canonico ſeparari nō pōt, quo ad ſacrum, licet bene quo ad torum, ut extra de diuort. c 2. Et ſi aliqñ quo ad ſacrum uideatur ſeparatio fieri, non tñ eſt ſeparatio, ſed nullitatis declaratio ut in gl. in l. rerum ff rerum amotarum Sed pōt etiá dici, q̃d iſta indiuidua conſuetudo intelligitur quãtum ad affectionem, & ita etiam ſaluatur diffinitio de iure ciuili. Sed tũc replicatur, quia talis affectio poteſt eſſe ad concubinam, ergo diffinitio non ſolum conuenit matrimonio. Sol. Propter iſtud dicit gl. quod debet addi iſti diffinitioni, diuini & humani iuris communicatio ut ff. de ritu nup. l. 1. Dicit notanter diuini iuris, quia uir & uxor debent eſſe eiuſdem
6 regionis C. de Iudæ. l. ne quis. Et † dicitur humani iuris, quia vxor ſequitur forum uiri. ff. ad municipa. l. fin. Quod non eſt de concubina, ut ff. ad municipa. l. ſi de iure. Licet
7 † concubinatus de iure ciuili ſit licitus, ut ff. de concubinis l in concubinatu. Iure tamen canonico eſt prohibitus, & hoc ius, præualet præcipue in iſto caſu. Sed poteſt adhuc obijci, quia illa affectio poteſt eſſe inter matrem & filiũ, vbi non poteſt eſſe matrimonium. Solu. Illa affectio non retinet indiuiduam conſuetudinem, ſicut inter uirum & vxorem, ut infra tit. proximo. §. ergo.

§. Ius autem.

1 *Ius patriæ poteſtatis, eſt proprium ciuium Roman*
2 *Patria poteſtas in quibus conſiſtat*
3 *Pater an poſſit petere filium ſuum ut ſit in ſua poteſtate.*
4 *Ciues, qui ſint & quomodo accipiatur illud verb.*
5 *Filij alieno nomine poſſunt eſſe in iudicio*

1 Summatim dic: † Ius patriæ poteſtatis proprium eſt ciuiũ Romanorum, quia nulli homines talem poteſtatem habent in liberos, qualem habent Romani. Hoc dicit. Et in-
2 tellectus tex. eſt clarus. ¶Notandum † pro expoſitione gl. ꝙ iſta poteſtas patria conſiſtit in multis. Primò, quia pater poteſt in neceſſitate filium ſuum uendere vel obligare, ut C. de patribus, qui fil. diſtraxe. l 2. Secundò, quia patres non poſſunt a filijs in iudicium vocari, ut C. de in ius

uocan.

2 *Natus ex concubinatu, vel inceſtu, non eſt in patris poteſtate.*
3 *Filij, ſunt in poteſtate patris nullo aſcẽdentium extante ſuperiore.*
4 *Nati ex filia ſequuntur familiam.*

1 Summatur ſic. Filij † & deſcendentes ex filijs, conſtante matrimonio ſunt in patria ptãte, ſimiliter & filiæ, ſed non deſcendentes ex filiab. Hoc dicit. Ex quo ẽt ſatis patet intel.
2 tex. ¶ † Notandum primò, quod tex. dicit notanter uxore, quia qui naſcitur ex concubina, non eſt in patris ptãte, vt infra ti prox. §. fin. nec ille qui naſcitur ex inceſtu, ut in Authen. qui mo. natura efficiuntur legiti. § fin. collat. 7.
3 ¶ † Notan. ſecundo, quod filij ſunt in ptãte patris, ſi nullus aſcendentium ſit ſuperior, vt puta auus uel pro auus, quia tales exiſtentes ſunt in ptãte illius, ſ. aui vel pro aui, quo. ſ. auo mortuo, filij recidunt in ptãtem patris, niſi pater ante mortem illius fuerit emancipatus, quia tunc non cadunt in ptãtem patris, ſed fiunt ſui iuris, ut ff. de his qui ſui vel
4 alie. iu. ſunt l. Item in ptãte. ¶ Not. † tertio, quod qui naſcũtur ex filia, ſequuntur familiam ut infra de legit. agnato. tute. in princ. & ſic ſequuntur patrem, ut ff de ſtatu homi. l. cum legitimè. ¶ Opponitur contra prædicta, & uidetur, quod filius natus ex uiro & eius uxore, non ſemper eſt in patris poteſtate, ut hic dicit tex. per l. ſic ueniet ff ad l. Iul. de adul. Solu. Illa lex loquitur de uiro, qui eſt in aliena poteſtate, & ſic nullum poteſt habere in poteſtate ſua. Iſte autem tex intelligitur de uiro, qui eſt ſui iuris.

DE NVPTIIS.
Titulus X.

Dictũ eſt ſupra de patria ptãte, quæ eſt reſpectu filiorum ex iuſtis nuptijs procreatorum. iõ cõuenienti ordine determinatur hic de nuptijs. ¶ Et diuiditur iſte ti. in octo partes. In prima parte declaratur inter quas pſonas nuptiæ eſſe poſſint. In ſecunda ibi, ergo ponuntur prohibitiones nuptiarum, inter aſcendentes & deſcendentes. In tertia ibi inter eas. ponuntur prohibitiones inter collaterales. In quarta ibi, affinitatis, ponuntur prohibitiones rõne affinitatis. In quinta ibi, & ſi vxor, ponuntur prohibitiones, rõne publicę honeſtatis. In ſexta ibi, illud, ponuntur

prohi

prohibitiones rōne ſeruilis cōdōnis. In ſeptima ibi, ſi aduerſus, ponitur annullatio matrimonij, cōtra ius cōtracti, & adijciūtur pęnę. In ultima ibi aliqñ declaratur qũo filij non exiſtẽtes in pat. pote. rediguntur ad patriā poteſtatē.

§. Iuſtas autem.

1 *Nuptiæ iuſtæ, quæ ſint, & quomodo contrahantur.*
2 *Ciuium* R*oman. appell. intelliguntur liberi.*
3 *Matrimonium an poſſit eſſe inter ſeruos, & utro iure.*
4 *Iura, ciuile, & canonicū vbi diſſident, atri potius ſtandū diſting.*
5 *Maſculi puberes quoto anno dicantur in vtroque genere, ad matrimonium contrahendum habiles.*
6 *Matrimonium contrahere an poſſint exiſtentes in patria poteſtate, ſine conſenſu patris. Et quid ſi ſint furioſi nu 7.*
8 *Matrimonij, & ſponſaliorum non idem ius*
9 *Pater ſi filiam non dedit nuptui ante 25. annum, & poſtea proſtituatur, non poteſt eam ob id exheredare.*
10 *Diploma.*

1 Iuſtæ nuptiæ ſunt† quæ p maſculos puberes, & fęminas uiri potentes liberos, ſm præcepta legū, & de cōſenſu illorum in quorū ptāte ſunt, cōtrahūtur. Si tñ illi, in quorum ptāte ſunt, fuerint furioſi, pñt tam filij q̃ filiæ ſine illorum conſenſui matrimonium cōtrahere, ſm modū in iure poſitum, h. d. Et ex ſummarijs patet intel. lex. ¶. Notandū circa
2 † verbum Ciues Romanis, φ per ciues Romanos intelliguntur hic liberi homines, ut ſupra de lib. §. fi. Ex quo pa-
3 tet, φ illo iure ciuili non eſt † matrimonium inter ſeruos, ſed eſt contubernium, ut C. de inceſt. nup. l. cum ancillis. Secus de iure canonico, q̃a illo iure eſt inter eos uerū matrimoniū, ut in c. 1. ext de coniu. ſer. in q̃rū uterq. coniugū cognoſcit cōditionē ſeruilē. Si. n. altera pſona eſſet libera, & ignoranter contraheret cum altera ſeruilis cōditionis, nō teneret matrimoniū, ēt in iure canonico, niſi ſciens ſeruitutē poſtea conſentiret, ut in c. licet. & in c. fin. de coniu. ſeru. Dñs tamen per matrimonium non dēt priuari operibus, ut in c. 1. extra de coniug. ſeru. Et ſi dñs petat operas ab ancillis, & maritus petit debitū, præfertur maritus, q̃a

uincu-

Digitized by Google

uinculum ſpūale,qđ eſt matrimonio,pfertur vinculo temporali,qđ eſt inter dominum & ſeruum,ut in gl.c.de cōiu. ſer. Quod uerum eſt,niſi dominus exegerit ſeruitia ,p auxilio pſonæ ſuæ.l.ſi qs in graui.§.ſic hoies.ff ad ſilla. Scđò, dñs non poteſt vendere ſeruum mercatori,qui deducturus ſit eum ad alienas terra ſiue ,puincias, qa maiori uinculo, quippe ſpirituali, alligatus eſt uxori, q̃ dño, cui ſolum vinculo tpali. Tertiò,ſi dñs ſcienter ſeruum, uel ancillam cum libera perſona contrahere permittat,efficiuntur liberi per matrimonium,ut in l.ad hęc q ſuā.C.de lati.liber.toll.Partus ēt ex matrimonio ancillæ pcreatus,pertinet dño,ut ff.
4 de ſtatu ho.l.ſeruus.Et† quia coniugium ſeruorū iure canonico eſt uerum matrimonium, & nō iure ciuili,idcirco ſciēdum eſt hic,qđ ius canonicum pualet iuri ciuili,qñ ſunt cōtraria,ut in Auth.de eccl.titulis.§.1.coll.9.De quo tamen datur pulchra diſtinctio,ſumpta ex doct.ſuper c.1. de noui ope nunc. Quia materia,de qua eſt q̃ſtio, uel deciſa in uno iurium & nō in altero,uel eſt deciſa in utroq.iure.Si tm̄. deciſa eſt in altero iurium,tunc in vtroq.foro ſeruatur. Exemplum,vt deductio duarum quartarum,ſ.falcidię,& Trebellianicę,declaratur in iure can.ut in c.Ray. & c. Raynald. extra de teſtam.& ſeruatu ēt in iure ciuili.Ecōtra,materia tranſmiſſionis hæreditatis ad hęredes,nō declarat multum iure can.ſed deciditur in iure ciuili,& ergo tunc ſeruantur leges ēt in foro eccleſiaſtico, qa in tranſmittit hæreditatē clericus,ſicut laicus.l.vnica.§.nouiſſima.C. de cad.toll.Si āt materia deciſa ſit in vtroque iure,tunc vel contrariatur, vel non.Si non contrariatur,tunc miſtim obſeruatur deciſio in utroque iure,vt in c.paſtoralis.extra de fi.inſtru.Si āt cōtrariatur,tunc uel ius ciuile trahit ad peccatum,& tunc non obſeruatur in aliquo iure,vt in c.fi.extra.de pſcript.qa qñ ius ciuile trahit ad peccatum, tunc Papam tollitur, ut in c.nouit.extra. de iudi. Si autem ius ciuile non trahit ad peccatum,& contrariatur iuri canonico, tunc in ſacramentis & ſpiritualibus obſeruatur ius canonicum,ut iā dictum eſt de matrimonio ſeruorum.In alijs autem ſeruatur ius canonicum in foro eccl.& ius ciuile in foro ci. Nā tunc Papa

Digitized by Google

mo, ſic contra prædicta. & uidetur, ꝙ ſeruus non acquirat domino ſuo quicquid acquirit, quia ſi ſeruus acquirat iniuſtè, nō uidetur acquirere domino, ut ff. de acqu. poſſeſ. l. ꝙ ſeruus. Solu. Illud dicitur acquiri, ꝙ iuſtè acquiritur. Nam ꝙ ſeruus acquirit iniuſtè, nō acquirit, niſi de facto, & tamē hoc modo acqrit domino, ſed dominus tenetur reſtituere, ut notatur ea. l. ꝙ ſeruus ¶ Opponitur † ſecundò ad idem, quia ſeruus acquirit ſibi q. ſo q. libertatē, ut C. qui ꝓ ſ̄ nio liber. accipe. meruerūt, & tamē nō accipit eā domino ſuo, ut infra de actio. §. ſic itaq. Solu. Quando ſeruus acquirit libertatem, tunc non manet ſeruus, ſed eo momēto fit liber, vt dnm non habeat. Et ideo non eſt mirum, ꝙ illa non acquirit dño. Et eſt illud ēt de quæſtionibus de puncto, ut habetur. ff. ꝙ met. cau. l. extat. Simile dictum eſt ſupra de liberti. §. 1. ¶ Opponitur † tertiò, quia ſeruus acquirit uſufructuario, uel quas perſo. nobis acqui. §. de his, & tñ nō ſunt dñi ſui. Solu. Quanquam non ſint dñi, ſunt tamen quaſi domini. Et ꝙ hic dicitur, de dominis intelligitur, etiā de quaſi dominis, & accipitur extenſe terminus ille, dominis.

(margin numbers beside the lines above: 5 at "ut notatur ea. l.", 6 at "berti. §. 1.")

§. Sed hoc tempore.

1 *Domini in ſeruos ſæuire nō poſſunt ſupra modū cā legib. incognita.*
2 *Dominus occidēs ſeruum proprium qua pœna puniatur. & nu. 8.*
3 *Antonini conſtitutio de dominis in ſeruos.*
4 *Domini quibus ex cauſis ſæuire poſſint in ſeruos.*
5 *Correctio magiſtri in diſcipulos patris in filios, mariti in uxorem, & abbatis in monachos qualis eſſe debeat.*
6 *Confugientes ad eccleſias ſint ne ibi defendendi.*
7 *Re ſua ne quis malè utatur, expedit Reipub.*
9 *Rem ſuam uendere, an quis cogatur. Et quando.*
10 *Seruo an fiat iniuria à domino, & quo iure.*

Hic reſtringitur dominica poteſtas. Et ſūmatur ſic. Qui occidit ſeruum ſuum, puniēdus eſt, ac ſi occidiſſet ſeruum
1 alienum Hoc dicit. ¶ Et intellectus tex. eſt iſte: Nulli homines ſine cauſa in iure poſita, poſſunt ſupra modū ſæuire
2 in ſeruos ſuos, quia † ex conſtitutione diui Pij Antonini, qui occidit ſeruū ſuum, non minus iubetur puniri, quam ſi occide-

occiderit ſeruũ alienũ, & ẽt prohibetur aſperitas domino
rũ cõtra ſeruos ſuos ꝑ conſtitutionẽ eiuſdẽ Principis. Ipſe
.n. cõſultus a quibuſdã p̃ſidib. prouinciarũ de ſeruis qui ad
eccleſias, vel ſtatuã Principis cõfugiunt, p̃cepit, ꝙ ſi appa-
reret magna ſæuitia dñorum, cogerentur domini ſeruos
ſuos bonis cõditionib. et ſ. pretium dominis daretur, uẽde
3 re. Expedit. n. rei publicæ, ne q̃s ſua re male utatur. Et† ſe-
quuntur in tex. verba cõſtitutionis Antonini, miſſæ ad Æ-
lianum Martianum, quorum intellectus eſt, ꝙ dñorum po
teſtas eſt ſeruãda illibata, q̃a nemini eſt detrahendum ius
ſuũ. Intereſt tñ dominorum, ne auxiliũ negetur iuſte peten
tib. contra ſæuitiam, uel intollerabilẽ iniuriã. Et ideo iubet
prædictus Princeps cuidã iudici, ut cognoſcat de querelis
illorũ, qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuam confugerunt.
Et ſi reperiat eos iniuria affectos, faciat eos vẽdi, ut nõ re-
uertantur in poteſtatẽ dñorum, qui Sabinus, ſi fraudem fe-
cerit huic cõſtitutioni, acrius, id eſt ſeuerius puniat. ¶ No-
4 tandũ † primò, ꝙ aliquæ ſunt cauſæ in iure poſitæ, ꝓꝑ quas
dominus poteſt ſæuire in ſeruum ſuum, ut ſi domino poſitę
ſunt inſidiæ ſciente ſeruo, & dominũ non certiorauit, uel ſi
ſeruus accuſauit dominum criminaliter, niſi eſſet crimẽ læ
ſæ maieſtatis, vel ſi non iuuit dñm ſuum in periculo exiſtẽ
tem; uel ſi inuenit dominus eum cum uxore ſua, vel filia
cõcumbentẽ, quo caſu eum ẽt occidere poteſt, vt ff. de uer-
bo. oblig. l. qui ſeruũ. & ff. de leg. .l. quid ergo, & ff. ad leg.
Iul. de adul. l. marito. Si primis modis deliquerit, & eũ non
inuenerit cũ uxore, ſed nõ obedit legitime, eum corrigere
põt, non tamen ultra modum boni uiri arbitrio cõprehen
ſum ut C. de emẽd. ſer. l. j. Etiã ſi ſit ſeruus dotalis ut ff. ſol.
5 matri. l. ſi cõſtante. §. ſi maritus. Sic etiam poteſt† magiſter
ſcholares emendare, etiam in ſacri exiſtentes, vt ff. ad leg.
Aquil. l. ſed ſi quicunque. Et p̃t pater filios gratioſe corri-
gere, ut C. de emend. propinquorum l. 1. Et maritus uxorẽ,
vt in Authen. ſed nouo iure C. de repud. Imò põt clericus
uxorem ſuam, ſi ſuſpicetur de adulterio flagellare, & incar
cerare 33. q. 2. c. placuit. Sic poteſt Abbas monachum gra-
tioſe corrigere, ut extra. de offi. ord. cap. quanto. Et pater-
fami-

familiam ſuam, ut ff. de pœnis l. reſpiciendũ. §. furta domeſticę. ¶ Notandum ſecundo † quod confugientes ad eccle-
9 ſias ſunt ibi defendendi, ut C. de his, qui ad eccleſias confugiunt l. 1. dicit hic Io. Fab. ꝙ confugiens ad uenerabile ſacramẽtum Euchariſtiæ, cum portatur ad infirmum, ſunt defendendi, & mouetur ex iſto tex. ubi dicitur, quòd defenduntur confugientes ad ſtatuas. Principum: multo potius ad corpus Chriſti ſummi Principis. Eũdẽ tenet Hoſt. Sed Guliel. in rationali diuinorum, tenet oppoſitum. Melius tñ tenetur, quod ſic. Si tñ aliqui confugiant ad eccleſias ꝑ delictum, pro quo ſunt corporaliter uel criminaliter puniendi, iure ciuili non defenduntur, ut in Auth. de mand. princ. §. neq. autem colla 3. Sed iure canonico ẽt defenduntur, ut in c. immunitatem, extra: de immu. eccl. Niſi publici eſſent latrones, uel agrorum depopulatores, uel cõmiſiſſent delictum in eccleſia, uel exirent ꝑ hoc eccleſiam, ut committerent delictum, & redirent ad eccleſiam, in his. n. caſibus ẽt canonico non defenduntur, ut in c. inter alia. extrà
7 de immunita. ecclei ¶ Notandum tertiò. † ꝙ expedit reipublicæ, & ẽt principi, ne quis re ſua male utatur, ut dicitur hic in tex. quia expedit ſubditos locupletes, eſſe, ut in Authen. ut iudices ſine quoquo ſuffrag fiant §. cogitatio. coll.
8 2. ¶ Opponitur primo ſic contra prædicta, & uidetur, † ꝙ occidens ſeruum proprium, nõ punitur ſicut occidens alienum, quia contra illum datur actio legis Aqui. ut infra ad legem Aqui. in princ. Sed talis actio in hoc caſu dari non põt, quia datur domino, & non cõtra dñm, ut ff. ad legem Aqui. l. item M l. Sol. Verum eſt, ꝙ datur actio legis Aqui. ſi agatur, ſed iſtud ciuiliter, ſed iſtud intelligitur qñ agitur criminaliter, ut infra de pub. iud. §. item lex. Sed lex Corn. datur pro homicidio, tam ſeruorum, q̃ aliorum, ut ff. ad l. Corn. de ſicar. l. 1. Actio tñ ciuilis etiam datur in hoc caſu contra dominum, & cuius intereſt ſeruum non eſſe occiſum, puta creditori, ut de pigno. l. ſeruum. Etiam uſufructuario, ut ff. de leg. Aqui. l. ſed ſi ꝓprietatis. ¶ Opponitur
9 † ſecundo. & uidetur, ꝙ nemo inuitus cogitur uẽdere rem ſuam ff. de contr. hen. empt. l. inuitus. Solu. Verum eſt, ꝙ regula—

gulariter nemo cogitur uendere rem ſuam,'ſed bene in aliquibus caſibus,ut in odium poſſidentis,ut hic,quia domini coguntur ſeruos uendere in odium ipſorum , ſæuitiam. Aliquando coguntur etiam domini rem ſuam vendere fauore religionis,ut ff. de religio.l.ſi quis ſepulturæ,quandoque fauore libertatis,ut infra de donatio.in f. .e , & quandoque fauore ultimæ uoluntatis, ut ff. de lega.1.l. ſed ſi fi-
10 deiuſſor. ¶ Opponitur † tertio,& videtur,quòd ſerui non debent vendi propter iniuriam , quia ſeruo a domino non fit iniuriã,ut infra de iniurijs.§.ſeruis.Sol.Licet ſeruis non fiat iniuria inſpecto iure gentium,fit tamen iniuria eius inſpecto iure naturali,ciuili,diuino.

DE PATRIA POTESTATE.
Titulus IX.

Continuatur ſic: Supra dictũ eſt de dominica poteſtate, conſequenter dicendum eſt de patria poteſtate. & diuiditur præſens titulus in quatuor partes. In prima declaratur qui ſint in patria poteſtate . In ſecũda declaratur ibi, Nuptiæ quid ſit matrimnoium . In tertia declaratur, quale ſit ius patriæ poteſtatis,ibi:ius autem.In quarta ibi, quæ igitur. declaratur qui habeant patriam poteſtatem .

§. In poteſtate.

1 *Liberi ex iuſtis nuptijs procreati ſunt in patriæ poteſtate.*

1 Summatur ſic , † Liberi ex iuſtis nuptijs procreati, ſunt in patria poteſtate. hoc dicit, & clarus eſt intellectus text. ¶ Notandum pro expeditione gloſ.quòd de illo uerbo poteſtas.dictum eſt ſupra in proxi. titu. §. rurſus in notabili. Quæ ſunt iuſtæ nuptiæ,dicetur infra tit.proximo.

§. Nuptiæ.

1 *Nuptiæ,quid.*
2 *Nuptiæ,unde dicantur.*
3 *Matrimonium,unde dictum.*
4 *Coniunctio animorum intelligitur in matrimonio.*
5 *Matrimonium,an & quo iure ſeparari poſſit.*
6 *Vxor ſequitur forum uiri.*
7 *Concubinatus,an & quo iure ſit licitus.*

Non

Non ſumatur,quia eſt diffinitio nuptiarũ,ſeu matrimo-
1 nij,& eſt illa: matrimoniũ † eſt uiri,& mulieris cõiunctio indiuiduã uitæ conſuetudinẽ retinens. Notandum primo,
2 † ꝙ nuptiæ dicuntur a nubẽdo,ideſt,uelãdo,quia ſpõſa debet eſſe uelata,cuius ratio notatur 33.q.5.in c.hæc imago, ubi dicitur,ꝙ uir eſt imago Dei,ſed mulier eſt imago uiri.
3 Dicitur † autem matrimonium ſm gl. quia mulier nubit, ut mater fiat. Sed hęc ratio nõ uidetur bona,quia ẽt uir ducit uxorẽ,ut pater fiat, & ita a digniori potius diceret̃ patrimoniũ. Idcirco põt eſſe alia ratio,quia matri imcũbunt maiora onera matrimonij. Nã antẽ natiuitatem partus eſt matri onerosus,& in partu doloroſus, & poſt partũ laborioſus. Et illa ratio notatur in c.fi.extra.de cõuerſi.in fide. Sed uocantur patrimonialia,q̃a in illis eſt patri maior cura. Dr̃ ẽt connubium,coniugiũ,uel cõſortium,ut ff. de ritu nup.l.eo iure, licet cõſortium cõiter dicatur cõiugium ſeruorum,ut C.de ſer.fug.l.ſi.qđ ãt uocatur contuberniũ, ut C.de inceſt.nup.l.cum ancillis. Notandum ſecundo,ꝙ iſta
4 coniunctio † intelligitur animorum, ut ff.de reg.iur.l.nuptias. Et debet conſenſus exprimi ꝑ uerba,ab illis q̃ ſciunt loqui,ut notatur in c.tuæ extra de ſponſal. vel ꝑ ſigna ab his,qui non ſciunt loqui,ut eo.ti.c. cũ apud. Et quia matrimoniũ eſt ſacramentũ, ideo cõiunctio animorũ ſignificat coniunctionẽ ſpiritus increati,cũ ſpiritu creato,ideſt,Dei cũ aĩa,iuxta dictũ Apoſtoli. Quæ adhæret Deo,unus ſpũs eſt cũ eo. Sed cõiunctio corporũ,q̃ requiritur ad cõſumationem matrimonij,ſignificat vnionẽ filij Dei,cum natura humana. Vnde in Euãg. Verbum caro factum eſt,uel unionẽ Chriſti cum Eccleſia,unde Apoſtolus. Hoc magnum ſacramentum in Chriſto & Eccleſia. Et hęc not.in c.debitũ. extra.de biga & pulchrè habentur cũ plurimis alijs,de ſi-
5 gnificatione matrimonij 27.q.1.in ſum. ¶ Opponitur † cõtra ꝓdicta & uidetur,ꝙ nõ conuenienter dicitur,ꝙ matrimoniũ retinet indiuiduã conſuetudinẽ,quia põt fieri ſeparatio,ut C.de repudijs.l.conſenſu. & in Auth.de nuptijs. §.ſi igitur.colla 4. & in Authen.ut liceat matri uel auiæ.§. quia uero.colla.8. Solu. Licet matrimonium ſeparari poſ-

ſit,

ſit iure ciuili antiquo & nouo, Iure tamé canonico ſeparari nõ põt, quo ad ſacrum, licet bene quo ad torum, ut extra de diuort. c. 2. Et ſi aliqñ quo ad ſacrum uideatur ſeparatio fieri, non tñ eſt ſeparatio, ſed nullitatis declaratio ut in gl. in l. rerum ff rerum amotarum Sed põt etiã dici, qđ iſta indiuidua conſuetudo intelligitur quãtum ad affectionem, & ita etiam ſaluatur diffinitio de iure ciuili. Sed tũc replicatur, quia talis affectio poteſt eſſe ad concubinam, ergo diffinitio non ſolum conuenit matrimonio. Sol. Propter iſtud dicit gl. quod debet addi iſti diffinitioni, diuini & humani iuris communicatio ut ff. de ritu nup. l. 1. Dicĩt notanter diuini iuris, quia uir & uxor debent eſſe eiuſdem
6 regionis C. de Iudæ. l. ne quis. Et † dicitur humani iuris, quia vxor ſequitur forum uiri. ff. ad municipa. l. fin. Quod non eſt de concubina, ut ff. ad municipa. l. ſi de iure. Licet
7 † concubinatus de iure ciuili ſit licitus, ut ff. de concubinis l. in concubinatu. Iure tamen canonico eſt prohibitus, & hoc ius, præualet præcipue in iſto caſu. Sed poteſt adhuc obijci, quia illa affectio poteſt eſſe inter matrem & filiũ, vbi non poteſt eſſe matrimonium. Solu. Illa affectio non retinet indiuiduam conſuetudinem, ſicut inter uirum & vxorem, ut infra tit. proximo. §. ergo.

§. Ius autem.

1 *Ius patriæ poteſtatis, eſt proprium ciuium Roman.*
2 *Patria poteſtas in quibus conſiſtat*
3 *Pater an poſſit petere filium ſuum ut ſit in ſua poteſtate.*
4 *Ciues, qui ſint & quomodo accipiatur illud verb.*
5 *Filij alieno nomine poſſunt eſſe in iudicio*

1 Summatim hic † Ius patriæ poteſtatis proprium eſt ciuiũ Romanorum, quia nulli homines talem poteſtatem habent in liberos, qualem habent Romani. Hoc dicit. Et intellectus tex. eſt clarus. ¶ Notandum † pro expoſitione gl.
2 ꝙ iſta poteſtas patria conſiſtit in multis. Primò, quia pater poteſt in neceſſitate filium ſuum uendere vel obligare, ut C. de patribus, qui fil. diſtraxe. l. 2. Secundò, quia patres non poſſunt a filijs in iudicium vocari, ut C. de in ius

uocan.

2 *Natus ex concubinatu, vel inceſtu, non eſt in patris poteſtate.*
3 *Filij, ſunt in poteſtate patris nullo aſcẽdentium extante ſuperiore.*
4 *Nati ex filia ſequuntur familiam.*

1 Summatur ſic. Filij † & deſcendentes ex filijs, conſtante matrimonio ſunt in patria ptãte, ſimiliter & filiæ, ſed non deſcendentes ex filiab. Hoc dicit. Ex quo ẽt ſatis patet intel. tex. ¶ † Notandum primò, quod tex. dicit notanter uxore, quia qui naſcitur ex concubina, non eſt in patris ptãte, vt infra ti prox. §. fin. nec ille qui naſcitur ex inceſtu, ut in Authen. qui mo. natura efficiuntur legiti. § fin. collat. 7.
3 ¶ † Notan. ſecundo, quod filij ſunt in ptãte patris, ſi nullus aſcendentium ſit ſuperior, vt puta auus uel pro auus, quia tales exiſtentes ſunt in ptãte illius, ſ. aui vel pro aui, quo, ſ. auo mortuo, filij recidunt in ptãtem patris, niſi pater ante mortem illius fuerit emancipatus, quia tunc non cadunt in ptãtem patris, ſed fiunt ſui iuris, ut ff. de his qui ſui vel alie. iu. ſunt l. Item in ptãte. ¶ Not. † tertio, quod qui naſcũtur ex filia, ſequuntur familiam ut infra de legit. agnato. tute. in princ. & ſic ſequuntur patrem, ut ff de ſtatu homi. l. cum legitimè. ¶ Opponitur contra prædicta, & uidetur, quod filius natus ex uiro & eius uxore. non ſemper eſt in patris poteſtate, ut hic dicit tex. per l. ſic ueniet ff ad l. Iul. de adul. Solu. Illa lex loquitur de uiro, qui eſt in aliena poteſtate, & ſic nullum poteſt habere in poteſtate ſua. Iſte autem tex intelligitur de uiro, qui eſt ſui iuris.

DE NVPTIIS.
Titulus X.

Dictũ eſt ſupra de patria ptãte, quæ eſt reſpectu filiorum ex iuſtis nuptijs procreatorum. iõ cõueniẽti ordine determinatur hic de nuptijs. ¶ Et diuiditur iſte ti. in octo partes. In prima parte declaratur inter quas pſonas nuptiæ eſſe poſſint. In ſecunda ibi, ergo ponuntur prohibitiones nuptiarum, inter aſcendentes & deſcendentes. In tertia ibi inter eas. ponuntur prohibitiones inter collaterales. In quarta ibi, affinitatis, ponuntur ꝓhibitiones rõne affinitatis. In quinta ibi, & ſi vxor, ponuntur prohibitiones, rõne publicę honeſtatis. In ſexta ibi, illud, ponuntur prohi

prohibitiones rõne ſeruilis cõdõnis. In ſeptima ibi, ſi aduerſus, ponitur annullatio matrimonij, cõtra ius cõtracti, & adijciũtur pęnę. In ultima ibi aliqñ declaratur qũo filij non exiſtẽtes in pat. pote. rediguntur ad patriã poteſtatẽ.

§. Iuſtas autem.

1 *Nuptiæ iuſtæ, quæ ſint, & quomodo contrahantur.*
2 *Ciuium Roman. appell. intelliguntur liberi.*
3 *Matrimonium an poſſit eſſe inter ſeruos, & utro iure.*
4 *Iura, ciuile, & canonicũ vbi diſſident, utri potius ſtandũ diſting.*
5 *Maſculi puberes quoto anno dicantur in vtroque genere, ad matrimonium contrahendum habiles.*
6 *Matrimonium contrahere an poſſint exiſtentes in patria poteſtate, ſine conſenſu patris. Et quid ſi ſint furioſi nu 7.*
8 *Matrimonij, & ſponſaliorum non idem ius*
9 *Pater ſi filiam non dedit nuptui ante 25. annum, & poſtea proſtituatur, non poteſt eam ob id exhæredare.*
10 *Diploma.*

1 Iuſtæ nuptiæ ſunt † quæ p maſculos puberes, & fęminas uiri potentes liberos, ſm præcepta legũ, & de cõſenſu illorum in quorũ ptãte ſunt, cõtrahũtur. Si tñ illi, in quorum ptãte ſunt, fuerint furioſi, pñt tam filij q̃ filiæ ſine illorum conſenſu i matrimonium cõtrahere, ſm modũ in iure poſitum, h. d. Et ex ſummarijs patet intel. lex. ¶. Notandũ circa
2 † verbum Ciues Romanis, ꝙ per ciues Romanos intelliguntur hic liberi homines, ut ſupra de lib. §. fi. Ex quo pa-
3 tet, ꝙ illo iure ciuili non eſt † matrimonium inter ſeruos, ſed eſt contubernium, ut C. de inceſt. nup. l. cum ancillis. Secus de iure canonico, qa illo iure eſt inter eos uerũ matrimoniũ, ut in c. 1. ext de coniu. ſer. in q̃tũ uterq. coniugũ cognoſcit cõditionẽ ſeruilẽ. Si. n. altera pſona eſſet libera, & ignoranter contraheret cum altera ſeruilis cõditionis, nõ teneret matrimoniũ, et in iure canonico, niſi ſciens ſeruitutẽ poſtea conſentiret, ut in c. licet. & in c. fin. de coniu. ſeru. Dñs tamen per matrimonium non dẽt priuari operibus, ut in c. 1. extra de coniug. ſeru. Et ſi dñs petat operas ab ancillis, & maritus petit debitũ, præfertur maritus, qa

uincu-

Digitized by Google

uinculum ſpũale,qđ eſt matrimonio,ꝓfertur vinculo temporali,qđ eſt inter dominum & ſeruum,ut in gl.c.de cõiu. ſer. Quod uerum eſt,niſi dominus exegerit ſeruitia ꝓ auxilio pſonæ ſuæ.l.ſi qs in graui.§.ſic hoies.ff ad ſilla. Scđò, dñs non poteſt vendere ſeruum mercatori,qui deducturus ſit eum ad alienas terra ſiue ꝓuincias, qa maiori uinculo, quippe ſpirituali, alligatus eſt uxori, q̃ dño, cui ſolum vinculo tpali. Tertiò,ſi dñs ſcienter ſeruum, uel ancillam cum libera perſona contrahere permittat,efficiuntur liberi per matrimonium,ut in l.ad hęc q ſuã.C.de lati.liber.toll.Partus ẽt ex matrimonio ancillæ ꝓcreatus,pertinet dño,ut ff. de ſtatu ho.l.ſeruus.Et† quia coniugium ſeruorũ iure canonico eſt uerum matrimonium, & nõ iure ciuili,idcirco ſciẽdum eſt hic,qđ ius canonicum ꝓualet iuri ciuili,qñ ſunt cõtraria,ut in Auth.de eccl.titulis.§.1.coll.9.]De quo tamen datur pulchra diſtinctio,ſumpta ex doct.ſuper c.1. de noui ope.nunc.Quia materia,de qua eſt q̃ſtio, uel deciſa in uno iurium & nõ in altero,uel eſt deciſa in utroq.iure.Si tm̃.deciſa eſt in altero iurium,tunc in vtroq.foro ſeruatur. Exemplum,vt deductio duarum quartarum,ſ.falcidię,& Trebellianicę,declaratur in iure can.ut in c.Ray. & c. Raynald. extra]de teſtam.& ſeruatu ẽt in iure ciuili.Ecõtra,materia tranſmiſſionis hæreditatis ad hęredes,nõ declarat̃ multum iure can.ſed deciditur in iure ciuili,& ergo tunc ſeruantur leges ẽt in foro eccleſiaſtico, qa in tranſmittit hæreditatẽ clericus,ſicut laicus.l.vnica.§.nouiſſima.C. de cad.toll.Si ãt materia deciſa ſit in vtroque iure,tunc vel contrariatur, vel non.Si non contrariatur,tunc multim obſeruatur deciſio in utroque iure,vt in c.paſtoralis.extra de fi.inſtru.Si ãt cõtrariatur,tunc uel ius ciuile trahit ad peccatum,& tunc non obſeruatur in aliquo iure,vt in c.fi.extra.de pſcript.qa qñ ius ciuile trahit ad peccatum, tunc Papam tollitur,ut in c.nouit.extra. de iudi. Si autem ius ciuile non trahit ad peccatum,& contrariatur iuri canonico, tunc in ſacramentis & ſpiritualibus obſeruatur ius canonicum,ut iã dictum eſt de matrimonio ſeruorum.In alijs autem ſeruatur ius canonicum in foro eccl.& ius ciuile in foro ci. Nã tunc Papa

F non

nõ tollit iusciuile, niſi in loco illo, vbi habet dominiũ tẽpo rale, ut not. Io. And. in regula secũda, de reg. iuris, lib. 6. Et de iſto loquitur Bar. in l. priuilegia. C. de ſac. ſan. eccl. ¶ No
5 tandũ † ſecundò, ꝙ maſculi ſunt puberes, ſ. in 14. anno. & fœminæ uiri potẽtes, in 12. ut infra quib. mod. tute. finitur.
6 in princ. ¶ Notandum † tertiò, ꝙ de iure ciuili exiſtentes in tria poteſtate, non poſſunt cõtrahere matrimoniũ ſine con ſenſu patris, ut hic, & ff. de his, qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. nã ciuium. Interpretatur tamen cõſenſus, quando parentes nõ cõtradicunt, ut ff. de ſponſ. l. in ſponſalib. Et ſine iſto cõ ſenſu, hoc iure matrimoniũ nõ tenet, ut ff. de ſtatu homi. l. Paulus. Sed ſi fuerint emãcipati, nõ requiritur cõſenſus pa rentũ, ut ff. de cõtra tab. l. 2. Sed iſte cõſenſus parẽtum de iu re canonico, nõ eſt neceſſarius. 27. q. 2. c. ſufficiat. quia ſicut filij ſine conſenſu parentũ poſſunt intrare monaſteriũ, ſic ẽt pñt contrahere matrimonium, quia matrimonium res ſancta eſt, ut in Auth. de ſanctiſ. epiſcopis. §. vllam colla. 9. Et tamen conſenſus parẽtum requirendo de honeſtate, vt in c. ex parte, extra, de cõuerſione coniugatorũ ¶ Notandũ
7 † finaliter, ꝙ licet filius & filia furioſi poſſint contrahere ſi ne conſenſu parentum, debẽt tamen iſto iure habere autho ritatẽ & conſenſum curatoris patris, qui debet diſponere de dote, vel de donatione pp nuptias, ſm̃ conditiones, & vires facultatum patris, vt C. de nup. l. ſi furioſ. & hoc vult tex. hic, qñ dicit ſm̃ modum ex noſtra conſtitutione da- tum. ¶ Opponitur primò ſic contra prædicta: Maſculus & fœmina in eadem ætate poſſunt cõtrahere ſponſalia, ut in c. unico de ſponſ. impu. lib. 6. ergo a ſimili in eadem ætate poſſunt cõtrahere matrimoniũ, cuius contrariũ dictũ eſt in ſecundo notabili. Solu. Non eſt ſimile de ſponſalib. & ma
8 trimonijs, quia in ſponſalib. † ſolum requiritur cõſenſus, ad quẽ æqualiter habiles ſunt maſculi & fœminæ, ſed ad matrimonium requiritur ẽt coniunctio corporũ, ſeu cõſen ſus in illam, vel non diſſenſus, & habilitas ad illam prius conſtituitur in iure, in fœmina, quã in maſculo, propter ca lorẽ libidinis, ut dicit gl. in Auth. de non eligendo ſecundò nubentes. §. cum igitur. colla. 1. Sed melius dicitur, qđ eſt
propter

propter fragilitatem ſeruus, ut infra, qui. aliena nō licet. §. 1. Et maioris diffamiæ, eſt tranſgreſſio in pctō libidinis in fęmina, q̄ in maſculo. Et ideò patet, ꝙ ius aliquādo ſtatuit pp periculum, ꝙ alias non ſtatueret, & ita in ſimili ſtatutū
9 eſt, & ad hoc facit † ꝙ ſi pater nō tradat filiā ſuam nuptui ante 25. annum, & poſtea meretricetur, non pōt eam exhæredare, ꝙ poſſet, ſi ante hoc tempus trāſgreſſa fuiſſet, ut in Auth. ut cum de appell. cognoſcitur. §. aliud quoque capitulum colla. 8. ¶ Opponitur ſecundo, & uidetur, ꝙ in maſculo non ſufficit tps 14. ann. vt in Authē. de temp. non ſolu. pecu. ſuper dote. §. generaliter. coll. 7. ibi dicitur, ꝙ debet eſſe 15. ann. Sol. Illud ius loquitur ſm cōem hoīum cōſuetudinem & frequentiā, & nō pceptiuè. ¶ Opponitur tertiò,
10 † & uidetur, ꝙ ſufficit minor ætas, per l. pen. ff. quādo dies lega. cedit qa pōt quis uti diplomate, ut ſ malitia ſuppleat ætatem. ff. de verb. ob. §. cum ita l. cōtinuus. Eſt āt diploma, iter duplicatum. vel ſterilitas, ſecundum gl. ibi. Nā tex. exponit dicēs, neque duplante in diebus, aut noctibus, & omni tempeſtate contempta iter continuare cogatur, quaſi diceret, hoc diploma facit, Nam text. ibi prohibet eum, qui Epheſi ſe daturum promiſerit, nec cum diplomate cogi iturum. Vtitur igitur diplomate ille, qui duplata utitur dieta, & habes de illo termino de electione in 6. cap. ubi periculum in gl. per Ioan. Andreæ. Solu. Quamuis glo. hic dicat, quòd tales puniri debent, per l. inter liberos ff. ad legem Iuliam, de adulte. hoc tamen non tantum eſt verum hodie, quia tempus anticipatur, propter malitiam, uel bonum pacis, ut in c. de illis. extra de deſpō. impu. ¶ Opponitur quartò, & uidetur, ꝙ emancipati iure ciuili etiam debēt contrahere cum cōſenſu parentum, per l. uiduæ. C. de nuptijs. Solu. Illa lex loquitur de conſilio & honeſtate, & non de præcepto. Sed replicatur, Et uidetur quòd tam in emancipatis quam in alijs, & tam iure canonico, quam ciuili, requiratur conſenſus parentum, quia dicit Bald. in l. 1. C. de ſponſa. quòd ſi filia nubat ſine conſenſu patris, non tenetur pater eam dotare, & poteſt eam legitima priuare. Solu. Dicendum eſt, quòd licet Innoc. & doct. communiter in c. 1. extra

Digitized by Google

de ſponſ. dicant, ꝙ ꝑ nullũ ius ciuile, neque per ſtatuta põt fieri immutatio circa matrimonium; hoc tamen debet intelligi, quantum ad ſubſtantialia matrimonij, quia circa accidentalia, ut puta de dote, vel de conſimilibus, per ius ciuile uel ſtatutum poteſt fieri immutatio. Et ideò ſi in aliquo loco ſtatutum ſit, ꝙ ſi aliqua filia ſine conſenſu patris nubat, non teneatur pater eam dotare, uel careat legitima, ſi filia contrarium fecerit, in tali loco obſeruabitur ſtatutum.

§. Ergo.

1 *Matrimonium, inter quos eſſe debeat.*
2 *Adam ſi uiueret iam, nullam poſſet habere uxorem. Et quid ita.*
3 *Nuptiæ inceſtę, & nefariæ, differunt.*
4 *Pater propter quid non poſſit filiam adoptiuam ducere, diſſolutę adoptione.*

1 Summatur ſic, † Inter aſcendentes & deſcendentes naturaliter & ciuiliter nõ põt eſſe matrimonium in infinitum, etiã ciuili cognatione, uel adoptione diſſoluta. Hoc dicit. Sed intellectus tex. eſt iſte. Dictum eſt in §. præcedenti, qđ matrimonium debet contrahi ſecundum præcepta legum. Infertur hic contrarie. Ergo non omnes nobis licet habere uxores. Nam a quarundam ſæpe perſonarum nuptijs eſt abſtinendum. Illi enim qui locum parentum uel liberorum obtinent, inter ſe, ut pater, filia, auus, neptis, & ſic de alijs, non poſſunt matrimonium contrahere, & ſi coierint, nefarias, & inceſtas nuptias contrahunt. Et hoc ẽt uerum eſt in illis, q̃ illorum locum obtinẽt ꝑ adoptionẽ, ſic ut adoptione diſſoluta maneat idẽ ius. ¶ Notandũ primò, † ꝙ q̃a inter
2 aſcendentes & deſcendẽtes non põt eſſe matrimonium, idcircò elicitur, ꝙ ſi Adam adhuc uiueret, nullam in mundo poſſet habere uxorẽ, ut hic, & ff. de rit. nup. l. nuptiæ ¶ No-
3 tandum ſecundò, ꝙ † differunt inceſtæ nuptiæ, & nefariæ, qñ termini proprie accipiuntur, quia inceſtus eſt abuſus cõſanguinearum, uel affinium, ut §. cum ergo. 36. q. 1 & ſic inceſtuoſæ nuptię dicuntur, cum aliquis cognatam, affinẽ, uel ſanctimonialem nefario amore commaculat, ſiue in matrimonio, ſicut extr. Sed nefarius dicitur, nõ dignus farre, quo tibi genere hominum uita in principio ſuſtetata eſt, vel ne-

farius

ſarius,id eſt,nec dicendus,a ne & for faris. Et ſic neceſſariȩ dñr,quæ non ſunt nominandæ. ¶Notandum tertiò,ꝙ iſtud intelligitur non ſolũ de legitimis & naturalib.ſed ẽt de illegitimis qualitercunq. natis.ff.de rit.nupt l. & nihil. ¶ No-
4 tandum quartò. † ꝙ rõ,quare diſſoluta adoptione non põt pater filiã adoptiuam ducere, eſt iuſtitia publicæ honeſtatis,q̃ ſeruanda eſt in matrimonijs,ut ff.de ri.nup.l. ſemper.

§. Inter eas quoque.

1 *Nuptiȩ an, & quõ prohibeantur inter ꝑſonas ex trãuerſo cõiunctas.*

2 *Matrimonium inter tranſuerſales, de iure canonico, uſque ad quotum gradum prohibebatur olim,& quid hodie.*

3 *Agnatio,an tollatur per emancipationem.*

4 *Filia mulieris adoptatȩ per patrem tuum, non coniungitur tibi ciuili,uel naturali iure.*

5 *Amita,eſt ſoror patris,amita magna ſoror aui.*

6 *Matertera,eſt ſoror matris,matertera magna,ſoror auiȩ.*

7 *Patruus magnus,eſt frater aui materni.*

8 *Ignorantia an ſit tolerabilis in facto proprio.*

9 *Tranſuerſalium ordo eſt triplex.*

10 *Auunculus,& matertera,quod non poſſint fieri per adoptionem quo modo intelligatur.*

Summatur ſic: Inter perſonas,quȩ coniunguntur ex trãſ uerſo gradu,prohibentur nuptiæ,modo qui ſequitur. Nam inter fratrem,& ſororem nuptiæ eſſe non poſſunt,ſiue ſint fratres,& ſorores ex vtroq; parente, ſiue ex altero tm̃ nati ſint. Et inter fratrem per adoptionẽ non põt eſſe matrimonium conſtante adoptione,ſed adoptione per emancipationẽ diſſoluta,uel adoptione põt emancipatione facta, poſſunt eſſe nuptiæ. Et ideo, ſi qs uelit generũ ſuum,uel nurũ ſuã adoptare, dẽt primo filium ſuum uel filiã ſuam emancipare. Item inter fratrem & filiã,uel neptem fratris, nõ põt eſſe matrimonium,quãuis neptis ſit in quarto gradu, quia cuius filiam quis prohibetur accipere, eius neptẽ non põt habere. Sed filiam mulieris quam pater tuus adoptauit,poteris uxorem ducere,q̃a talis filia neq. naturali,neq. ciuili iure coniungitur tibi. Item duorum fratrum uel ſororẽ filij

Digitized by Google

& filiæ, poſſunt inter ſe matrimoniũ contrahere. Itẽ amitã licet adoptiuam uel amitã magnã, uel materteram, ſeu materterã magnã, nemo põt uxorẽ ducere. h. d. vſq. ad §. affini-
2 tatis, & patet intellectus tex. ex ſummario. ¶ Not. † primo ibi, ſed nõ tanta, ꝙ inter trãſuerſales de iure canonico olim ꝓhibebatur matrimoniũ vſq. ad ſeptimũ gradũ 25. q. 5. c. progen. & in c. copulatione, & c. nulli conſanguineorũ. Sed mõ ꝓhibetur uſq. ad quartũ gradũ incluſiue, ut in c. nõ debet, extr. de cõſan. & affi. Iure aũt ciuili licitũ eſt cõtrahere matrimoniũ in quarto gradu, q iure canonico eſt ſcd̃us, ut hic in §. duorũ. Nã gradus aliter cõputãtur iure ciuili, q̃ iure cano. ut infr. dicetur de gradib. ¶ Not. ſecũdo ibi, & ideo
3 † ꝙ hic datur conſiliũ, adoptãti generũ uel nurũ, qa ꝑ emãcipationẽ tollitur agnatio, ut ff. de adop. l. cum in adop. Sed hodie non tollitur ſic agnatio, infra dẽ legit. agna. ſuc. §. fi. Et ideo dicit gl. ꝙ illud cõſiliũ hodie eſt bonũ, ſed gl. nõ dicit uerũ ſm cõiter Doctores, quia licet per emancipationẽ nõ tollatur agnatio quantum ad ſucceſſionẽ, & tutelæ acceptationem, ut in illo § fi. tollitur tñ hodie per emãcipationẽ, quo ad alios effectus, quorum unus eſt impedire matrimonium ut notatur cõiter per Doctores in c vnico extr. de
4 cogna. leg. ¶ Notandum † tertio ibi, eius vero mulieris, ꝙ filia mulieris adoptatæ per patrẽ ſuum, non coniungitur tibi ciuili uel naturali iure, ut de tex. De naturali quidem eſt manifeſtũ. De ciuili patet, quia illa filia nõ eſt in poteſtate patris ſui, ut infr. de hære. & quali t. & diff. §. qua de cauſa. Et ideo non tranſit in poteſtatem patris ſui, quia illi ſoli tranſeunt cũ adoptato, qui ſunt in eius poteſtate. ut infr ti. prox. §. illud. ꝙ ff. de adop. l. ſi pater. Iſta tamen mulier adoptata ꝑ patrẽ tuum, eſt tibi agneta, & eam habere non poſ-
5 ſes. ff. de adopt. l. quia adoptiuus. ¶ Notandum † finaliter, ꝙ amita eſt ſoror patris, ſed amita magna, eſt ſoror aui. Mater-
6 tera † eſt ſoror matris, matertera magna, eſt ſoror auiæ ut
7 infrà. de grad. §. 3. 4. 5. & 6. De † fratre autem aui materni dicunt aliqui, ꝙ eſt auunculus magnus; alij, & uerius, quòd eſt patruus magnus, ff. de ſucceſſ. edic. l. 1. ¶ Opponitur primo ſic, & uidetur, quòd frater non poteſt habere ſororem

adopti-

Digitized by Google

adoptiuam diſſoluta adoptione. Probatur a ſimili, quia pater non pōt habere filiam adoptiuam diſſoluta adoptione, vt dictum eſt ſupra tit.eo.§.proxi.Solut. Non eſt ſimile, qa pater impeditur per factum proprium, ſ. per adoptionem, quam ipſe fecit, ſed iſta adoptio non eſt factum proprium
8 filij: & ideò nō impeditur filios. Et † ex iſto etiam uenit, ꝙ qui delinquit per ignorantiam ex facto proprio, plus punitur, quàm qui delinquit per ignorantiam non ex proprio facto, quia in facto proprio non eſt tolerabilis ignorantia, ſicut in alieno, ut ff.pro ſocio.l.fi.¶ Opponitur ſecundo, & uidetur, ꝙ nō bene dicatur in textu, ꝙ quis non poſſunt habere nepté illius, cuius prohibetur habere filiã, quia non poſſum habere filiã aui mei, ut hic in §.item amitam, & tñ poſſum eius nepté habere, ut hic, & in §.duorum. Sol. Iſte tex.nō loquitur generaliter, ſed in caſu, qui eſt in tex. & in oī ſimili, ſ.qñ ego & ille, cuius filiã prohibeo habere ſumus in primo gradu ad ſtipité, & in prãte eiuſdé, & ſic cuius filiã uxoré hére nō licet, ét nepté habere non licet, & hoc in naturalib. ſecus in adoptiuis.¶ Opponitur tertio, & uidetur, ꝙ filij, & filiæ duorũ fratrum uel ſororum non poſſunt cōtrahere matrimonium, quia tanta diſtantia eſt ab amita, & maior ab amita, magna, quas tñ nemo pōt ducere uxores, ſicut inter filios & filias duorũ fratrũ, ergo illi non poſ
9 ſunt cōtrahere. Sol. † Ordo tranſuerſaliũ eſt triplex, ſ. aſcendentiũ, deſcendentiũ, & lateralium. Modò maior eſt ꝓhibitio inter tranſuerſales aſcēdentes, & deſcēdētes, inter quos ſunt amita, & amita magna, quam inter laterales, in quib. ſunt filij, & filiæ fratrum.¶ Opponitur ultimo, & vř ꝙ non bene dicat in textu, amitam licet adoptiuam, quia hoc non uidetur de matertera, & tñ auunculus, & matertera poſſunt fieri per adoptioné, ut ff.de ritu nup.l. per adoptioné.
10 Sol Glo.q̃ eſt hic ualde obſcura, dicit, ꝙ † auunculus, & matertera nō poſſunt fieri per adoptioné, út ff.de nupt.l. ado. ꝙ ſic dét intelligi. Si.n. auus meus maternus adoptet filium uel filiam, ille filius eſt frater matris meæ, & filiæ eſt ſoror matris meę, ſed ille nō pōt meus eſſe auũculus, nec illa adoptata filia mea materna, qa iſta attinētia accuſant ex patri

Digitized by Google

poteſtate, quia ergo ego non ſum in poteſtate aui mei materni, idcirco per illum prædictæ perſonæ non ſunt meus auunculus, uel mea matertera. Lex autem per adoptionem in oppoſitum alleg. intelligitur qñ auus meus maternus adoptat aliquem loco nepotis ex filia nati, uel pronepotis, ex nepote, ex filia nato. Tunc enim frater matris meæ, eſt auunculus illius adoptati, & ſoror matris meæ eſt eius matertera, quia omnes iſti ſunt in poteſtate aui mei materni.

§. Affinitatis.

1 *Affinitas impedit matrimonium.*
2 *Filius mariti ex alia uxore, & filia uxoris ex alio marito poſſint matrimonium contrahere.* 3 *Affinitas, quid.*
4 *Affinitas, an & quo iure cauſetur ex illicito coitu.*
5 *Auxilium ſpeciale petere non debet qui generale habet.*
6 *Rationibus duabus concurrentibus, una ceſſante, non ceſſat alia.*
7 *Mulier non poteſt habere duos maritos nec maritus duas uxores.*
8 *Presbyteri oriẽtalis eccleſ. licitè utuntur matri. Et quid de Græcis.*
9 *Priuigna, quę dicatur, quę nurus, quę ſocrus, quę nouerca.*
10 *Nouerca unde dicatur.*
11 *Conſanguinei uxoris, ſunt affines uiri, ſed non conſanguinei uiri, & è contra.*
12 *Cognati uxoris, an ſuccedant uiro, non exiſtente cognatione conſanguinitatis.*

Hic conſequenter ponuntur ꝓhibitiones matrimonij ra-
1 tione affinitatis, & ſummatur ſic † Affinitas impedit matrimonium, & ideò nullus poteſt priuignam uel nurum ſuam uxorem habere, neque ſocrũ, neque nouercã, et ſoluto matrimonio, ex quo affinitas cauſata eſt, quo quidẽ matrimonio conſtante, duplex eſt ratio prohibitionis matrimonij. Hoc dicit. Et ex ſummario patet ſatis intellectus textus.
2 ¶ Filius † matri ex alia uxore, & filia uxoris ex alio marito, poſſunt matrimonium contrahere, licet habeant communem fratrem uel ſororem ex poſteriori matrimonio natum. Hoc dicit, & patet intellectus textus. Notandum
3 primò, circa † prædicta ibi, affinitas, ꝙ affinitas eſt proximitas perſonarum ex nuptijs coniunctarum, omni carens paren-

Digitized by Google

parentela ſanguinis,ut ff.de gradi.l.non facilè.§.affines,& §.ſciendũ.Et ex † quo patet,ꝙ affinitas iure ciuili non cau
4 ſatur ex illicito coitu,ſed ſecus de iure canonico, q̃a illo iure ẽt cõtrahitur affinitas ex illicito coitu,ut notatur Doct. in c. fi. extrà de conſang. & affi. ¶Notandum ſecundò ibi,
5 † alia ratione, ꝙ habẽs auxiliũ generale, non debet petere ſpeciale: quia generale offuſcat ſpeciale,ut ff.de mino.l.in cauſę primo reſponſ.& de uerb.oblig.l.doli.& ff. de eden. q̃dã ſunt Et ideo quandocunque aliquid fit iure cõi,de quo hẽtur priuilegiũ , hoc debet adſcribi iuri cõi, non priuile
6 gio.¶Not. † teriò,ibidem, ꝙ q̃docunque ſunt duę rõnes, ceſſante una,non oportet pp hoc aliam ceſſare,ut ff.de his
7 qui notantur infa.l liberorum.¶Notãdum † quartò,ibi,q̃a eadẽ de duobus,ꝙ una mulier non põt habere duos uiros, nec uir duas uxores,& de facto ſic contrahentes,efficiũtur infames,ut C. ad le Iul. de adul.l. eum,qui.Et licet pagani ex conſuetudine habeant plures uxores,una tamen & communiter prima in ueritate eſt uxor tantũ, ut no.in c.gaude
8 mus,extrà de diuort.Presbyteri† etiam in partibus orientalibus licitè utuntur matrimonio ante presbyterium contracto,q̃a eccleſia orientalis non acceptauit hoc ſtatutum, de non utendo matrimonio in ſacerdotio, ante contracto, ut in c. Nicena 31.diſt.ſed presbyteri Græci non poterant aliquo modo contrahere poſt ſuceptos ordines,ſicut in gl. c.diaconi 28.diſtin.¶Notandum quintò,quòd iſta nomina ſocrus, nurus &c.exponuntur.ff.de ritu nupt.l.adoptiuus.
9 Nam † priuigna eſt filia uxoris ex al o marito. Nurus eſt uxor filij, & ſunt loco filiæ. Socrus uerò eſt mater uxoris: & nouerca eſt uxor patris.& ſunt loco matris, ut hic,& ff.
10 ſolu. mat. l. quia parentes Et † dicitur nouerca,quaſi nocens arcus,uel noua arca ſine fructu, ut notatur in l.3.ff.de
11 inoffi.teſta. ¶Notandum finaliter † ibi, mariti, ꝙ conſanguinei uxoris, ſunt affines uiri,ſed non conſanguinei uiri, & èeontra. Et ideo,ſicut uxor ſuccedit uiro, non exiſtente cognatione conſanguinitatis, excluſo fiſco.ut C. unde uir
12 & uxo.l.1.ſic† cognati uxoris,etiam ſuccedunt uiro ex tali caſu excludendo fiſcum,ut ead.l.1.iam alle.Sic etiam cócu bina

Digitized by Google

bina excludit fiſcum, ut ex gl. in §. conſideremus. in auth. E. de trien. & ſem. coll. 3. Etiam tutor in ſucceſſione pupilli excludit fiſcum, ut lib. x. ff. de reg. iur. l. quo tutela. ſic etiam ſocrus, ut C. de hære. decur. l. 1. Et rō eſt omnium iſtorum, quia iura libenter excludunt fiſcũ, ut ff. de iure fiſ. l. nō puto. ¶ Opponitur primò ſic, & uidetur, ꝙ affinitas, non ſemper impediat matrimonium, quia uxor uidetur affinis uiro ſuo: quia affinitas procedit à uiro, & uxore eius. Solu. Vxor non eſt proprie affinis uiro, ſed cauſa affinitatis aliorũ, & ſic è contra dè uiro dicendum eſt. ¶ Opponitur ſecundò, & uidetur, ꝙ quis poſſit ducere uxorem nouercam, poſt mortem patris, uel ſocrum, poſt mortem uxoris. Probatur: Per mortem diſſoluta eſt affinitas, ut dicitur hic in tex. ſed illa fuit impedimentum matrimonij. Solu. Secundum glo. hic exponitur ſic, Diſſoluta affinitate, id eſt matrimonio cauſante affinitatem: non eſt ipſa affinitas diſſoluta. Sed aliter poteſt dici, ꝙ poſt mortem diſſoluta eſt affinitas: manet tamen effectus ille affinitatis, quo impeditur matrimonium. Et ideò dicit Bart. in l. cui eorũ. §. affinitatis. ff. de poſtulando, ꝙ ſi ſit ſtatutũ in aliquo loco, ut oēs affines litigātes cōpromittant, non obligantur illi, quorũ matrimoniũ cā affinitatē, ꝑ mortē eſt diſſolutũ ¶ Opponitur tertiò, & uidetur ꝙ cognati uxoris nullo modo ſuccedat uiro, ꝑ l. amitæ. C. cōia dè ſucceſſionibus. Solu. Illa lex dicit, ꝙ inter ſe cognati ante matrimonium, inter duos cognatos uiri & uxoris cōtractum, nòn ſucedunt, ſed non dicit poſt matrimoniũ.

§. Si uxor tua.

1 *Filia uxoris meæ, poſt uirũ ex alio, uiro procreata, an ſit priuigna*
3 *Priuigna mea quæ dicatur. Itē ꝗ priuign⁹ uxori meæ. (meæ et n. 2.*
4 *Sponſa filij mei non eſt nurus mea, nec ſponſa patris mea nouerca.*
5 *Priuignam quid prohibeat me ducere in uxorem.*

Hic ponitur impedimentum matrimonij, rōne publicæ
2 honeſtatis, & ſummatur ſic: † Filia uxoris meæ poſt diuortium ex alio uiro procreata, non eſt priuigna mea: tamē, ut ait Iulianus, nō pōt eſſe uxor mea, ſicut ſponſa filij non eſt nurus, nec ſponſa patris eſt nouerca, & tñ a nuptijs earum

eſt

Digitized by Google

eſt abſtinẽdũ. Hoc dicit, & ex sũmario patet ĩtell. tex. ¶ No.
2 † primò, ꝙ filia uxoris meæ, q̃ hẽt ex alio uiro, poſt matri-
moniũ inter eã & me cõtractũ licitè uel illicitè, nõ eſt priui
3 gna mea, ut hic, & ff. de rit. nup. l. ſi qua §. ſi uxor. Quia † pri
uigna mea eſt, q̃ ex mea uxore eſt ante, q̃ eſſet vxor: & uxo-
ri meę, eſt priuignus, q ex me marito natus fuit, ante, q̃ eius
eſſem maritus, ut ſupra eo §. affinit. & §. ſocrũ, ſed hæc q̃ in
4 tex. eſt poſteà nata. ¶ Not. ſecundò, † ꝙ ſpõſa filij mei, nõ eſt
nurus mea: nec ſponſa primis, eſt mea nouerca, ut ff. de rit.
5 nup. l. ſi qua. §. j. ¶ Opponitur † cõtra prędicta, & uidetur, ꝙ
poſſum hẽre in uxorẽ filiã uxoris meę, ex alio uiro poſt ma
trimouiũ meũ, celebrato inter me, & uxorẽ meã diuortio
procreatam, qa nõ eſt impedimentũ rõne conſanguinitatis
nec affinitatis, & ideo nullum uř eſſe impedimentum. Sol.
Verum eſt, illud impedimentum non eſſe pp conſanguini
tatem uel affinitatem, ſed eſt pp publicam honeſtatem, ra
tione cuius etiam prohibetur matrimonium, ut pulchrè no
tatur per docto. in c. non debet, extra de conſan. & affin.

§. Illud certum eſt.

1 *Cognatio ſeruilis, impedit matrimonium.*
2 *Conſanguinitas, & affinitas etiam in conditione ſeruili, & nu. 22.*
3 *Cognati uel affines nõ poſſunt contrahere matrim. exiſtẽte ſeruitute.*
4 *Matrimonium, quib. & quot caſib. impediatur, per diſcurſum nu. 5.*
6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13 14 15. 16. 17. 18. 19 20. *(rimat.*
21 *Adulterij crimen quot & quibus caſibus matrim. contractum di-*

1 Summatur ſic, † Per ſeruilem cognationem ẽt impeditur
matrimonium, & ſunt multi alij modi, quibus matrimo-
nium impeditur, enumerati in libris Digeſtorum ſeu Pan-
2 dectarum. Hoc dicit, & patet intell. tex. ¶ Notandum † pri-
mo, ꝙ in ſeruili conditione ẽt eſt conſanguinitas, & affini-
3 tas, ut ff. de ritu nup. l. adoptiuus §. ſeruilis. ¶ Notandum † ſe
cundo, quòd exiſtente ſeruitute, cognati uel affines nõ poſ
ſunt contrahere matrimoniũ pp duplex impedimẽtũ, ſ. co
gnationis uel affinitatis, & ſeruitutis. Sed ſi ambo coniu-
ges manumittantur, eſt tantum unum impedimentum.
4 ¶ Notandum tertiò, † quòd quatuordecim modi colligũtur

huc.

Digitized by Google

hic. & i libris ffo rum, & in alijs libris iuris ciuilſ. ¶Primus
5 eſt, † rõne ſeruitutis, ut hic, & ſupra eo. 1. reſpõſo. & C. de inceſt nupt. l. cum ancillis. Iure tñ canonico, non impeditur matrimonium ꝑp ſeruitutẽ, ut in c. 1. extra de coniu. ſeruo.
6 Secundus † eſt, rõne etatis, ut ſupra. eo. §. 1. & reſponſio. 1 de
7 qua ętate dictũ eſt ibi. Tertius † eſt, rõne cõſanguinitatis, q̃ eſt triplex, ſ. aſcendentium, deſcendentiũ, & collateralium. Qualiter aũt inter eos impediatur matrimonium, dictũ eſt ſup. eo. §. ergo. & inter eas, & §. fratris, & §. duorũ. Quartus
8 † eſt, rõne adoptionis, ut ſupra eo. ergo, & §. inter eas in fi.
9 vtriuſque. §. 1. Quintus † rõne affinitatis p̃ſentis, p̃teritæ, &
10 futuræ, ut ſup. eo. §. affinitatis. & §. ſocrũ. Sextus eſt, † rõne matrimonij, ut ſup. eo. §. affinitatis, & §. ſocrũ. quia unũ matrimoniũ impedit aliud, ut ibi notatũ eſt, & habetur. C. ad
11 leg. Iul. de adul. eũ qui. Septimus † eſt, rõne tutelę uel curę, qa per Senatuſc. conſtitutum eſt, ꝙ inter tutorem, & pupillam, uel filios eis, ſeu inter curatorem, & eam, cuius curam gerit, & filios eius, non poſſit eſſe matrimonium, ut C. de intercl. matrimo. inter tutorẽ ſeu curatorem, & pupillã. l. 1.
12 Octauus † eſt, per leg. Iu. l. & Papiam, quã prohibetur matrimonium inter ſenatorem, & eius libertam, ut C. de nupt. l. ſi libertã. ſed hæc lex hodie nouo iure ſublata eſt, in Authen. ut liber. decæ. aureo non careant anulo. §. ſi quis aũt.
13 colla. 6. † Nonus eſt, ratione iuriſdictionis, ut inter præſidem, & ſubiectum ſibi in iuriſdictione prohibetur matrimonium, ut C. de nuptijs. l. & ſi cõtra. & C. ſi quacunq. præditus p̃tãte. l. 1. Verum tamẽ eſt, ꝙ ſeptimus, octauus, & nonus modi, iure canonico non impediunt matrimonium, ut declarat Hoſt. in tit. de matrimonio. §. qualiter autem impe
14 diatur matrimonium. Decimus † eſt, rõne conſtitutionis, qua prohibetur quis ducere quam de ſacro fonte leuauit, ut C. de nup. l. ſi quis alumnam. in fine. Et licet in iure ciuili nihil dicatur de commatre, nõ tñ poteſt eſſe vxor. Et qualiter cognatio ſpiritualis matrimoniũ impediat, tractatur extra. de cogna. ſpirit. ꝑ totum. & lib. 6. ibidem. Vndecimus
15 eſt, † rõne publicæ honeſtatis, ut ſupra eo. §. ſi uxor. & ff. de
16 ritu nupt. l. ſi quã. Duodecimus, rõne † ordinis, qa in ſacris

con-

Digitized by Google

cõſtituti impediunt a matrimonio, ut in Aut. qũo oportet epiſc. §. neq. aũt. colla. 1. & in Auth. de ſanctiſ. epiſ. §. ſi qs. colla. 9. Græci tamẽ ſacerdotes ꝑmiſſione iuris licitè utun tur uxorib. cum quib. ante ſacerdotium cõtraxerunt, ut ſupra dictum fuit in §. mariti, co. ti. in quarto notabili, circa 27 verbum, eadẽ duobus. Decimus tertius † eſt rõne profeſſio nis, & ideò Monachi conuerſi & moniales impediuntur a matrimonio, licet non ſint in ſacris ordinib. ut in Auth. de monac §. antep colla. 1. & in Auth. de nuptijs §. per occaſio 28 nem. colla. 4. Decimus quartus † eſt ratione raptus. Nam mulier rapta prohibetur cõtrahere matrimonium cum ra ptore ſuo, ut in Authẽ. de rapt. mulie. quæ proprio raptori nubunt §. 1. coll. 9. Sed iſte modus iure canonico ẽt eſt cor rectus in c. fi. extra de rapt. Iure autẽ canonico aſſignantur 29 alia impedimenta, quæ continentur † hic verſibus.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas uis ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, vel fortè coire nequibis.
Hęc ſocianda vetant connubia, iuncta retractant.

Nã error conditionis uel perſonæ, impedit matrimonium, ut in c. ꝓpoſuit extra de coniug. ſeruo. Non tñ error quali tatis, vt ſi quis credat ducere uirginem uel diuitem, & ducat corruptam uel pauperem, tenet matrimonium. vt 29. q. 1. §. his itaq. De uoto dictum eſt in duodecimo, & tredecimo modis, & poteſt uideri, qualiter uotum ſimplex impe diat matrimonium contrahendum; ſed non dirimit contra ctum, ſicut uotum ſolenne, & alia in c. unico de voto lib. 6. 20 De cognatione dictum eſt. Crimen † etiam, ſcilicet adulte rij, & alia enormia crimina, ut pſbitericidium impediunt matrimonium contrahendum. & crimen adulterij in trib. 21 caſibus dirimit contractum. † Primus, ſi adulter adulteræ conſtante matrimonio fidem dedit. Secundus, ſi de facto contraxerunt. Tertius, ſi alter in mortem ueri uel veræ con iugis fuerit machinatus vel machinata, ut not. in ca. tranſ- miſſæ. extra de eo, qui cognouit cõſanguineã uxoris. Diſpa ritas et cultus impedit matrimonium, ut Iudæus cũ Chri- ſtiana, uel e contra C. de Iudæ. l. ne quis. Vis, id eſt, metus,

Digitized by Google

cadens in conſtantē uirum, impedit matrimoniū, ut in c. cū locū. extra de ſponſa. De ordine dictū eſt. De ligamine. i. qñ præexiſtit matrimonium, et dictum eſt. De honeſtate dictū eſt. De affinitate dictū eſt. Impotētia etiā coeundi, ut in viro frigiditas, in muliere artatio impedit matrimoniū, ut in c. 1. 2. & 3. extra de frigid. & maleficia. ¶ Opponitur † ſic contra p̄dicta, & uidetur, ꝙ in ſeruitute nō eſt cognatio, ꝑ § quod autem. infra de c. diminu. Solu. Ille. §. dicit, ꝙ inter ſeruos non eſt cognatio uel agnatio, quantum ad ſucceſſionem vel tutelam. Sed non negat inter eos eſſe cognationē conſanguinitatis. Et ratio eſt, quia ſucceſſio & tutela ſunt de iure ciuili, ſeruus autem ciuiliter fingitur mortuus. C. in ſanguinitas autem, ex qua oritur etiam affinitas, eſt de iure naturali, & ideò manet in ſeruis, ut ff. de regu. iu. l. iura.

§. Si aduerſus ea, quæ diximus.

1 *Filij nati ex illicito coitu, non ſunt in poteſtate patris.*
2 *Nuptiæ inceſtæ quæ dicãtur. Et quæ nefariæ, quæ item illicitæ.*
3 *Vulgo concepti.* *(diſſoluto. & nu. 6.*
4 *Dos, nec donatio propter nuptias poteſt repeti, illicito matrimonio*
5 *Pœna contrahentium inceſtuoſas, nefarias, aut illicitas nuptias.*

Summatur ſic: Si contra prohibitiones Iuris aliqui coierint, nō eſt uir, neq. uxor, neq. nuptiæ, neque matrimoniū, neq. dos. Et qui ex tali coitu naſcuntur, nō ſunt in p̄tãte patris, ſed quantum ad hoc, ſunt ſicut illi, qui vulgò cōcipiuntur, & appellãtur ſpurij. Diſſoluto aūt tali coitu, non eſt locus exactioni dotis, & cōtrahentes patiuntur etiā alias pœnas in iure contentas. Hæc dicit, & patet intel. tex. ¶ Notan-
1 dum primò, ꝙ † filij ex illicito coitu nati, non ſunt in p̄tãte patris, ut hic, & C. de inceſtuo. nup. l. inceſtas. & uocantur ſpurij, ut in glo. in l. 1. ff. de teſtam. tute. Nec ſunt de domo ſeu parentela patris, ut no. Bal. in l. fi. C. de verbo. & rer. ſi-
2 gnifica. † Et dicuntur inceſtæ nuptiæ, quæ contra prohibitiones iuris inter collaterales fiunt. Sed nefariæ dicuntur, quæ inter aſcendentes & deſcendentes, contra iuris prohibitionē fiunt, licet ſupra e. ti. §. ergo aliter ſunt diſtinctæ in ſecundo notab. Aliæ verò prohibitæ nuptiæ dicuntur illi-

citæ

citæ ſeu inutiles, ut no. Archidiaconus in c. conſanguineo-
3 rum. 3. q. 4. ¶Not. † ſecundò, ꝙ vulgo cõcepti, dicuntur illi,
qui non poſſunt demonſtrare patrẽ. Vnde cui pater eſt po
polus, ſibi pater eſt nullus, ut ff. de ſtatu hominũ l. vulgo.
4 ¶Not. † tertiò, ꝙ qñcunq. eſt illicitũ matrimonium cõtra
prohibitiones iuris, non eſt petenda dos, neq. donatio pp
nuptias. Et ſi data ſit, non eſt repetenda, tamen alia pſona
eã nõ lucratur, quia donatio uel dos nõ conſtituitur, niſi in
vero matrimonio, ut C. de dona ante nup. l. fi. §. ſicut enim.
5 ¶Notand. † quartò ibi, pœnas, ꝙ ſm Cyn. non oẽs illicitè
coeuntes patiuntur pœnas in iure contẽtas, ſed illi q faciunt
nuptias inceſtuoſas vel nefarias, ut in Auth. de inceſtuoſis
nuptijs §. 1. colla. 2. Et ſunt iſtæ pœnæ, bonorũ amiſſio, in
famia, ut C. de inceſt. nup. l. qui contra. Sunt & aliæ pœ-
næ, ſcilicet exilium, cinguli, uel dignitatis priuatio, & ſi ui
lis pſona ſit, uerberatio & faſtigatio, ut in Authen. de ince
ſtuoſis nupt. §. 1. colla. 2. Sed an illi, qui contra prohibitio-
nem iuris canonici nuptias faciunt, & non iuris ciuilis, ut
filius & filia duorum fratrum, vt ſupra eo. §. duorum. patiã-
tur iſtas pœnas. Dicunt aliqui Doctores, ꝙ non, quia ſunt
pœnæ iuris ciuilis, cõtra quod non fit. Dicit tamẽ Panor. in
c. quod ſi neceſſe. extra de dona. int. uir. & vxo. ꝙ ſic, quia
leges puniunt etiam contra canones facientes, & canones
etiam appellantur leges, ut in c. Nicena 31. diſtin. ¶Oppo-
nitur primò contra prædicta, & uidetur, quòd nullus ſit
vulgo conceptus, quia nullus eſt ſine patre, niſi Adam &
Chriſtus. Solutio. Quod iſti dicuntur eſſe ſine patre non
verè, ſed iuris fictione, quia ignoratur pater. ¶Opponitur
6 † ſecundò, & uidetur, ꝙ diſſolutio illicito matrimonio dos
vel donatio repeti poſſit quia licet non petatur p actionẽ
ex ſtipulatu, q̃ datur de dote, ut infra de actionibus §. fue-
rat, uidetur tamẽ peti poſſe per cõditionem ſine cauſa, vel
ob cauſam datam, non ſecuta cauſa. Solu. Dicit Petrus, ꝙ
ſiue quis ſcienter, ſiue ignoranter dotem dederit, põt eam
petere per conditienem ſine cauſa, ut ff. de cond. ſine cau.
l. fi. Sed Ioan. dicit, ꝙ ignoranter danti competit actio, ſed
non danti ſcienter, ut ff. de condit. ob cauſam. l. Et ratio
eſt,

eſt, quia quod turpiter datũ eſt, non repetitur, ut ff. de cõd. ob turpem cau. l. ſi ob turpẽ, & uidetur mihi pe. & Ioan. poſſe concordari, quia Pet. loquitur, quando ſunt ſpõſalia vel nuptiæ ſine carnali copula. Ioannes autem, quando copula carnalis eſt ſecuta, & matrimonium conſummatum.

§. Aliquando autem.

1 *Filij non nati in poteſtate patris, quibus & quos modis poſtea redigantur in eius poteſtatem, & nu 2. 4 & 5.*

3 *Conditiones quæ requirantur in legitimatione filij.*

6 *Dotalia inſtrumenta, an & quo iure requirantur in matrimonio.*

1 Sũmatur ſic, Liberi † nõ nati in ptãte patris, duob. modis fiunt in eius ptãte. Primus, ſi naturalis tradatur curiæ Principis. Secundus, qñ ille, qui ex libera muliere natus eſt, cuius matrimoniũ nõ eſt legib. interdictum ꝑ dotalia inſtrumẽta, poſtea ſecuta, efficit in ptãte patris, & hoc ẽt prodeſt filijs, ex eo matrimonio poſtea procreatis. Hoc dicit, & patet intel. tex.

2 ¶Not. † primò, qđ naturalis filius non exiſtẽs in ptãte patris, efficitur in ptãte patris, ſi tradatur curię Imperatoris, uel Principis, uel pſidis, uel patriæ ſuæ. nã tunc ꝓ merito pater recipit patriẽ ptãtẽ, & filius legitimationẽ, ut in Auth. quib. mod. natu. effi. ſui. §. ſi quis igitur colla. 7. & ille eſt primus mod. legiti. filios. Et ſuccedit iſte in bonis patris ſui, ſed nõ in bonis cognatorum uel agnatorum ſuorum, ut vult Bartol. & Ang. in l. cõium. C. de natural. liber.

3 ¶Notandum † ſecundò, quod ſecundus modus legitimandi eſt ille, qui ponitur hic in tex. ibi nec non is, in quo requiruntur aliquæ conditiones. Prima, ut ille filius ſic legitimandus ſit natus ex concubina, quam pater habuit ſolã, vt hic in gl. ſuper uerbo, interdictum, & ff. de concubin. l 1. Secunda conditio, qđ tpe cõceptionis uel natiuitatis filij, fuerit poſſibilitas matrimonij inter patrẽ & matrem, ut C. de naturali. liber. Authen. licet. & in c. tanta. extra. qui filij ſint legitimi. Tertia conditio, qđ mater fuerit libera, ut hic in tex. & hoc de iure ciuili, ſecus de iure canonico, ut in c. 1. extra de coniug. ſeruor. Quarta conditio, qđ ſint dotalia inſtrumenta compoſita, ut hic, & in Auth. quib. mod. nat. efficiun-

efficiuntur legitim. §. hæc ergo caſta. coll. 6. Quinta eſt. ꝙ pater habuerit concubinam in domo, ut ff. de concubi. l. penul. ¶ Notandũ tertio, † ꝙ poteſt filius etiam legitima-
4 ri per reſcriptũ principis, vel habentis ptãtem ab imperatore, ut sũt aliqui comite palatini. Et debet fieri cũ clauſula genera, i, nõ obſtante. vel melius dicatur in reſcripto non obſtante in ſpeciali. l. i. C. de naturalib. liber. & in gl. eiuſdem. l. i. Et poſſunt ſic legitimari et filii inceſtuoſi, ut uult Bart. in l. qui in prouinciis. ff. de ritu nuptia. Et filii ſacerdotum, ut uul. Bal. in l. ſi quã C. de inceſtuo. nup.
5 ¶ Notandum † finaliter, quod filii naturales etiam fiunt legitimi ſi pater nominet eos filios in teſtamento, & ſunt à patre alendi. Et ſucedunt patri ex teſtamento, in totum aſſem, non exiſtentib. legitimis, aſcendentibus, & deſcendentib. Sed ſi exiſtant legitimi deſcendentes, ſuccedunt in vnam vnciam. Si autem exiſtant legitimi aſcendentes tantum, ſuccedunt in totũ aſſem deducta legitima parẽtũ. Ab inteſtato autem ſuccedunt in duas vncias, in ſubſtantia patris cum matre ſua viriliter diuidendas, de iſtis eſt glo. in Authen. licet. C. de naturalib. libe. Et iſta ſunt uera, ſi non ſint ex inceſtuoſo uel nefario coitu, vt ĩ authe. quib. mod. naturales efficiũur ſui. §. diſcretis. ¶ Opponitur ſic, & uidetur, quod ad legitimationem ſecundo mõ non requirantur illa, quæ ibi dicta ſunt, & præcipue dota
6 lia † inſtrumenta, quia ſine iſtis eſt uerum matrimoniũ, per quod ſit legitimatio, quia matrimonium ſit ſolo cõſẽſu, expreſſo tñ ſigno uel verbo, ut in authen. de nupt. §. nuptiæ, & ff. de reg. iu. l. nuptias. Solu. Vero eſt, ꝙ matrimonium bene ſit ſine iſtis, ſed iure ciuili iſta requiruntur & maxime dotalia inſtrumenta ut filii ante matrimoniũ nati, ſint legitimi, vt C. de naturalib. libe. l. cũ quis, licet non requirantur iure canonico tamen illo iure requiritur poſſibilitas matrimonii, quia filii nati in adulterio, per matrimonium ſequens non efficiuntur legitimi, vt tractatur in c. per venerabilem, extra qui filii ſunt legitimi. Et ibi etiam notant Doctores, qualiter papa, & ad quæ, & in quibus locis poteſt legitimare.

Digitized by Google

DE ADOPTIONIBVS. TIT. XI.

DIctum eſt ſup. de patria pt̃ate naturali, & de nup. quib. liberi fiunt in pr̃ia pt̃ate. Hic conſequenter tractatur de pat. pot. ciuili, q̃ fit per adopt. & diuiditur p̃ſens tit. in 8. partes. In prima tex. loquitur gñaliter. In ſecunda ibi, adoptio, ponunt̃ ſpecies adoptionis. In tertia ibi, ſed hodie, limitatur dictum in 1. §. In quarta ibi, cum autem impubes, tractatur de arrog. impuberis. In quinta ibi, minorem, ponuntur aliqua impedimenta, & quædam permiſſiones adopt. In ſexta ibi, fæminæ, declaratur qualiter fæminæ non pñt adoptare. In ſeptima ibi, illud proprium, declaratur quoddam dubium circa arrogationem. In octaua ibi, apud Cato. tractatur de adoptione ſeruorum.

§. Non ſolum.

1 *Adoptiui, ſunt ẽt in poteſtate patris adoptantis. lim. nu. 2. 3.*
4 *Liberi in quotuplici ſint differentia.*
5 *Spurii, qui proprie dicantur, qui nothi, qui manſeres.*

1 Non † ſolum naturales liberi ſunt in poteſtate patris naturalis, ſed etiam adoptiui ſunt in poteſtate patris adoptantis. h. d. & patet int. tex. ¶ Not. † q̃ iſte tex. loquitur gñraliter sm̃ ius antiquum, quo omnes adoptiui fiebant in poteſtate adoptantis, ut ff. de adop. l. 1. Sed nunc iſtud eſt immutatum, ut ſtatim dicetur inf. eo. §. ſed hodie. Opponitur ſic. † Naturales liberi non ſunt in pt̃ate patris, ut dictum eſt ſup. ti. prox. §. fi. Solu. tex. iſte loquitur de naturalib. liberis nõ præciſe, ſed de naturalib. & legitimis, vt diſtinguatur contra legitimos tm̃, & iſtos dicit tex. ſolum eſſe in poteſtate noſtra. Nam † liberorum quidam ſunt naturales, & legitimi, de quib. ſup. de pat. poteſta. §. 1. Quidam ſunt naturales tantum. de quib. in §. fi. allega. in oppoſitione. Quidam ſunt legitimi tm̃, de quibus hic. Et aliqui ſunt nec naturales, nec legitimi. de quibus in auth. quib. mod. natura efficiuntur ſui, §. fi. coll. 7. vt ſunt inceſtuoſè, uel nefarie nati, qui generali nomine poſſunt dici ſpurii. † Proprie tamen ſpurii dicuntur, ex profeſſis, uel

vel in ſacris ordinib. conſtitutis nati, & manſeres dicun tur. ex ſcorto, ſeu meretrice, ſed nothi ex adulterio nati, qui ideo dicuntur nothi, quia infames, & de illis loquit gl. in verbo manſeres, in c. niſi cũ pridem extra de renũc. Quidam etiam ſunt legitimi qui prius fuerunt illegitimi de quibus & qualiter hoc fiat, dictũ eſt ſup. tit. proxi. §. fi.

§. Adoptio.

1 *Adoptio, eſt duplex. Et quid adoptio. nu 2.*
3 *Arrogatio quomodo fiat, & per quos, nu 4.*
5 *Arrogatio ad quid maiorem ſolennitatem requirat, quã adopt.*
6 *Filiorum appellationẽ, qui ueniant.*
7 *Generis nomen, quando attribuatur ſpeciei.*

1 Sũmatur ſic, duæ ſunt ſpecies adoptionis. Vna, qua adoptant, qui ſui iuris ſunt autoritate Imperatoris, & vocat arrogatio, Alia. qua adoptant, qui ĩ ptãte parẽtũ sũt imperio magiſtratus, vocatur adoptio. Vtraq. aũt fit ut adoptati ſint loco filii uel filiæ, nepotis, uel neptis. & ſic deinceps de aliis deſcend. h. d. & parẽt intel. tex. ¶ No. primo quod adoptio diffinitur ſic† Adoptio eſt actus legitimus, per quẽ qui non eſt filius, fit filius pæne naturã imitans, vt ff. de adop. l. i. Et hæc diffinitio uĩ melior q̃ alia poſita in gl. in qua dicitur, ꝙ adoptio ſit in ſolatium liberorum. quia, et habentes liberos poſſunt adoptare, ut infra eo. §. licet. ¶ Not.† ſecundo quod prima ſpecies adoptionis uocatur arrogatio, & fit authoritate Imperatoris, coram ipſo, uel principe, uel coram delegato per reſcriptum principis. ut C. de adop. l. li. Et ideo mortuo Imp. alio nõ lecto, ceſſat arrogatio, ſaltem fienda authoritate Imperatoris, vt in Auth. qũo oporteat epi. §. fi. col. i. ſicut mortuo papa ceſſant multa officia, & quaſi omnia, curiæ Romanę. ut in cle. i. de elect. Et dixi notanter, authoritate, Imp. fienda quia mortuo imperatore non vacat imperiũ ſed reſidet apud ſummum pontificem ut no. in clem. paſtor. li s, de re iud. Et poteſt tunc papa arrogare per ſe, uel per delegatum, ut no. Ioan. Fab. hic. ¶ Notandum
4 † tertio, quod adoptio, quæ eſt ſecunda ſpecies adoptionis põt fieri apud magiſtratum, et quemcunque iudicem or-

Digitized by Google

dinariũ, et defenſorem ciuitatis, ut in Aut. de defenſ. ciuita. §. nullam, col. 3. quia eſt uoluntariæ iuriſdictionis, nec requirit plenã cognitionem, ut ff. de off. proc. & leg. l. 3.
5 Not. † quarto, ꝙ ratio, quare in arrogatione adhibeatur maior ſolemnitas, q̃ in adoptione, eſt, quia maior prouiſio eſt facienda, ubi maius imminet periculum, ut in l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de car. edi. Modo in arrogatione eſt maius periculum, ubi arrogatus cum oĩb. bonis ſuis, & cum his, qui ſunt in ſua poteſtate tranſit de ſua poteſtate in alienam. Sed in adoptione non eſt tm̃ periculum, ubi adoptatus tranſit in p̃tãte in poteſtatem, uel interdum nõ in poteſtatem alterius, ut inf. eo. §. ſed hodie. Nam in ſymbolizantib. facilior eſt tranſitus, ut in l. ſi unus. §. pactus. ff. de pactis. Dicit tñ Io. Fab. ꝙ facilius fit de non monacho monachus, q̃ monachus transferatur de uno monaſterio ad aliud, uel de vna vita ad aliam, ut notatur p inn.
6 in c. ꝙ in dubiis. ext. de ren. ¶ Opponitur † primo ſic. Per adoptionem interdum non ſit filius, ſed nepos, ut dr̃ hic in fine. §. & inf. eo. §. ſed hodie. ergo non bene dr̃ in diffinitione, ꝙ per adoptionem ſemper non filius ſit filius. Sol. Nomine filiorum intelliguntur ſæpe liberi, ut ſunt filii, nepotes, pronepotes, ut ff. de uer. ſig. l. liberorum. Et illo modo capitur filius in iſta diffinitione. ¶ Opponit̃ ſecundo, & vẽ, ꝙ una ſpecies adoptionis hic poſita, non ſit adoptio, quia adoptio eſt genus ad utranq. ſpeciem, ergo non eſt ſpecies, quia idem non eſt genus & ſpecies. Solu.
7 † Sæpe cõtingit, ꝙ nomen generis attribuitur ſpeciei, qñ illi ſpeciei non eſt nomen proprium impoſitum, ut eſt regula topica in primo topicorum de proprio, quod dicitur de termino ſiue diffinitione & proprio proprie dicto, ꝙ non indicat quid eſt eſſe rei, & quia proprium, quod eſt terminus, habet nomen impoſitum, quia uocatur diffinitio, & proprium non habet nomen impoſitum, ideo retinet nomen generis. Simile habemus de iuriſdictione, cuius ſunt tres ſpecies, quæ ſunt, merum imperium & mixtum, & tertia uocatur iuriſdictio nomine generis, ut ff. de iuriſd. omnium iud. l. imperium.

§. Sed

§. Sed hodie.

1 *Adoptatus ab extraneo non tranſit in eius poteſtatem.*

2 *Auus maternus, adoptans nepotem ſuum, cum habet in ſua poteſtate Secus in auo paterno.*

3 *Vincula duo plus ligant, quàm vnum, cæteris paribus.*

4 *Ius naturale, quomodo accipiatur in adoptione.*

5 *Auia quare non poſſit nepotem adoptare.*

1 Adoptatus † ab auo materno, vel patre emancipato, ab auo et paterno, tranſit in ptātem adoptantis, ſed non adoptatus ab extraneo, illi tñ ſuccedit. H. d. Sed intel. tex. eſt iſte. Si filius a patre naturali, & legitimo, det in adoptioné extraneo, nō tranſit in ptātem adoptantis, ſed manet in ptāte patris naturalis. Sed ſi det in adoptionē auo materno, vel emancipato patri naturali, detur in adoptionē auo paterno, tranſit in ptātem, & fit de familia adoptantis, quare in una perſona concurrūt ibi duo iura, ſ. ius naturale, & ius adoptionis, & ita sūt ibi duo vincula. ¶ No. primò, ꝙ illa conſtitutio, de qua loquit hic tex. ſ. adoptatus ab extraneo non tranſit in eius ptātem, licet ei ſuccedat in bonis hř, Co. de adopt. l. cum in adoptiuis, & infra de hæred. quæ ab inteſtato defe. §. aliq̃ alias. §. inueni-

2 mus. ¶ Not. † ſecundo, ꝙ auus maternus adoptans nepotem ſuum indiſtinctè habet eum in ſua poteſtate, ſed non auus paternus ſic adoptat indiſtinctè. Cuius ratio eſt, quia auus maternus non habet nepotem ſuum in ſua poteſtate ante adoptionem, ut ſupra de pat. poteſta. §. qui agitur. Sed auus paternus habet nepotem ſuū in ſua poteſtate, ut eo. tit. & §. iam alle. Et ideo talis nepos nō pōt plus in ſua poteſtate fieri, ut ff. de adoption. l. ſi pater. §. qui duos. Sed ſi pater ante, quam filius fuerit conceptus, emancipatus eſt, tunc talis filius eſt in poteſtate patri ſui, & non aui paterni, vt infra tit. prox. §. ſi. Et ideo in illo caſu auus etiam paternus pōt eum adoptare, & fit in eius

3 poteſtate. ¶ Notandum † tertio, quod duo uincula plus ligant, quam unum, & ad hoc iſte textus ſæpe ſolet alligari. Et duæ rationes præualent uni, ut in Auth. de conſanguin. & vterinis fratri. §. j. coll. 6. C. de edicto Diui

Digitized by Google

Adria.tol.l.fi.niſi una ſit melior duabus, vt colligit̃, ff.de in of.teſt. l.nam & fi. & ſic quando vna melior & fortior eſt duabus, tunc non ſunt cætera paria, vt in oppoſitione ſecundo dicitur. ¶ Opponitur cõtra prædicta, & videtur quod dua iura, naturæ, & adoptionis, non ſufficiant ad hoc, quod adoptatus fiat ſemper in poteſtate adoptantis qa ex hoc ſequeret̃ ꝗ frater adoptans filiũ fratris ſui haberet illum in poteſtate ſua, qđ non eſt verum. Sol. † Ius
5 naturale debet hic exponi, l.natiuitate, vt ſ. ſit tale ius, ꝑ quod adoptatus habet natiuitatem & originem modo filius fratris a patruo ſuo non habet natiuitaté, neque originem. Et ideo in iſto caſu vocantur iſtæ extraneæ perſonæ.
6 ¶ Sed ſi tunc replicat̃ de auia, quod illa poſſet adoptare nepotem, quia ab ea habet natiuitatem & originem. Sol. In auia eſt alius defectus, ſ. ius adoptionis, nam fęminæ adoptare non poſſunt, vt infra eo. §. fęminæ. † Opponitur ſecundò, & uidetur, quod duo uincula non plus ligant, q̃ vnum, per l. nam, ff. de inof. teſt. Solu. Iſtud intelligitur cæteris paribus, nam in illa l. vnum uinculum æquiparatur duobus, & ita cætera non ſunt paria.

§. Cum autem.

1 *Impuberis arrogatio quæ requirat ad ſui validitatem.*
2 *Iudex ꝗ facere, et interrogare deat arrogatũ, & ꝗ arrogatorem.*
3 *Arrogator debet cauere cum fideiuſſione, de reſtitut. bonorũ pupilli. viole oppoſi. nu. 7. 8 9.*
4 *Arrogator non poteſt emancipare arrogatuas ſine iuſta cauſa.*
5 *Arrogator quotam partem bonorũ tenentur relinquere arrogato.*
6 *Arrogatus debet etiam habeat bona aduentitia.*
10 *Actus legitimi, an conditionem recipiant.*

1 Sũma, vt ſic † Impubes non põt arrogari, niſi cognita cauſa, quæ debet eſſe honeſta, & expediat arrogat. Et debet arrogatio iſta fieri cũ quibuſdam conditionibus, qa arrogator debet cauere pſonæ publicæ, ſiue tabellario, ſi pupillus intra pubertatem mortuus fuerit, ſe reſtiturũ bona illis, ad quos iure ſucceſſionis fuiſſẽt deuoluta, ſi nõ fuiſſet arrogatio. Et nõ põt arrogator emancipare arrogatũ, niſi cauſa, ꝓpter q̃ velit eũ emancipare, fuerit cognita,

&

Digitized by Google

& nedũ cognita, ſed ſufficiẽs, q̃a alias nõ eſſet dignus emãcipatione. Et poſtq̃ ſic eũ ex cã ſufficiente arrogator emãcipare vellet, tũc tenet̃ ei reddere bona ſua. Et ſi arrogans pr̃ decedens eũ ex hæredauerit, vel viuẽs eũ, ſine iuſta cã emãcipauerit, tũc tenetur quartã partẽ bonorũ ſuorũ ei relinquere, p̃ter illa bona q̃ in patrẽ adoptiuum ſiue arrogatorẽ trãſtulit, & quorũ cõmodũ filius arroga
2 tus poſt arrogationẽ pr̃i acquiſiuit. h. d. ¶. No. primo, † ꝙ in arrogatione iudex dẽt interrogare arrogãtum, an velit iſtũ hr̃e ſuũ patrẽ, & arrogatorẽ, an uelit iſtũ eẽ ſuũ filiũ. Et tũc aliqua alia vlterius ĩterrogabit ab alijs. Primo, an iſte arrogator hẽt honeſtã cãm, & vtilem pupillo. Secundò, an ſit minor 40. annis, q̃a ſi ſic, cõſulẽdũ eſt ſibi, vt potius gñationi ſtudeat, q̃ alienum filium adoptet. Tertio, an ſit honeſtæ vitæ, uidelicet, an ſit parcus, ꝓdigus, vel in alio defectus. Quarto, an ſit pauper, q̃a rr̃ non p̃mittitur diuitẽ a paupere arrogari. Quinto, an habeat plures liberos naturales. Sexto, an ſit tutor. Septimo, an ex alligatione naturali, vel sãcta affectione moueat̃ ad arrogãdũ iſtũ. Et iſta colligunt̃. ff. de adopt. l. ſi paterf. §. in arrogationi
3 bus. ¶ No. † ſecundo, quod arrogator debet cauere cum fideiuſſione de reſtitutione bonorũ pupilli, prout in text. Et iſtam cautionẽ debet ſtipullari tabellio, vt ff. de adop. l. nec ei. Ex quo patet, ꝙ tabellio põt aliter ſtipulari, vt
4 infra de inutil. ſtipu. §. ſi quis alij. ¶ Notandum † tertio, ꝙ arrogator nõ p̃t arrogatum ſiue iuſta cã emancipare, & talis cã eſt ſicuti ſunt cauſæ, quare donationes & ſimilia beneficia reuocant̃, ut C. de reuoc. dona. l. fi. & ſic etiã intelligit̃. l. fi. ff. ſi quid in frau. pat. all. hĩc in gl. ¶ Notan
5 dũ quarto, † ꝙ arrogator tenet̃ arrogato relinquere quartam partẽ bon. Qđ cõiter intelligit̃ per D. de quarta parte bonorum, quæ ab inteſtato ad ipſum peruenirent, licet aliqui intelligant de quarta parte oĩum bonorum. Et de iſto hr̃ in l. Papinianus, ff. de inof. teſta. Iſta tñ quarta non eſt hodie augmentata, ſicut quarta filiorum naturalium & legitimorũ, vt in auth. de trien. & ſem. §. hoc ſer
6 uandum coll. 4. ¶ Notandum ſimiliter, † ꝙ præter iſtam

Digitized by Google

quartam debet arrogatus habere bona ſua, ẽt aduentitia, quorum tñ arrogator habuit vſumfructum, vt C. de bo. q̃ libe. l. cũ oportet. Sicut maritus habet usũfructũ in bonis dot. vt ff. fam. erciſ. l. ſi filia. Et ſic iſta dictio preter, hic in tex. poſita capit incluſiue, ut ff. de pign. actio. l. j. ¶ Opponit primo ſic, & videtur, ꝙ nõ eſt opus iſta cautione, q̃a ſine illa tales perſonę uenirẽt ad ſucceſſionẽ bonorum pupilli, ut vr̃. Ergo ipſa fit fruſtra. Solu. Si iſtæ perſonæ venirent ad ſucceſſionem ex teſtõ patris pupilli per arrogationẽ fraudarentur ſucceſſione, quia per arrogationẽ, q̃ eſt minima capitis diminutio rumpit tale teſtm̃, vt ĩfra q̃bus modis teſtamenta infirmantur, §. non tamen. Ab inteſtato aũt fraudarentur in peculio, quod arrogator retineret, niſi eſſet cautio, vt ff. de caſtrẽ. pecu. l. 2. Verum tñ eſt, ꝙ licet iſta cautio nõ eſſet facta, nihilominus tñ interpretationẽ legis reputarẽt facta, vt ff. de adop. l. his ver.

8 ¶ Sed replicatur † Ergo ſequit̃, ꝙ iſta cautio non ſolũ debet fieri, ſi pupillus infra pubertatem decedat, ſed ẽt poſt q̃a vr̃, ꝙ ſucceſſores põt ita bene defraudare poſt pubertatẽ ſicut ante Solu. pupillus poſt pubertatẽ põt teſtm̃ facere, ut ſu. quib. ex cau. manumittere nõ licet. §. cũ ergo & tunc euaneſcit pupillaris ſubſtitutio, & patris teſtm̃. Et ideo ſucceſſio illorum, tunc eſt a fortuna, quia iſte põt aliter diſponere de reb. ſuis, vt nõ ſuccedãt. Et q̃a eſt fortuitum, ideo de hoc nõ eſt ius ordinatũ, vt ff. q̃b. ex cauſis

9 manum. libe. nõ fiunt, l. Iul. ¶ Oppo. † ſecundo ad idẽ, & vr̃, ꝙ iſta cautio non debet fieri, quia arrogatio eſt actus legitimus, & tales non recipiunt diẽ neque conditionẽ, vt ff. de reg. iu. l. actus. Sol. Iſta cautio nõ facit actum arrogationis conditionalem, ſed certificat ſucceſſores vt dictũ

10 eſt. † Verum tñ eſt, ꝙ actus legitimi non recipiunt cõditionem expreſſam, ſed bene recipiunt conditionem tacitã, quæ ſi fuerit expreſſa, uitiaretur actus, ut de ff. de leg. j. l. 3. Et ideo ſi Papa ſcribit executori, ut prouideat alicui de beneficio, ſi ſit idoneus, illa nõ intelligit̃ propriè cõditionalis, ſed exhortatoria, inſtruẽs executorẽ, qualiter facere debeat. Et de iſto habetur in Clem. vnica de off. dele.

§. Mino-

§. Minorum natu.

1 *Minor non poteſt maiorem adoptare Et quid ita.*
2 *Adoptans quot annis debeat eſſe ſuperior adoptato.*
3 *Spadones adoptare poſſunt, non tamen caſtrati & nu. 8.*
4 *Pubertas plena, & legitima ætas, quot annorum ſit.*
5 *Adoptio nepotis, cuius conſenſum requirat.*
9 *Citandus eſt is, de cuius præiudicio agitur.*
7 *Spadones qui dicantur.*
9 *Sacerdotes adoptare poſſunt.*

1 Summat̃ ſic. † Minor nõ pt maiorem adoptare, quia adoptio imitat̃ naturã, & mõſtruoſum eſſet filiũ eſſe maiorẽ,
2 ſupple. ętate ſuo patre, & ideo † adoptans debet. 18. annis adoptatum pręcedere, & põt adoptio fieri in locum nepotis uel pronepotis, ſeu aliorum deſcendentium, põt ẽt aliquis adoptare, q̃uis filios naturales non habeat. et ſi quis aliquẽ loco nepotis ex filio naturali uel adoptiuo nati adoptat, dẽt filius ille conſentire, ne ei inuito ſuus hęres agnoſcatur. Sed ſi auus nepotem ex filio in adoptionem dederit, non requiritur conſenſus filii. Si etiam quis non extraneũ adoptauerit, põt illũ alteri adoptionem dare. Et
3 † cõe in utraque adoptione, ꝙ illi qui gñare non poſſunt de facto, ſed bene ſm naturã, ut ſpadones, adoptare poſſunt. Sed caſtrati, qui natura generare non pñt, etiã ado-
4 ptare non poſſunt, h. d. patet in rel. tex. ¶ No. † primo, q̃d plena pubertas interdum eſt 13. annor. vt inf. qui. mo. tute. fini. §. 1. interdũ eſt in iure 15. ann. ut in auth. de temp. non ſolu. pecu. ſuper dote, §. generaliter, colla. 6. Interdum eſt 18. annor. vt ſupra. quib. manumittere nõ licet, §. fi. interdum eſt 15. ann. ut hic, & ff. de alimentis lega. l. mela. Legitima tamen ætas in iure eſt 15. annorum, vt ff. de legat. 2. cum filio. & C. de his qui uc. æta. l. ul-
5 tim. ¶ Notandum † ſecundo circa uerbum conſentire primo, quod quando aliquis uult adoptare quem in loco nepotis ex filio ſuo nati, requiritur conſenſus filii, ſed non aliorum agnatorum, ut ff. de adopt. l. cum adoptio. Et ſi filius conſentiat moriente patre adoptante, fit iſte adoptatus in poteſtate filii, & ſuus hæres, ut

vt ff. de adop. l. ſi q̃s nepotem. Sed ſi nõ cõſentiat morien te patre adoptante, nõ fit in ptãte filii, ſed ſuccedit cũ eo tanq̃ filius, uel nepos, iuxta conditionem gradus, in quo adoptatus eſt, ut infra de hęr. quę ab inteſt. deferunt. §. cũ ãt. Qñ ergo dr in tex. ne ei inuito, debet intelligi ei, ſ. filio inuito, q̃uis gl. duas alias expoſitiones ponat. ¶ Et ex iſto
6 patet, † ꝙ qñ aliq̃d fit in præiudicium tertii, eſt ille vocan dus, vt ff. de adop. l. nã ita diuus. Et notatur per Inn. in c. humilis extra de maio. & obe. Et ſi ignoret nomen, fiet gñalis citatio, vt C. de remiſ. pig. l. ſi eo tempore. et iſtud intelligitur in actibus, q̃ ſunt uoluntarię iuriſdictionis ſe
7 cus ĩ alijs. ¶ No. tertio, ꝙ † ſpadones sũt illi, quorũ virilia ſpata, i. cultello abſciſa ſunt. Sed caſtrati ſunt, qui ex na-
8 tura generare nõ poſſunt. Cũ ergo ſpadones naturaliter poſſint generare, licet de facto impediantur, pñt adopta re, ſed caſtrati, qui a natura impediuntur, adoptare non pñt, quia ut dictũ eſt, adoptio imitatur naturã. Ex quo pa tet, q̃d plus eſt illud ꝙ eſt a natura, q̃ ex accidẽti, vt ff. de
9 lib. & poſth. l. ſed & q̃ſitũ. † Sacerdotes ãt adoptare pñt, quia licet generare nõ poſſint impotentia iuris, niſi eſſet orientales, qui utũtur matrimonio prius cõtracto, ut notat Io. An. in c. vnico, de clericis cõiugatis, lib. 6. tñ non poſſunt non gñare impotentia facti, & naturæ. ¶ Oppo. primo ſic, & vr, q̃d nõ oportet adoptantẽ prӕcedere ado ptiuũ in 18. annis, quia 14. anno. põt quis matrimonium contrahere, ergo tunc põt adoptare. Solu. Non eſt ſimile i n matrimonio & in adoptione, quia in adoptione agit de præiudicio adoptantis aliter, q̃ in matrimonio, ꝑ ꝑ le gitimã, quæ debet adoptato. Et ideo in adoptiune requirit maior deliberatio, & plenior cõſenſus, qui ut cõiter non eſt ante 14. annum, ut ff. de poſtula. l. j. §. pueritia, & lex reſpicit ad ea, quę fiunt cõiter, vt ff. de legib. l. nam ad ea. ¶ Sed replicatur. Ex iſto vr, quod qui adoptaret duos, deberet præcedere in 36. annis, quod non eſt uerum. Solu. Iſtud non ſequitur, quia poteſt aliquis etiam naturali ter uno anno plures filios habere, & ex vna vel ex diuerſis mulieribus. Et ideo ſufficit adoptantem in 18. annis

Digitized by Google

nis præcedere, etiam ſi plures adoptet, ſicuti una abſolutio ſufficit ad plures excōicationes, ut notat Bart. in l. de pupi. ff. de noui ope. nun. ¶ Opponitur ſecundo, & uſ, ꝙ auus non poſſit nepotem ſuum, ſine conſenſu patris, in adoptionem dare, quia ſine illo uō poteſt eum nuptui tradere, ut ff. de ritu. nup. l. oratione. Sol. Nuptui habent maiorem indiuiduitatem, ut ſup. de patria poteſtate. §. nupt. Et plus requiritur conſenſus parentum, ut ſup. de nupt. §. 1. quam in adoptione. Et ideo ibi requiritur conſenſus patris. ¶ Sed replicatur, iſte conſenſus requiritur ꝑꝑ præiudicium, ſed in iſto caſu fit patri præiudicium in ſucceſſione, & in perditione patriæ poteſtatis, ut ff. unde libe. l. ſcripto. Sol. Poteſt filium iſtum inſtituere, licet ſit adoptatus, & non fuit in ſua poteſtate, & ſic ei non fit in præiudicium, etiam iure antiquo. Hodie autem non eſt timor, q̄a ſuccedit, nec tranſit in poteſtatem adoptionis extranei, ut ſupra eo. §. ſed hodie.

§. Fæminæ.

1 *Feminę non poſſunt adoptare. Et quid ita limit. nu. 3.*

2 *Feminæ non habent filios poteſtate.*

4 *Beneficia quomodo ſint amplianda.*

1 Summat ſic. † Fęminę non pn̄t adoptare, quia liberos in poteſtate non hn̄t niſi ex indulgentia principis, in ſolatiū amiſſorum filiorum. h. d. Et patet intellectus text. ¶ Not.
2 † primo, ꝙ mulieres non habent filios in poteſtate, ut ff.
3 de ſuis & legitimis hæredibus. l. nullá. ¶ Not. † ſecundo, ꝙ iſta indulgentia, qua fæminis conceditur adoptare, hr̄ C. de adop. l. mulierem, & hoc in ſolatium filiorum amiſſorum in bello, ut inf. de exc. tut § ſed & ſi quis in bello. ¶ Opponitur ſic, † & uidetur, qđ ſi fæminæ poſſunt adoptare, tunc etiam debent adoptatos in poteſtate habere, quia beneficia ſunt amplianda, ut in aut. conſtitutio. quæ dignita. §. pen. col. 6. Solu. Verum eſt, quod beneficia ſūt amplianda, ſed non contra naturam. Modo contra naturam eſt, mulieres filios in poteſtate habere. Et ideo beneficium conceſſum de adoptione, non debet extendi ad materiam poteſtatis.

§. Illud

§. Illud proprium eſt.

1 *Arrogatus cum ſuis tranſit in poteſtatem arrogatoria, & num. 2.*
3 *Directe quod non poteſt fieri, an fiat indirecte, & nu.4.*

1 Summatur ſic,† Arrogatus vna cum his, qui ſunt in ſua ptãte, efficitur in poteſtate arrogatoris, Hoc dicit, ſed intellectus tex.eſt, ꝙ proprium eſt in arrogatione, ut arrogatus cum liberis ſuis, fiat in ptãte arrogatoris. Et ideo, cũ Auguſtus voluit arrogare Germanicum, qui noluit arrogari ab Auguſto, conſuluit Tyberio, ut arrogaret Germanicum, quod fecit, & tunc auguſtus arrogauit Tyberium. & factus eſt Germanicus nepos Auguſti adoptius qui noluit eſſe filius. Not.† primo, ꝙ iſtud, ſ.ꝙ arrogatus tranſit cum ſuis poteſtatem arrogatoris intelligitur
2 non ſolum de his qui ſunt actu, ſed et de his, qui erunt. Et ſic efficiuntur io poteſtate arrogatoris filii nati, naſcit̃ uel etiam poſtliminio reuerſi, ut ff.eo.l.ſi paterfami. in prin.§.No.ſecundo, quod aliquando ſit indirecte, quod
3 non poteſt fieri directe, ut ff.de legi.l.contra legem.¶Oponit, & videtur quod arrogatus, cum his qui ſunt in poteſtate ſua, non ſemper tranſeat in poteſtatem arrogatoris per l.operæ.ff. de operis liberto Solu. Illa lex loquitur de liberis, quorum operæ reſeruatæ ſunt patrono, & ideo
4 propter ius patronatus eſt ibi ſpeciale. Opp.† ſecundo & videt̃ quod non poteſt fieri indirecte, illud, quod prohibetur fieri directe, per c.ſtatutum ii.de hereticis li.6. Solu. illud non poteſt fieri indirecte, quod non poteſt fieri directe impotentia iuris, & ſic intelligitur c.ſtatutum ii. alleg. Sed quod non poteſt fieri indirecte impotentia facti bene poteſt fieri indirecte. vt hic.

§. Apud Catonem.

1 *Seruus, an fiat liber, ſi dominus eum adoptet, uel nominet eum in iudicio. Et quid ſi extra iudicium, nu.4.*
2 *Dominus ſi adoptet ſeruũ alienũ, aut lib. alienũ, non fit ille lib.*
3 *Regu. ſi non ualet quod ago ut ago, ualeat &c. quomodo accipiatur, et nu 5.*

1 Summatur ſic.¶ Si dñs adoptet ſeruum, uel nomine

cum in iudicio filium, per hoc ſeruus ſit liber. Hoc dicit
2 Et pater intell. tex.¶ Not.primo,† ꝙ ſi domus adoptat et ſeruum alienum, vel libertum alienum, non habet ueritatem iſtud dictum, quia talis non ſit liber per adoptionem, ut ff.de ado.l.ſi pater.¶ Not.ſecundo ibi conſtitutione, quod iſta conſtitutio habetur. C.de lati.liber tollen.l.
3 vnica.¶ Notandum † tertio ibi licet, quod ex iſto tex.elicitur, ſi non valeat quod ago, ut ago, ualet tñ inquantum ualere põt, ut etiam notatur. C.de lati liber. toll.l. vnica §.ſimili modo.¶ Not.† quarto, quod ſi dominus nomi-
4 net ſeruum filium extra iudicium non prodeſt. C.de libe. cau.l.pen. & ſic verba adulatoria in iudicio cauſant diſpoſitionem fauore libertatis, ut hic, ſic etiam in teſtõ fauore ultimæ voluntatis, us ff.de fideicõmiſ.liber.l.paulus.aliter autem uerba adulatoria nihil operantur, vt ff.de actio. & oblig.l.obligationem.¶ Opponitur,† ſic, et uř ꝙ non eſt uerum, ſi non ualet ꝙ ago, &c.per l.1.ff.de iur.codic. Sol. Illa lex loquitur de eo, qui dicit expreſſe ſe non uelle facere codic Iam iſtud dictum, ſi non ualet, intelligitur quando uon eſt pactum de non ualere.

Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. Tit. XII.

1 *Natura nihil eſt indiſſolubile.*
2 *Diuiſio huius tituli in ſeptem partes.*

1 DIctum † eſt ſup. qualiter conſtituitur ius patriæ poteſtatis naturalis & ciuilis, & qa nihil eſt in humanis, ꝙ diſſolui nõ poſſit, ut in aut.de nup.§.deinceps. coll.4. iõ tractatur hic qualiter ius patriæ poteſtatis ſoluitur. Et
2 † diuiditur iſte titulus in ſeptẽ partes. In prima declarat, qũo ſoluitur patria poteſtas per mortem naturalem. In ſecunda ibi, cum aũt is, qũo ſoluitur per mortem ciuilem In tertia ibi, filius familias qũo per dignitatem. In quarta ibi, ſi ab hoſtibus, quomodo per captiuitatem. In quinta ibi, præterea, quomodo ſoluitur per emancipationem. In ſexta ibi, ſed ſi pater, qũo ſoluitur per adoptionem. In ſeptima ibi, illud autem, ſoluuntur duo dubia.

§.Videa-

Digitized by Google

§. Videamus nunc.

1 *Filii, an efficiantur ſui iuris per montem patris.*

2 *Nepotes an fiant ſui iuris morte aui. Et quid ſi pater in aui poteſtate conſtitutus uiuat, & nu. 3. 5.*

4 *Beneficium ſemel extinctum, an nunquam reuiuiſcat.*

Sũmat ſic, dictũ eſt qũo ſerui liberantur a ptãte domini-
1 ca. Hic dicitur, qũo liberantur a ptãte patria.† Nã per mor
tẽ patris filii exiſtentes in ſua ptãte, ſui iuris, efficiuntur,
2 & † per mortẽ aui nepotes fiunt ſui iuris, ſi tpe mortis,
aui pater eorũ fuit mortuus uel emancipatus. Sed ſi fue-
rit viuus, & in ptãte aui nepotes cadũt in ptãtẽ patris eo
rũ. Hoc dicit, & pater intellectus tex. ¶ Not. ꝙ de libera
tione ſeruorũ dictũ eſt ſupra. de liberti. §. j. & multis. & ĩ
gl. magna. §. fi. ¶ Opponit primo ſic, & uidetur, ꝙ tex. nõ
bene dicat aliquẽ ſui iuris fieri per mortẽ parẽtis, q̄a ma
ter eſt parens, ut ſup. de iure nat. gen. & ciui. §. j. et tñ p
mortem matris nemo fit ſui iuris, vt ſu. ti. pxi. §. fœminæ.
ubi dr̃ ꝙ mulier non habet libros in ptãte. Solu. parens
intelligitur hic ſtricte pro ſuperiori in linea paterna, ſed
ſupra de iure naturali accipitur generaliter. ¶ Opponi-
tur ſecundo. & videtur, quod tex. non bene dicat mortuo
patre filio fieri ſui iuris. quia ut ſubditur, poſſunt eſſe in
poteſtate aui. Solu. Textus ille intelligitur mortuo patre,
qui filios habet ptãte, & non exiſtente ſuperiore ¶ Oppo
3 nitur tertio, & videtur, † quod non ſemper exiſtente pa-
tre in poteſtate aui tempore mortis aui nepotes recidant
in poteſtatem ſui patris, qui ſi pater fuit emancipatus, &
poſtea arrogatus a ſuo patre, tunc eſt in eius poteſtate.
Et tamen nepotes in illo caſu per mortem aui non ca-
dunt poteſtatem ſui patris, vt ff. de adopt. l. ſi pater fi-
lium. Solut. Iſtud intelligitur. qñ † pater nunquam exi-
4 uit a patria poteſtate. Nam patria poteſtas ſemel extincta
reſpectu filiorum nunquam reuiuiſcit. Sicut etiam dici-
tur de gratia ad beneficium quæ per matrimonium extin
guitur, & mortua uxore non reuiuiſcit, ut in gl. in c. unic.
de clericis coniugatis. lib. ui. ¶ Opponitur finaliter,
5 † & uidetur, quod filius cadat in poteſtate patris,
per

per mortem aui, licet pr̃ tpe mortis aui, non ſit in eius poteſtate, ꝙ vr̃ contra finem tex. iſtius. §. probatur in Auth. conſt. quæ dignita. §. iſtud. coll. 6. Solu. In fi. text. dicitur, quando pater exiuit patriam poteſtatem per emancipationem, ſecus autem eſt, qñ per dignitatem, ut in §. alleg.

§. Cum autem.

1 *Patria ptās ſoluitur per deportationẽ patris, uel filii, in inſulam.*
2 *Deportatio, & relegatio, quot & quibus modis differant.*
3 *Banniti noſtri temporis, an aſſimilentur deportatis.*
4 *Mors ciuilis, comparatur morti naturali,* Et *in quib. nu.* 13.
5 *Ratio ubi eadem, ibi & idem ius.*
6 *Deportati poſſunt reſtitui per indulgentiam principis. Et reſcripti diſcrimen. nu.* 7.
8 *Reſtituere, uerb. generale eſt.*
9 *Seruus pænæ, non habet dominum niſi ſupplicium.*
10 *Ingenuus, an fiat ſeruus per pænam.*
11 *Damnatus ad ultimum ſupplicium, quibus beneficijs priuetur.*
21 *Beſtiis ſubiectus.*

1 Summatur ſic. † Per deportationem pr̄is uel filii in inſulam, ſoluitur patria ptās, ſed per indulgentiam Principis priſtina iura reſtituuntur. Per relegationem āt pr̄is uel filii in inſulam, non ſoluitur patria ptāte. Seruus aũt pœnę effectus perdit patriam ptātem, quæ quidem pæna eſt, qñ quis in metallum damnatur, uel beſtijs ſubiicitur. H. d. & patet intel. tex. ¶ Not. primo, ꝙ iſte text. primo loquit̃ de media capitis diminutione, & in fine ibi, pænæ, loquit̃ de maxima capitis diminutione, ſed in medio loquitur de re-
2 legatione. ¶ No. ſecundo, ꝙ differunt deportatio & relegatio, quia deportatus ꝑdit familiam ſuam, ſed relegatus non, ut hic in tex. Secundo, quia deportatus perdit bona ſua, relegatus non, ut ff. de interd. & rel. l. 1. Tertio, qa deportatus perpetuo perdit ciuitatem, relegatus ad tp̄s, ut ff. de inter. & rel. l. relegatorum, uterque tamen retinet libertatem, ut ff. de bonis damnatorum. l. & ſi. Quarto, qa deportatio ſolum fit per Imperatorem, aut uicem eius tenentem, uel per p̄torem, ſeu per p̄fectum urbis, ut ff. de

pæ-

pænis. l. 2. Fit ēt quorū ſnīa parē dēt effectū cū pdictis, ut ff. q b. appe. non licet. l. 1. Et ſi deportatio p alios iudices fiat, non valet, nec executioni mandatur, niſi per impera torem approbetur ut ēt inſulā ſiue locū aſſignet, vt ff. de lega. iij. l. 1. §. ii. & §. deportatos. Sed relegatio pōt fieri, p quoſcunq. iudices habēres merū imperium. ut ff. de inter di. & releg. l. relegatorū. Non tñ ſit per defenſores ciuita tis, ut in Auth. de defenſori. ciuit. §. nulla. colla. iii. † Banniti autē noſtris tēporis aſſimiliantur deportatis, ſi cū pditione ciuitatis publicentur eorū bona alioquin aſſimi ā tur relegatis, vt uult gl. hic per l. i. ff. de bonis dānatorum. Sed Bald. aliter dicit in l. i. C. de hæred. inſtit. vult enim ꝙ pæna banditi nři tpis ſit diſtincta a deportatione, & relegationi aſſimilatur in re ciuili, excōicationi in re ſpiritua li, quia ſicut excōicatus non pōt agere, pōt tñ excipere, & appellare, ut in c. intelleximus, extra de iudiciis, & ſic bā

4 nitus. ¶ Notandū tertio ibi. † perinde, ꝙ mors ciuili cōpa ratur morti naturali, ut hic & ff. pro ſocio. l. verum. §. ſo-

5 cietas. ¶ Notandum † quarto, ibi pari ratione, ꝙ ubicunque eſt eadem ratio, debet eſſe idem iūs, vt ff. de verb. ob. l. a Titio, & ff. ad leg. Aquil. l. illud. Nō tñ vbi eſt contraria ratio, debet eſſe contrarium iuſ. ff. de coll. bonorum. l.

6 ſi quis. ¶ Notandum quinto ibi. † reſtitutum, ꝙ per indul gentiam principis poſſunt deportati reſtituti, & tunc recuperant priſtina iura, vt honores, & ordines, & ſimilia. Inter quæ ēt eſt patria poteſtas, vt C. de ſent. paſ. l. fi. Re-

7 fert † tñ, an princeps dicat, in remiſſione indulgemus, an reſtituimus, quia ſi dicat, indulgemus, intelligitur remi ſa pæna, ſed non reſtituuntur bona, & ſic intelligitur l. in inſulam. ff. de pænis. Sed ſi dicat reſtituimus, nō ſolū in telligitur remiſſa pæna, ſed reſtituuntur oīa priſtina iura, ut ff. de pænis. l. ii. & l. generaliter. † quia verbum reſtitu

8 tionis generale eſt ad omnia, vt ff. de uſuc. l. videamus. §. & in fauiana. Non tñ intelligitur reſtitutus ad bona a lie nata, vt C. de hæreticis & manicheis. l. item de Neſtorianis. Et ideo conſulit Bar. l. Gallus. ff. de lib. & poſthu. vt imperietur, ꝙ princeps dicat, reſtituimus te etiam ad bo

na

ſ na aliena. ¶ Notandũ finalis, † ꝙ ſeruus pœnæ effectus, nõ habet dominũ, niſi ſupplicium. Vñ nihil acquirit fiſco, 10 ut ff. de his, qui pro nõ ſcriptis habentur, l. 3. Hodie † tamẽ ꝑ pœnã nullus ingenuus fit ſeruus, vt ĩ Auth. de nup. §. quod aũt, colla. 4. Niſi forte aliqs cõdẽnatus ſit ad vltimũ ſuppliciũ, vt vult Bar. in l. q. vltimo, ff. de penis. Etiã 11 talis. † nõ põt teſtamẽtũ facere, ff. de teſta. l. eius qui poſſunt tñ iniuſtè ablata reſtituere, ut no. Ioan. And. ĩ c. quã quã, de uſur. li. 6. Et eſt iſta pena, qñ aliquis dãnatur ad fodiendum metallum, uel in opere metalli. uel in miniſterio metalli, uel metallo ligatur, qoi ligabant, ne fugerẽt & põdere quodã oprimebant. ferro, vel alio mõ ſicut ho 12 die fit his, qui ad galeas ponunt in Italia. † Beſtiis autẽ q. ſubiicitur, qui damnat ad beſtias deducẽdũ uel cũ beſtiis comedẽdũ. Sed quia iſtæ pęnæ mõ nõ ſunt in uſu parum curãdũ eſt de eis. ¶ Opponitur primo ſic, & uidetur, ꝙ mors ciuilis nõ cõparet morti naturali, qa per mortẽ naturalẽ diſſoluitur matrimoniũ, & nõ per mortẽ ciuilẽ, ut 13 C. de repu. l. 1. Solut. † Mors ciuillis cõparatur naturali in illis, in quib. repreſentat eundem effectum cũ morte naturali, ut in his, quę sũt iuris ciuilis, ſicut patria poteſtas bonorũ poſſeſſio, & ſimilia, nõ autem in his, quæ ſunt iuris naturalis, uel gentium, vel etiam facti. Et ideo ſi aliqs obligatus ẽ bona ſua dimittere poſt mortẽ alteri, & ipſe ingrediatur religionẽ, quæ eſt mors ciuilis 16. q. 1. cap. placuit. 2. nõ dẽt propter hoc illi alteri bona ſua dimittere, ut ff. de iure fiſ. l. Statius Floris, §. cornelio. ¶ Opponitur ſecundo, & videt, ꝙ reſtitutos debeat ẽt recipere bona alienata, quia ſi aliquis mortuus reſtituatur ad uitam ſicut factum eſt in Lazaro, recuperare omnia bona ſua, etiam alienata, vt in gl. in l. ſi ex his, ff. de legibus. Solu. Illa glo. loquitur de reſtitutione, quæ non poteſt fieri, niſi per ipſum Deum, hic aũt loquimur dũ reſtitutione, quæ fit per hominem.

§. Filiusfamilias.

1 *Patriciatus dignitas filium liberat a patria poteſtate. Et quid de aliis dignitatibus nuia.*

3 *Sacerdotium an liberet a patria poteſtate. Et quid religionis in*
4 *Parit ius, unde dicatur.* *(greſſus.*

1 Sic ſummatur. † Filius ſi fiat miles proconſul uel ſenator non, liberatur a patria ptãte, ſed ſi fiat patritius, liberat quia inconueniens eſt patrẽ poſſe filiũ ſuum per emancipatione a patria ptãte liberare. Imperatorẽ aũt nõ Poſſe elegit eũ, quẽ ſibi patrem ab aliena ptãte eximere. h. d. &
2 patet intellectus tex. ¶ Notandum primo, ꝙ iſtu l. corrigitur, C. de decurionib. l. fi. li. 10. vbi ponuntur dignitates, ꝑ quas aliquis liberatur a curia, & per cõſequens a patria poteſtate, ut in Authẽ. cõſtit. q̃ dignitas, §. 1. iter quas connumeratur dignitas proconſularis. Et additus illis dignitas epiſcopalis, ut in Authen. cõſti. quæ dignita. §. palam, coll. 6 illæ tamen dignitates non liberant, niſi exiſtentes in exercitio exceptis proconſulari, patritiatus, &
3 epiſcopali dignitatib. † Sacerdotium autẽ nõ liberat à patria poteſtate, ut in Authen. presbitero. C. de epiſco. & cleri. ſed ingreſſus religionis liberat a patria poteſtate, ut ff. de minori. l. ſi ex cauſa. ¶ notandũ ſcd̃o, ꝙ iſta cõſtitutio, de qua loquitur textus, hr. C. de conſulib. l. fi. libro
4 12 † Et dicitur patritius, tamq̃ pater principis, de quib. Saluſtius dicit, patres conſcripti quia eorum nomina erant ſcripta, in libro principis, vel in coronis eorum.

§. Si ab hoſtibus.

1 *Patre, uel filio capto ab hoſtib. pendet ius patriæ poteſtatis, iure*
2 *Poſtliminium, unde dicatur, & nu. 5.* *(poſtliminij.*
3 *Poſtliminij iuris pendentia, quomodo intelligatur.*
4 *Poſtliminium quid & quare inductum, nu. 9.*
6 *In, intra, uel infra particulæ, quomodo accipiantur.*
7 *Capta ab hoſtibus, an & quibus debeant reſtitui.*
8 *Bellum ciuile quid.* 10 *Filio datur curator patre captiuo.*

CОntinuatur ſic. Dictum ſupra ti. proxi. §. fi. qũo ius agnationis perimitur per capitis diminutionẽ, ne ergo procedatur ex ignotis, tractatur hic conſquenter, de capitis diminutione. Et diuiditur præſens tit. in quinq. partes. In prima declaratur, quid ſit capitis diminutio. In ſecunda ibi, eaque, ponitur capitis diminutionis diuiſio. In tertia ibi, maxima, declarantur membra diuiſionis. In quarta ibi, ſeruus, ſoluuntur duo dubia. In quinta ibi, quod autem dictum eſt, declaratur intellectus. §. fi. ſupra tit. proxi.

§. Eſt autem.

1 *Capitis diminutio, quid.*
2 *Status eſt caput hominis, & in quibus conſiſtat.*
3 *Capitis maxima diminutio eſt perdere ciuiatem, & familiam.*
4 *Hora quocunque euentu tribuitur* Deo.

1 Summatur ſic: † Capitis diminutio eſt prioris ſtatus com-
2 mutatio. h. d. & patet intellectus tex. ¶ Notandum, † quòd licet Placentinus dixerit ſtatutũ eſſe cõditionẽ, in qua quis plurimum poteſt, conuenientius tamẽ dicendum eſt, ꝙ ſtatus,

tus,eſt caput hominis,non corporis, ſed condõnis,ut ff.ad Tertul.l.1.Et conſiſtit in libertate,ciuitate, & familia. Et
3 † qui perdit libertatem, perdit duo ſequentia,ſ.ciuitatem, & familiam,& eſt maxima capitis diminutio.Et qui perdit ſecundum per ultimum, & eſt minor vel media capitis diminutio. Qui autem perdit ultimum, non perdit duo prima,& eſt minima capitis diminutio,vt patet in illo titu.§. maxima.& §.minor.& § minima.& ff.de capitis dim.l.fin. ¶Opponitur ſic,& videtur,ꝙ per cõmutationē ſtatus, non ſemper eſt capitis diminutio, quia per mortem patris mutatur ſtatus filij,& tamen non minuitur capite,ut ff.ad macedonia.l.ſi filiusfam. Solu.Dicendum eſt,quod qñcuuque mutatur ſtatus facto hominis,ut puta, emancipatione,vel deportatione patris aut filij,tunc eſt capitis diminutio uel etiam quaſi facto hominis,ut de filijs arrogati, qui ſtatum mutat una cum patre,& capite minuuntur, ut ff.de capitis diminuti.l.liberos. Et qualiter hoc fit,dictum eſt ſupra de adoptio. §. penu. Mors autem patris non contingit facto, vel quaſi facto hominis,ſed ipſius Dei. ¶Sed tunc replica-
4 tur.† Poſito,ꝙ pater interficiatur mors contingit, ut uidetur,facto hõis,& tñ filius non minuitur capite.Solu.Dicendum,ꝙ mors qualitercunq. eueniat,attribuitur Deo.Nam apud Deũ hora mortis eſt certa,ut ff.de cõdi.& demõ.l.1. Sed nullo modo attribuenda eſt fato, vel cõſtellationi, vt aliqui mathematici,vel potius phãtaſtici faciũt,cõtra quos bene arguit B. Gregorius in Homilia ſuper Euangelio de Epiphania,Matth.2.& ad idem Ioannes, Os aureum.eo.c. qui etiam reprobantur 26.q.3.c.igitur.uer. genethliaci.

§.Eaque.

1 *Capitis diminutio,eſt triplex.*

2 *Capitis diminutio minor,poteſt dici media.*

1 Capitis diminutio eſt triplex,ſ.maxima, minor uel media, & minima.Hoc dicit, & patet intellectus tex.¶Notã-
2 dum, † quòd minor capitis diminutio, poteſt dici media, ut etiam.ff.de aur.& arg.leg.l.qui lancem,& ſupra de liberti.§.libertinorum.

§.Sed

Digitized by Google

§. Sed agnationis.

1 *Capitis maxima dimin. quæ media. num. 2. Quæ minima. nu 3.*
4 *Sententia etiam iuſta, interdum dicitur atrox.*
5 *Patronus quibus actionibus poſſit libertum reuocare ad ſeruitutem, & ob quam cauſam.*
6 *Fideicommiſſum an poſſit reuocari iiſdem modis, quibus libertas, ac donatio.*
7 *Vendens ſeipſum vt fiat ſeruus, quæ requiruntur.*
8 *Interdictum ignis, & aquæ, hodie eſt ſublatum. Et quæ ſubierint in eius locum.*
9 *Excõmunicati non poſſunt, agere, iudicare, vel teſtificari, & nu. 12*
10 *Deportatus in inſulam, an fiat ſeruus.*
11 *Capitis diminutio quomodo olim fiebat. Et quomodo hodie.*

1 Maxima † capitis diminutio eſt, qñ perditur libertas, & ciuitas, ut ſicut accidit in his, qui ſerui pœnæ efficiuntur au thoritate ſnīæ, & in libertis, qui pp ingratitudinem ad ſer uitutem reuocantur, & in illlis ſemetipſos uendunt ad par
2 ticipãdum prætium. † Sed minor ſeu media capitis diminu tio eſt, qñ perditur ciuitas & non libertas, ut in his, quibus interdicitur igne, & aqua, uel qui in inſulam deportantur.
3 Sed minima † capitis diminutio eſt, qñ nec ciuitas, nec libertas perditur, ſed ſtatus mutatur, ut in eo, qui ſui iuris eſt, & ſubijcitur alieno iuri. vel econtra, ut ſi filius emanci patur in patre. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ No. pri-
4 mo, † ꝙ ſnīa interdum dr̄ atrox, licet iuſte feratur, ut hic de ſnīa, qua quis condemnatur ad pœnam ſerui, de qua ſupra, quib. mod. ius patriæ ptãtis ſoluitur §. pęnæ. Hodię tñ per pœnam ingenuus non fit ſeruus, ut in Auth. de nup. §. ſi ue ro, colla. 4. Et dr̄ notanter ingenuus, quia forte aliud eſſet de liberto, ex quo tex. ſolum loquitur de ingenuo. Intelligi tur ēt hoc de pœna non ad mortem, quia qui ad mortem damnantur, fiunt ſerui pœnæ, uel ſupplicij, ut no. Bar. in l.
5 qui vlt. ff. de pęnis. ¶ Not. † ſecundo, ꝙ patronus põt reuocare liber. 2. de ſeruitutẽ per actionẽ ingrati, uel ingratitudinis, ut C. de liber. & eorum liberis. l. 2. uel p actionẽ rei uẽdicationis, ſicut in dona. cã mortis, ut ff. de do. cau. mor.

l. ſi

Digitized by Google

l.ſi mortis,vel per actionē extraordinariā,& forte conueniētius,ut C.de libe.& eorū liberis.l.2.Et pōt illa reuocatio fieri pp offenſam ēt leuem, ut ea. l. 2. ſed non propter omiſſionē obſequij,ut C.de libe.cau.l ſolo.Et hæc uera ſūt niſi patronus remiſerit ius patronatus,quia tunc ſolum reuocatur libertus,ſicut reuocatur donatio,ut in Authen.ut liber. de cætero.§.illud.colla.6. Vera ēt ſunt iſta,qñ patronus voluntarie manumiſit ſeruum,ut C.de libertis, & eorum liberis l.2.ubi etiam dicitur, ꝙ patronus poteſt eligere caſtigationem uel reuocationem ſerui. Et quod dictum eſt de omiſſione obſequij intelligitur niſi libertus negaret patrono alimenta,ut ff.de libe.agnoſc.l.alimenta,quia tūc vř patronum uelle occidere,ut eodem.l.necare.Et ſi libertus inijciat manus uiolentas in patronum, condemnatur in metallum.Et ſi conuinta dixerit, deportatur in inſulā. ff.de iure patr.l.1.Hæc.n.ſunt iurata a lege,ut C.de reuoc.
6 dona.l.ult.† Fideicommiſſum autem non ſic reuocatur,ut
7 C. de libertis & eorum libe.l.1.¶Notandum tertio,† ꝙ ad hoc,quod uendens ſeipſum fiat ſeruus,multa requiruntur, quæ dicta ſunt ſupra de iure perſo.§.pen. ¶Notādum quar
8 to,† ꝙ hodie non habemus interdictum ignis,& aquæ, ſed iſti interdicto aſſimilantur deportatio, & excō catio. quia cum iſtis non eſt communicādum,ut de interdictus, & deportatis. Patet in l.quidam.ff.de pœnis, de excōmunicatis
9 in c.cum deſideres,extra de ſenten.excō † Et cur deportati non poſſunt agere,iudicare,uel teſtificari,ut ſi.ad leg. Iuliam repetenda.l.ead.ſic excommunicatus,ut in c.decernimus de ſent.excom.lib.6.& dicit Archi. in c.pia.de excep. lib 6.ꝙ excōicati non poſſunt facere teſtamentum. Ioan. And.tñ dicit oppoſitum in d.c.decernimus,niſi ſit excommunicatus propter hæreſim,vel vſuram,& ſic tenent communiter Doct.& Bar.in l.ſi.C.ſi a nō compe.iudice.¶No-
10 tandum † quinto,quod deportatus in inſulam non ſit ſeruus niſi in caſu, ut C. vt nemo priuatus. l. 3. ¶Notandum ſexto,ꝙ aliqui tex.finiuntur ib ,vel econtra . Et tunc ſubintelligitur reliquum.Vel poſſet hoc etiam intelligi qñ filius exiſtens in poteſtate patris, in adoptionem datur ab

ma-

Digitized by Google

materno, vel ēt paterno, ſm modum, qui dictus eſt ſupra de adoptio. §. ſed hodie qui caſus eſt conuerſus illi, qñ ſui iu-
11 ris eſt in arrogationem datus. ¶No. finaliter, † ꝙ per emancipationē olim factam imaginaria uēditione fiebat capitis diminutio. Et hodie ēt fit, quia illa capitis diminutio nō ſolum eſt pp venditionē, ſed ēt propter mutationē familia, vt ff. eo. l. liberos. in prin. & ſic ſtatus mutatur, ut ff. de capitis dimin. l. liberis. ¶Opponitur ſic, & uidetur, ꝙ per mediā capitis diminutione, ēt perdatur libertas, per l. cognitionis. ff. de varijs & extraordinarijs cognitio. Solutio. ¶Non
12 † dr̄ in illa. l. ꝙ illi perdebant libertatem ſimpliciter, ſed ſolum quoad factionem actiuam teſtamenti, quia ipſi nō poterant facere teſtamentum, quia illa pœna fuerat condēnati, vt l. ſi quis filio. ff. de iniuſto rap. & irrito teſtamento.

§. Seruus.

1 *Seruus manumiſſus, non minuitur capite & nu. 2.*
3 *Priuatio præſupponit habitum.*
4 *Capitis diminutio non fit per promotionem ad dignitatem, vel remotionem ab ea.*
5 *Scacorum ludus, permiſſus eſt clericis, taxillorum, aleæque minime.*

1 Hic ſoluuntur duo dubia, & ſummatur ſic, † ſi ſeruus manumittatur, non minuitur capite, quia nullū caput habuit, & hoc quantum ad primum dubium. Et per cōmutationē dignitatis & non ſtatus, ſicut a ſenatu amoti, non ſunt capite diminuti. Hoc dicit, quantum ad ſecundum dubium, &
2 ex hoc patet intellectus tex. ¶Notandum † primo, licet aliquis ſit liber, & poſtea fiat ſeruus, & deinde manumittatur. nihilominus tñ non dicitur capite minui, licet cum fuerit liber, uideatur caput habuiſſe, quia inſpicitur tempus præ-
3 ſens, quo de ſeruitute venit ad libertatem. Et † ex hoc elicitur, quod priuatio præſupponit habitū, ut in l. decē. ff. de uerb. obl. & in l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur. Et ideò, ſi quis non ad cautelā, ſed ſimpliciter petat ſe abſolui ab excōmunicatione, fatetur ſe excōmunicatū, ut notatur in ca. uenerabilem, in uerbo, ſunt aūt. extra de elec. Reus tamen nō fatetur, ſi proponat cōtrarias exceptiones, vt ſi quis pe-
cat

tat debitum ſolutum, poteſt dicere reus, non ſum debitor tuus, & ſi fui, ſolui tibi, per hoc non fatetur ſe eſſe debitorẽ
4 ut notatur. ff. de exce. l. non utique. ¶Not.† ſecundò φ per promotionem ad dignitatem, uel ꝑ remotionẽ ab ea, non fit capiti diminutio, ut hic dicitur. Ex quo patet, φ ſi notarius fiat presbyter, adhuc poteſt exercere officium notariatus, & componere inſtrumenta, ut C. de dign. l. maior. lib. 12. Sed nõ põt ad hoc cõpelli, ut notatur in l. quicunq. C. de tabel. lib. 10 Patet ẽt ex iſtis, φ ſi aliquis in ludo ſcacorum promittat alteri dare *ſcachmat* cum pedona, ſi pedona fiat regina, ſatisfacit cum illa, ut not. Ang. in l. ſi longius, ff. de iud. Sal. tamen in l. 2. C. de excu. tut. uidetur contrariũ ſentire, quia iſta pedona ꝑdidit officium ſuũ, quia pedona eo, quia prius ibat recte, modo, quia regina facta eſt uadit per tranſuerſum. Poſſunt iſtæ opiniones concordari, quia ſi dictum eſt de iſta pedona, tunc procedit opi. Ang. ſic dicẽdo, cum iſta pedona dabo tibi *ſcachmat*, Sed ſi dictũ eſt de pedo
5 na in genere, uidetur Sal. bene dicere. †Eſt aũt ludus ſcacorum permiſſus ẽt clericis, ſed nullo modo ludus taxillorũ, vel aleæ, quia non ſolum clericis prohibetur ſic ludere, ſed ẽt talem ludum uidere, ut notatur in Authẽ. interdicimus. C. de epiſc. & cle. & in c. clerici extra de ui. & honeſt. cler. ¶Opponitur contra prædicta, & uidetur, φ ſeruus poſſit capite diminui, per l. 1. C. de bon. præſcrip. Solu. Lex illa loquitur de ſeruo accuſato de crimine capitali hoc modo, φ ſcilicet illud crimen accuſaret capitis diminutionẽ in alio homine, qui non eſſet ſeruus.

§. Quod autem dictum eſt.

1 *Regreſſus an ſit a priuatione ad habitum, diſting.*
2 *Gradus prerogatiua in ſucceſſione maxime attendenda.*
3 *Cognatio an perimatur per maximam & mediam capitis diminut.*
4 *Seruus non debet referre commodum ex ſuo delicto.*

Hic delarat̃ intellectus. § fi. ſup. tit. ꝓxi. Summatur ſic: Quod dictum eſt manere cognationẽ, poſt capitis diminutionẽ, debet intelligi de minima capitis diminut. quia per maximam, & per mediam c. dimin. perimitur ẽt cognatio,

Digitized by Google

vt ſeruitute, nec reaſſumitur per manumiſ. & etiam depor tationē in inſulā. Hoc primo. Et tutela nō pertinet ad oēs agnatos ſimul, ſed ad proximiores tm̄, quod ſi plures ſint vnius gradus, ſimul ſunt tutores, h. d. ſcd'o. Et patet intell.
1 tex. ¶ Not. † primo ibi, ſed nec quidē, cum dr̄, quod per manumiſſionem ſeruus non recipit agnationem, quòd non eſt regreſſus a priuatione ad habitum, ut ff. de ſta. ho. l. liber hō Et hoc ubi priuatio eſt de facto, ut ſu. de inge. §. fi. Si uero habitus non eſt oīno extinctus, ſed ſolum uelatus, ſicut dicimus de litore maris, qd' cooperitur inundinationē, ff. de rer. diui. l. in tantum, pōt eſſe regreſſus ad habitum. Res tn. faciliter redeunt ad naturā ſuā, ut de pact. l. ſi unus. § pa
2 ctus. ¶ Not. † ſecundo ibi, cum aūt, ꝙ ſi pater aliquis emit hæreditatem pro ſe, & pro filijs, & nepotibus, non debent nepotes ſuccedere cum filijs, quia quando aliqui uocantur ad ſucceſſionem debet intelligi, ſalua gradus prærogatiua, vt no. in gl. in l. ſi tibi §. pactus. ff. de pact. & per Bart. in l. Gallus. § quidam recte. ff. de libe. & poſthu. Et ſimiliter, ſi lex uocat agnatos, & cognatos ad tutelam, intelligitur uocare ſalua gradus prærogatiua. ¶ Notādum tertio, quòd de hoc qualiter deficientibus agnatis ſuccedant cognati, & qualiter ius agnationis hodie ſublatum ſit, dixi ſu. ti. ꝓxi. §. fi. in 1. not. Et iō hic ſuperſedeo, licet gl. hic faciat mētio-
3 nē. Opponitur † primo ſic, & vr̄, quòd cognatio nō perimatur per maximā & mediā capitis diminutionē, quia eſt de iure naturali, qd' eſt immutabile, ſupra de iure naturali. §. ſed naturalia. Solu. Cognatio quantum ad ſucceſſionem, & ad tutelam, non eſt de iure naturali, ſed ciuili, & ſic perimitur, vt hic dicitur, ſed quantū ad conſanguinitatē eſt de iure naturali, & non perimitur, ut ꝓbat oppoſitio, ff. de re. iur. l. iura ſanguinis. ¶ Opponitur ſecundo, & vr̄ quòd ſeruus poſſit per manumiſſionē reaſſumere cognationē per l. 1. ff ad Tertu. Solu. Illa lex loquitur de ſeruo reſtituto, qui recipit cognationem, ſed hic loquitur de ſeruo manumiſſo tantum. Sed replicatur de leg. ſi cognatis. ff. de reb. dubijs, vbi non loquitur de ſeruo reſtituto. Solu. Illa lex loquitur in legatis, quæ uerſantur in iure naturali, ut l. legatis. ff eo.

vel

Digitized by Google

vel loquitur de cognatione facta per adoptionem,ut inſ.de legit.agna. ſucceſ.§.per adoptionem. Sed hic loquitur de cognatione naturali & legitima,ut ff.de gradib.cognatio. l.non facile. ¶Adhuc replicatur per §. 1. inſ.de ſeruili co-
4 gna.Sol. Loquitur hic de eo,† qui factus eſt ſeruus ex ſuo delicto,de quo non debet habere commodum,ff.ſol.mat.l. ſi ab hoſtibus,uel poteſt dici,quod illud ius corrigit iſtud. De quo ibi latius dicetur,ſi uita comes fuerit.

DE LEGITIMA PATRONORVM TVTELA. Titulus XVII.

SVpra dictum eſt de legitima agnatorum tutela,quæ datur ex uerbis. & ſententia legis 12. tab. & incidentaliter de capitis diminutione. Hic conſequenter tractatur de legitima patronorum tutela, quæ non datur ex uerbis, ſed ex ſententia eiuſdem legis.

§.Ex eadem.

1 *Tutela legitima libertorum,pertinet ad patronos & liberos eorum.*
2 *Collectum ex mente,vel ſententia legis,vel ſtatuti,debet haberi pro lege, vel ſtatuto.*
3 *Patronus ut ſit tutor liberti,quæ requirantur.*
4 *Libertus ortiuus,quis.*
5 *Patronus an & quando teneatur ſatiſdare.*
6 *Onus debet ſequi emolumentum,& è contra.nu 9.*
7 *Æquitas vbi eadem,ibi & eadem debet eſſe lex.*
8 *Patronus poteſt renunciare iuri patronatus. Limit nu. 11.*
10 *Fœmina,an & quando poſſit eſſe tutrix.*

1 Summatur ſic† Patroni & eorum liberi ſunt legitimi tutores libertorum ſuorum impuberum, quia ſũt eorum ſucceſſores.Hoc dicit. Sed in intellectus tex.eſt iſte. Et leg. 12. tabularum legitima tutela libertorum, pertinet ad patronos & liberos eorum,non quòd hoc expreſſe in eadem lege dicatur,ſed ex quo ſunt eorum ſucceſſores,debent etiã eſſe eorum tutores,quia plerũq; ubi eſt ſucceſſionis emolumentum, ibi debet eſſe onus tutelæ. Et dicitur plerumque quia fœmina habet ſucceſſionẽ, ſed non tutelam.¶Notandum

Digitized by Google

2 dum† primo, ꝙ illud quod habetur ex mēte, uel ſnia legis, uel ſtatuti, debet haberi ꝓ lege, ſvel ſtatuto, licet nō habeatur ex uerbis, ut ff. de uerb. ſig. l. nominis. §. verbum ex leg. Et colligitur potiſſime ſnia, uel mens legis ex ꝓfatione, ut ff. de orig. iu. l 1. Et habetur ex ea directa actio, ſicut ex uerbis, ut ff de neg. geſt. l. curatorē. Et ſi mens uel ſnia legis eſt clara, manendum eſt in ea potius, q̄ in uerbis, ut in gl. in c. ſi poſt q̄. de elec. lib. 6. Sed ſi nō eſt clara, non eſt recedēdū a uerbis ff. de leg. 3. non aliter, & in c. quanto, extr. de pr. Et de iſto dictum eſt in cōtinuatione, ſupra de legi. agna. tute.
3 ¶Not.† ſecundo, ꝙ ſi patronus debet eſſe tutor liberti, requiritur, quòd talis libertus non ſit manumiſſus a lege. Nam ſi legetur domino aliquid, ut ſeruum ſuum manumittat, & ille recipit legatum, ſed non vult manumittere ſeruum manumittitur ſeruus a lege, & uocatur† libertus ortiuus, & il-
4 lius liberti patronus nō eſt tutor. Filius tamen ſuus pōt eſſe eius tutor, vt ff. de leg. tute. l. tutela. § ſed & ſi. ¶Not. tertiò,† ꝙ patronus nō tenetur ſatiſdare, niſi ſit perſona vul-
5 garis, uel inhoneſta, uel ēt modus tutelæ exigat, quia ſunt magnæ facultates pupilli, uel niſi ſubſit cā, ut quia non diligit pupillum. ex iſtis. n. caſibus debet ſatiſdare, ut ff. de legi. tut. legitimos. Alii autē a patronis tenentur ſatiſdare, ut
6 inſ. de ſatiſd. tut. §. 1. ¶Not.† quartò, ꝙ vbi eſt ſucceſſionis emolumentum, ibi debet eſſe onus tutelę, ad quod iſte tex. ſæpe allegatur. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi legetur alicui aliquid ut recipiat onus, uel faciat aliquem actum, ſi ille agnoſcat legatū, tenetur ad onus impoſitū, ut C. de leg. l. legatarijs. Patet ēt, ꝙ tutela eſt onus, & iō ſi ſit ſtatutum, ꝙ committens tale delictum, non habeat honorē, neque beneficium in tali loco, nihilominus committens delictū, non excluditur a tutela, vt ff. de leg. tute. l. tutela. §. quæri pōt. ¶Notan. quinto,† ꝙ ubi eſt eadem æquitas ibi debet eſſe eadē lex,
7 ff. ad l. Aquil. l. illud ſupra fol. 29. col. 4 in fin. ¶Notandum finaliter,† quod patronus poteſt renunciare iuri patrona-
8 tus, quia quilibet pōt ſuo iuri renunciare, ut C. de bo. quæ liberis. l. fi. ¶Opponitur primo ſic, & uidetur, ꝙ non ſemꝑ eſt onus, vbi eſt ſucceſſionis emolumentum, pro l. ſi quis nego-

negotia, ff. de neg. geſt. Sol. Nõ dicitur ꝙ ſemꝑ, ſed plerunque, quia requiritur paritas rationis, & eadẽ conditio recipientis. Et hoc nõ eſt in illa lege alleg. in oppoſitũ, ſicut ẽt
9 dicitur hic de fœmina in tex. Ex iſte † elicitur, ꝙ ſi legetur alicui, aliquid, vt faciat actũ, quẽ facere nõ pt, nihilominus debet recipere legatũ. De quo ꝑ Bar. in l. 1. ff. de leg. 2. facit l. ab adminiſtratore. C. de leg. & ꝙ ibi notatur, Verbi gratia. Si legetur fratri minori aliquid, vt ſit executor teſtĩ quamuis non poſſit eſſe executor teſtĩ, c. ſi. de teſtam. li. 6. debet tñ habere legatum ¶ Opponitur ſecũdo, & uidetur ꝙ fœmina bene poſſit eſſe tutrix. per l. matr. C. qñ mulier
10 tut. offi. fungi poteſt. Solu. † Regulariter non põt fœmina eſſe tutrix, vt hic dicitur. Fallit tamẽ in matre, & auia, quæ poſſunt eſſe tutrices, & præferuntur omnibus alijs legitimis & datiuis tutoribus, ſi renũtiauerint ſecundis nuptijs & Velleiano, ut in Auth. matri. ꝙ auiæ. C. qñ mulier offic. tut. fung. poteſt. de quo per Bart. in l. ſi quis ſub cõditione. ff. de teſtam. tute. & facit tex. ad hoc, ſi uaſallus nihil habet niſi feudum, qui moriatur pupillo relicto, & nõ cognatis, qui in feudum, ſucedere poſſunt, ꝙ dñs fundi erit legitimus tutor illius pupilli, quia, feudum ad eum reuerſum eſt quamquam ẽt ſuperſit filia, ex quo illa de iure non admittitur. c. 1. §. hoc aũt, de ſucceſſ. feud. colla. 10. ¶ Opponitur tertio, & videtur, ꝙ quis non poſſit renuntiare iure ſuo, ꝑ
11 l. iura. ff. de reg. iur. Sol. Quando † quis dicitur renuntiare iuri ſuo diſtinguendum eſt de iure, cui quis vult renuntiare, quia uel uult renuntiare iuri naturali, & non poteſt, ut in l. iura alleg. uel iuri ciuili introducto in fauorem ſui, & alterius, & iterum non põt, ut in c. ſi diligenti. extra de foro compet. uel introducto in fauorem ſuum, ſed non habet plenam diſpoſitionem, & nõ poteſt, ut de libertate dictum eſt ſupra de iure perſona. §. penul. uel habet plenam diſpoſitionem, ſed eſt contra bonos mores, ut futura ſucceſſionis renuntiatio, & iterum non poteſt, ut C. de pac. l. ſi uel non eſt contra bonos mores in præſenti, ſed inducit futurum malum, & iterum non põt, ut ff. de pac. dotal. l. conuenit. In alijs caſibus poteſt, ut C. de bon. quæ lib. l. ſi.

Digitized by Google

DE LEGITIMA PARENTVM TVTELA Titulus XVIII.

CONtinuatur ſic: Dictum eſt ſupra de legitima agnatorum tutela, quæ datur ex uerbis, & ſententia legis, & de legitima patronorum tutela, quæ datur ex ſententia, & non ex verbis legis: Hic conſequenter tractatur de legitima parentum tutela, quæ non datur ex uerbis vel ſententia legis, ſed ex interpretatione Iuriſconſultorum propter identitatem rationis.

§. Exemplo.

1 *Parens fit legitimus filij tutor.*

2 *Fiducia contracta, quando dicatur.*

3 *Exemplo iudicari poteſt.*

1 Summatur ſic: † Parens, ideſt, auus vel pater emancipans filium uel nepotem impuberem, fit legitimus eius tutor. Hoc dicit. ¶ Notandum primo, quod ex quo patronus propter hoc quia ſuccedit liberto, eſt eius tutor, idcirco uiſum eſt Iuriſconſultis eadem ratione, quia parens etiam ſuccedit filio, uel nepoti emancipato, vt in l. meminimus. C. de legiti. hæred. quod etiam parentes debeat eſſe tutor illius, & hoc ſi non emancipat parens contracta fiducia, quod hodie præſumitur, ut infra de legiti. agnatorum ſucceſ. §. fi. Et iō hodie parens dicitur bene habere legitimam agnatorum tutelam, ex verbis & ſententia legis, quia etiam ius agnationis eſt ablatum, ut dictum eſt ſupra de legiti. agnatorum
2 tutela. §. fi. in primo notabili. ¶ Notandum ſecundo, † quod contracta fiducia eſt, ſi pater emancipat filium ſuum, & dixit tunc ad iudicem: Domine iudex, emācipatio iam filium meum, ſed ſi ipſe moriatur ante me, uolo ſuccedere ſibi. Si hoc olim pater non dixiſſet, ſi filius obijſſet, pater non ſucceſſiſſet. De iſto notatur in §. fi. infra de legiti. agnatorum
3 ſucceſſ. ¶ Notandum † tertio, quod exemplo poteſt iudicari, ſicut exemplato, ſed quando credatur exemplo, & quando non, ſiue originali notatur plene per Cyn. & Bart. in Auth. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo.

DE

DE FIDVCIARIA TVTELA Titulus XIX.

DIctum eſt ſupra de legitimis tutelis, ex verbis & ſnīa legis, & ex ſententia tantum, & ex identitatis rationis datis. Hic conſequenter tractatur de alia tutela, quæ nullo iſtorum modorũ datur, ſed ex fiducia ſeu charitate præſumpta, & ideo uocatur fiduciaria tutela.

§. Eſt & alia.

1 *Patre tutore liberorum ſuorum impuberorum emancipatorũ moriente, filius maior erit fiduciarius tutor. Et quid de patrono. Et nu. 6.*
2 *Puberibus, & quando detur legitimus curator.*
3 *Frater non poteſt habere legitimam tutelam fratris ſui emancipati.*
4 *Aetas perfecta quæ dicatur, in qua poſſit quis bona ſua adminiſtrare.*
5 *Minor 25. annis non poteſt eſſe tutor uel curator.*
7 *Heres & defunctus, cenſentur una perſona.*
8 *Tutela fiduciaria non habet locum in nepote.*

1 Summatur ſic. † Patre tutore liberorum ſuorum impuberum emancipatorum moriente, filius ſuus maior erit fiduciarius tutor illorũ liberorũ impuberum, ſed patrono mortuo filius eius nõ eſt fiduciarius tutor liberorũ, ſed lumus, ſicut pater ſuus fuit. Et ratio dr̃ in textu, qua ſi filius defuncti patris non fuiſſet emancipatus, per mortẽ patris fuiſſet effectus ſui iuris, & non recidiſſet in prãte fratris ſuĩ, & per conſequens nec in tutelam eius. Sed ſi libertus manſiſſet ſeruus, eodem iure fuiſſet apud filios dñi ſui poſt mortẽ ipſius dñi, ſicut fuit apud ipſum dñm, & debent tutores, & cu-
2 ratores eſſe perfectæ ætatis. ¶ Not. † primo ꝙ noranter dr̃ impuberes, quia puberibus non dat̃ legitimus curator, ſicut in puberibus tutor, niſi in duobus caſibus, ſ. quando eſt prodignus uel furioſus, ut infra de curatorib. §. furioſus, & ff. de excu. tut. l. amiciſſimos. §. Lucius Titius, & l. de creationi-
3 bus C. de epiſc. aud. ¶ Not. † ſecundo, ꝙ licet glo. dicat ſuper uerbo liberi, ꝙ frater poteſt eſſe tutor fiduciarius fratris ſui impuberis, ſiue ſit emancipatus, ſiue non: hoc tamẽ non uidetur uerum, quia ſi frater non ſit emancipatus, iſte

eſt proximus agnatus ſuus, & recipit legitimam agnatorū tutelam, vt ſupra de legi. agnatorū tutela. §. 1. Sed q̃a per emācipationē iure illo tollitur agnatio, nō pōt frater illā legitimā tutelā habere fratris ſui emācipati q̃a nō eſt agnatus, ſed cognatus. Et hoc eſt ꝙ vult l. aduerſus. C. de exceptio, q̃. gl. alleg. pro contrario. Et ꝙ gl. ēt dicit ſuper uer. ſororis, ꝙ iſta tutela ſolum noīe differt a legit. agna. tutela, hoc ēt non uidetur verum, quia illa datur ex uerbis, & ſnīa legis: ſed iſta nec ex verbis, nec ex ſententia, nec ex identitate orationis datur iure antiquo. Poſſet tamen hodie dici data ex identitate rationis, quia frater hodie ſuccedit fratri, etiam emancipato, ut C. de inoffi. teſt. l. fratres, & etiam

4 notatur in l. meminimus. C. de legit. hæred. ¶ Notan. † tertio, ꝙ aliquis dicitur perfectæ ætatis quando eſt 25. annorum. Et tunc etiam dicitur maturæ ætatis, & adoleſcens venisse in ſuam tutelam, ut ff. de leg. 3. l. cum filio. §. fin. & C. de hic quæ veniam ætatis imp. l. ſi. Et nunc poteſt bona ſua adminiſtrare. ff. de condi. & demonſtr. l. fin. & dicitur habere legitimum ſtatum, vt ff. quando dies leg. ced. l. ex his.

5 ¶ Notandum † finaliter, ꝙ minor 25. annis non poteſt eſſe tutor uel curator, quia non eſt conueniens, ꝙ alios regat, qui alieno regimine indiget, ut infra de excuſa. tuto. §. minores. Ratio etiam eſt, quia bona tutoris obligantur ꝑ tutelam, vt C. de adminiſtra. tuto. l. pro officio, ſed bona minoris non poſſunt obligari, ut C. de legit. hæred. l. fi. ¶ Opponitur primo ſic, & videtur, quòd poſſit dari legitimus curato, extra caſus in primo notabili poſitos, per §. primū, in Auth. ut hi qui obliga. perhibent ſe habere res minorum collatio. 6. Solutio. Ille tex. loquitur de curatore generaliter, ut extendat ſe ad tutorem, ſicut quādoque tutor etiam capitur generaliter procuratore. ¶ Opponitur ſecundo,

6 † & uidetur, quòd ratio in textu, quare filius defuncti patroni, non eſt fiduciarius tutor libertorum ſicut filius patris defuncti liberorum impuberum, non ualet, quia licet frater non cadat in poteſtatem fratris ſui, nepos tamen defuncti, ſi nō eſſet emancipatus, caderet in poteſtate patris ſui, qui eſt filius defuncti, & ideo quoad illū ratio non uidetur ualere,

17 ualere, Sol. Si libertus manſiſſe † ſeruus, caderet in ptātem filij patroni ſui, patrono mortuo, iure hæreditario, qui ſcilicet hæres, & defunctus cenſentur una perſona, nec renouatur obligatio ex perſona hæredis, ff. de uer. obl. l. 2. §. ex
8 his. Et ideo, † ſi filius non eſſet hæres, non fieret dñs ſerui, ſed nepos caderet in ptātē patris ſui, non iure hæreditario ſed iure patriæ ptātis, qa dato, φ pater non eſſet hæres defuncti, nihilominus nepos caderet in ſuā poteſtatē, & hanc ſolutionē innuit gl. Sed ut mihi uī, clarius dici poteſt, φ ſuppoſitum in argumento non eſt verum, ſupponitur n. quòd per hoc quia nepos caderet in ptātē patris ſui fieret pater tutor fiduciarius, quod non eſt ſic, quia ſi cadit in ptātem ſuā, tunc nullum poteſt hēre tutorē, ut ſupra de tut. §. 1. & ſi non cadit in poteſtatem ſuam, tunc pater recipit legitimam parentum tutelam. & ideo fiduciaria tutela in iſto nepote non poteſt habere locum. Opponitur tertio, & videtur, quòd aliquis eſt perfectæ ætatis ante 25. annum, quia doctor iuris minor 25 annis, uidetur eſſe perfectæ ætatis quia nō reſtituitur, ut dicitur in gl. in l. profeſſio, C. de muner. patrimoniorum, lib. 10. ergo eſt perfectæ ætatis? Solu. Talis doctor non reſtituitur propter ſcientiam, in his quæ ſunt ignorantiæ iuris, ſed bene in his quæ ſunt ignorantiæ facti, nam ſi inconſultè reciperet cognitionem cauſæ, poſſet reſtitui, ut non iudicaret, ut in l. cum lege, ff. de arbitris.

DE ATTILIANO TVTORE.
Titulus XX.

DIctum eſt ſupra in continuatione, §. permiſſum, ſupra de tute. φ triplex eſt tutela, ſcilicet teſtamentaria, legitima, & datiua. Declaratis ergo teſtamentaria, & legitima tutelis, conſequenter dicendum eſt de datiua tutela de qua habetur hic. Et diuiditur præſens titulus in duas partes principales. In prima, tractatur de datiua tutela. In ſecūda ibi, impuberes, datur generalis regula, quo ad omnes tutelas. Prima pars ſubdiuiditur in quattuor, ſecundum quadruplex ius dationis tutelæ, ſecunda ibi, ſed ex his legibus tertia ibi, ſed hoc iure, quarta ibi, nos autem.

§. Si

§. Si cui nullus.

1 *Tutore teſtamentario, & legitimo deficientibus, dabatur unus à Pretore. Et quid hodie nu. 6.*
2 *Lex Attilia unde dicta.*
3 *Tutores teſtamentario exiſtente non eſt locus legitimo uel datiuo.*
4 *Tutor unus teſtamentarius an poſſit ſolus adminiſtrare cęteris mortuis.*
5 *Tribuni plebis tres erant Romę.*
7 *Officialis an teneatur de factis per ſubſtitutum ſuum. Et quanta ſic ſubſtituti poteſtas.*
8 *Pupillus quando poſſit adire hæreditatem ſine tutore.*

1 Deficiente † teſtamentario, & legitimo tutore, uel dato tutore in teſtō ſub conditione, uel in diem, & ante hæreditatem aditā, uel tutore capto ab hoſtib. olim dabatur tutor in ciuitate Romana a prætore urbano, cū maiore parte Tribunorū plebis, ex l. Attil. & in prouincijs a præſide, ex l. Iulia & Titia. Sed adueniente conditione, uel die, & poſt aditam hæreditatem, uel capto tutore reuerſo, deſinebat eſſe tutor datus ex his legib. Hoc dicit, & patet intell. tex. ¶No.
2 primo, † q lex Attilia, dr̃ a quodam ſic nominato qui fecit
3 illam legem, & ita fortè de Iulia, & Titia. ¶No. ſecundo, † q exiſtente tutore teſtamentario, nō eſt locus legimo, uel datiuo, ut C. qui tutu. da. poſſunt. l. ſi ſororis, & ſi ſunt duo legitimi tutores, uno mortuo, uel deficiente, alius ſolus manet tutor, ut in l. 3. §. ſed ſi aliquis, ff. de leg. tut. ſed ſi duo ſunt teſtamentarij uno mortuo, dēt alius eſſe in loco eius, qui erit legitimus, ut ff. de teſt. tut. l. ſi quis ſub conditione, §. ſi. Et idem eſſet, ſi eſſet unus teſtamentarius, quia eo morto ueniret legitimus, ut ff. de teſt. tute. l. ea. §. q ſi tutor, ſed ſi tutor teſtamentarius excuſaretur, uel amoueretur ueniret tutor datiuus, ut ff. eo. l. ead. §. ſi ſe. ſed ſi ille datiuus moriretur ueniret legitimus, ut in glo. dictæ l. ſi quis ſub conditione. Similiter ſicut qn̄ Papa confert præbendam uacantem in curia, quæ ſpectat ad collationem ordinarij, ſi talis præbēda poſtea uacat extra curiam reuertitur collatio ad ordinariū, ut in c. licet, & in c. præſente, de præb. lib. 6. Quando
4 † tamen ſunt plures tutores teſtamentarij, & unus moritur,

tur, pōt unus ſolus adminiſtrare, quouſque alius adueniat ut ff. de admini. tut. l. decreto, §. ſi ſimul, & C. de autho. p̄ſtan. l. fi. §. fi. Simile eſt in executoribus teſtamenti, qui in multis aſſimilantur tutoribus, ff. de tute. l. tutela plerunq; & iō ſi unus executorum moriatur, vel noluerit exequi, uel remoueatur, alius ſolus dēt exequi, vt notatur in c. fi. de teſt. li. 6. & non poſſunt tutores nec executores, alios in locū ſuū deputare, vt notatur, in l. ſicut, ff. de arbitris. ¶ No
5 tan. † tertiò, ꝙ Romæ erant tres tribuni plebis, & ſic maior pars erant duo ex tribunis, vt C. de off. præt. l. 2. ¶ Not.
6 † quartò, ꝙ nō ſolū olim iure antiquo, deficiente tutore teſtamētario & legitimo dabatur tutor ex lege, ſed ēt hodie in hoc caſu datur tutor a iudice, ut ff. de teſta. tute. l. ſi quis
7 ſub cōdōne. ¶ No. † finaliter, ꝙ qñ tutor captus erat ab hoſtib. cū reuertebatur, non tenebatur de adminiſtratione facta tempore ſuæ captiuitatis per tutorē datiuum, ut ff. ſi quis cautio l. 4. §. itē ſi quis. Ex quo patet, quod rector, vel officialis non tenetur de his, quæ fiunt per ſubſtitutū ſuū, ut no. in c. 1. de off. uica. li. 6. & C. de eo qui uicem alterius obtinet l. 2. Et pōt ſubſtitus quicquid pōt principalis, niſi requiratur ſpecialis cōmiſſio, ſicut cum ultimum ſupplicium eſt inferendum, uel præcidendum eſt membrum, ut in gl. dictæ legis ſecundæ, C. de off. eius, qui uicem &c. Et ſimile eſt de collatione beneficiorum, in qua requiritur ſpecialis commiſſio, ut notatur in allegato cap. j. de officio uicarij. ¶ Opponitur primo ſic, & uidetur, quod non bene dicatur hic, tutorē dari ſub cōdōne, per regulā actus, ff. de regul. iur. Solu. Illa regula loquitur de cōdōne expreſſa, hic autem dicitur de conditione tacita. Vel melius dicitur quòd illa regula loquitur de tutela datiua: hic autē ſermo eſt de tutela teſtamentaria. De hoc ēt dictū eſt ſupra ꝙ
8 tutores dari poſſunt §. ad certum tempus. ¶ Opponitur † ſecundo, & uidetur, quòd nō opportet dare tutorē, ut Pupillus adeat hæreditatē ſicut hic dicitur in tex. per Bar. in l. ſi nemo. ff. de teſtamētaria tutela, qui dicit, quod pupillus fauore ætatis ſine tutore pōt adire hæreditatem. Sol. Qñ pupillus, qui fuit in poteſtate, fuerit inſtitutus, & ſibi tutorē teſtat-

teſtametarius datur, vt cõſurgere quædã indiſſolubilis perplexitas, qa pupillus non põt adire hæreditatẽ ſine tutorẽ, ut infra tit. prox §. neq; nec hẽbit tutorem, ante quam teſt. hẽat ſuũ vigorẽ & p cõſequens, ante quam hæreditas adeatur, l. & ſi nemo, & l. ſi tutor. ff. de teſtamenta. tutela. Vnde rõne illius perplexitatis, datur Attilianus tutor pupillo ad huiuſmodi hæreditatem adeundã, ut hic in tex. & ſic cõſuluerunt Dynus, & Bald. Poſſet tñ pupillus hæreditatem adire authoritate iudicis, qui ſupplet authoritatem tutoris. l. ſi infanti, C. de iure delib. l. bonorũ, C. qui admitti ad bonorum poſſ. poſſunt, & hoc uoluit hic glo. ſuper uerbo exiſtebat, Bar. tñ tenet contrarium in d. l. ſi nemo, in qua dicit, ꝙ teſtamentum confirmatur rõne ſuitatis, ſed opinio præcedens eſt uerior, & tutior, & eam tenet Spec. in tit. de tuto.

§. Sed ex legibus.

1 *Tutor ex lege Attilia, & Titia, deſierunt dari. Et quid ita.*
2 *Inquiſitio de tutore, debet fieri diligens.*
3 *Tutores & datiui & legitimi, an debeant ſatiſdare.*
4 *Tutelam ſuſcepere cogi poteſt quis officio Iudicis. Et quæ ſint remedia ad compellendum nu. 5*

1 Hic ponitur ſecundum ius, & ſummatur ſic. † Datio tute. ex illis legib. ceſſauit, qñ conſules pupillis utriuſque ſexus ex inquiſitione, & prætores ex conſtitutionibus cœperunt dare tutores, quia ſm præſcriptas leges Attiliam, Iuliam, & Titiam, nõ fiebat ſatiſdatio ſiue cautio, rẽ pupilli ſaluam fore, nec cõpulſio tutorũ ad adminiſtrationẽ tutelæ. Hoc di-
2 cit, & patet in te l. tex. ¶ No. † primo ꝙ inquiſitio facienda eſt, an tutor ſit diues, uel pauper, infra de excuſ. tuto. §. & ꝓpter paupertatem. Etiam debet inquiri, cuius conuerſationis ſit, ut ſupra de arrogare dictum eſt, de adoptio. §. cum autem an ẽt ſit honeſta perſona, ut ff. de tuto. & cura. da. ab
3 his l. ſcire §. cum reſiduo. ¶ Notandum † ſecundo, quòd tutores legitimi debent ſatiſdare, & ẽt datiui ſi non ſint dati a maioribus iudicibus, ut ff. rem pupilli ſaluam fore, l. non quaſi. Non aũt teſtamentarij, ut infra, de ſatiſdatione tutorum,
4 in prin. ¶ Notandum † finaliter, ꝙ compulſio ad tutelam recipien-

Digitized by Google

cipiendum dẽt fieri officio iudicis, nec eſt neceſſarius libel lus, vel ordo iudiciarius, quia quolibet tempore, & loco fie ri poteſt, l. qui habet, in fine, ff. de tutelis. Quia tutor põt dari in die feriata, id eſt, feſtiua, etiam in honorẽ Dei, niſi detur cum inquiſitione, quia tunc iudex cedere dẽt inquiſi tioni, de quo per Bar. in l. nec mandante, ff. de tuto & cur.
5 da. ab his & in l. 2. ff. de ferijs. † Remedia ad cõpellendum ſunt plura, hæc. ſ. p gnoris captio, mulctæ inditio, banni ex traordinarij impoſitio, & perſonæ detentio l. ſacrileg. §. fi. ff. ad leg. Iul. pecula. l. 1. § quid ergo, ff. de uent. inſpicie. Et etiam aliud remedium quod eſt miſſio in bono. poſſe. l. is, cui legatum, ff. ut in poſſeſſio leg. Item poteſt iudex alteri præcipere, ne comedat, donec adminiſtrationem tutelæ re ceperit, ut eſt gl. notabilis, in l. item apud Labeonẽ, §. quæ ſtionem, ff. de iniurijs, in uerbo, dicunt no.

§. Sed hoc iure.

1 *Tutor quomodo Romæ dabitur a Præfecto, vel Pratore.*
2 *Prætor, & Præfectus, quid differunt.*
3 *Iudex dans tutorem, an debeat habere tutorẽ, & pupillum in ptãte*
4 *Facultates magnæ quę dicantur.*
5 *Tutelę datio an poſſit delegari.*

1 Hic ponitur tertium ius, & ſummatur hic † Romæ daba tur tutor a præfecto, uel prætore, ſecundum ſuam iuriſdi ctionem & in prouincijs a præſidibus ex inquiſitione, ue magiſtratus dabant tutores iuſſu præſidum, cum cautione l ſi non erant magnæ facultates pupilli. h. d & patet intelle-
2 ctus tex. ¶ Notandum † primo, ꝙ prætor & præfe. ſic diffe- runt, quia præfectus cognoſcebat in criminalibus, & præ- tor in ciuilibus, ut ff. de offi præf. urb. per totum, & de off. præfe. præto. per totũ. Præfectus etiam hẽbat iuriſdictio- nem, extra Romam ꝑ centũ milliaria, & pꝛor ſolũ in urbe,
3 ut ff. de off. præf. urbis l. 1. §. cũ urb. ¶ Notandũ † ſcd̃o, ꝙ iu dex dans tutorem, debet habere cũ tutorem, & pupillũ in ſua iuriſdictione, uel rõne originis, vel rõne poſſeſſionis, vel rõne domicilij, vt ff. de tut. & cur. datis ab his, l. ius dã- di. Et ſi nõ reperiat in illa iuriſdõne tutor idoneus, recur-

ritur

Digitized by Google

ritur ad loca uicina, ut ff. eo. l. diuus, & pōt pupillus mutare domiciliū ad habēdū bonū tutorē, ut ff. de tutoribus, & cura. datis ab his l. 1. ¶ Notandum † finaliter, quòd magna
4 facultates poſſunt dici, quinquaginta aurei, vt C. de defenſo. ciuita. l. 1. uel etiam decem aurei, ut in Auth. de defenſor. ciuita. §. & iudicare, coll. 3. uel magnæ facultates dicuntur, quingenti ſolidi, ut infra eo. §. proximo. ¶ Opponitur
5 † ſic, & vſ, quod datio tutelæ non poſſit delegari, quod tñ vſ hic dici. Probatur, quia eſt mihi imperij, ff. de tute. l. muto §. tutoris datio. Sed quod eſt mihi imperij, non poteſt delegari, vt ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdictio. l. 1. Sol. Verum eſt, quòd datio tutelæ non pōt delegare iuriſdictionem non hñti, ſed bene hēnti aliquam iuriſdictionem, ut ff. de tuto. & cura. datis ab his l. ius dandi. Illa tamē datio tutoris, quæ eſt mihi imperij, non conuenit oībus iudicib. qui habent miſtum imperium, ſed tantum his quib. ſpecialiter, & nominatim committiſ, nec uenit in generali commiſſione. Vnde iſti Cōmites Palatini, qui hēnt poteſtatē legitimādi non poſſunt dare tutores, niſi ſpecialiter cōmiſſum ſit p Imperatorem, ſm Bar. in d. §. tutores, uel dicendum eſt quāuis regulariter, ea quæ ſunt miſti imperij, non delegentur l. Imperium, & ibi notatur, ff. de iuriſd. omn. iudic. tñ fallit hoc fauore pupillorū, ut dicit Bar. in d. l. imperiū, q̃a iſta eſt alia ſpēs miſti Imperij, quæ poteſt delegari, ut ibidē dicit.

§. Nos autem.

1 *Tutores & curatores, an poſſint dari ſine iuſſu præſidum.*
2 *Iuſſum & mandatum, quid differant.*
3 *Aurei 72 faciunt libram auri.*
4 *Tutor an poſſit dari cum Epiſcopo*
5 *Laici non poſſunt dare tutores clericis.*

1 Hic ponitur quartum ius, & ſummatur ſic. † Tutores, vel curatores ſine iuſſu præſidum, poſſunt dari per defenſores ciuitatis cum epiſcopo, uel per alias perſonas publicas, cū cautione & periculo eorum, qui tutelam accipiunt, ſi facultates ualeat quingentos ſolidos, id eſt, ſi non excedant quingentos ſolidos, h. d. & patet intell. tex. ¶ Notādum primo,

mo, & iſto iure non expectatur iuſſus præſidum id eſt, delegatio, uel præceptũ. Et† differũt iuſſum & mandatũ, quia mandatum non hẽt neceſſitatẽ, ut ff. mandati. l. 1. ſed iuſſũ hẽt neceſſitatẽ, ut ff quod iuſſu l. 1. ¶ No. finaliter, † ꝙ ſolidus capitur hic pro aureo, ut infra de pœnis teme. litigant. §. fi. duorũ. ſeptuaginta duo faciunt libra, ut C. de ſuſceptoribus, & archarijs præpoſitis, l. quotiens lib. 10. & iõ §. ſi quis quinque in Auth. de pace teneñda, coll. 10. ubi dicitur, ſi quis furetur quinque ſolidos, ſuſpẽdatur furca, ſi minus, excorietur ſcopis, dẽt intelligi de aureis. ¶ Oppon. primo ſic, & videtur ꝙ tutor non detur cum Epõ, quia hoc non obſeruatur. Sol. De † iuro ſcripto datur cum Epõ, ſed non de conſuetudine, quæ eſt pro lege habenda, ut C. de emãc. liber. l. 1. Et iõ hodie non eſt neceſſariũ hoc fieri. Vnde Eps non dat laicis tutores, niſi hẽat ſuper eis iuriſdictionem temporalem, quemadmodum hẽt Eps Pariſienſis, ut notãt in c. ſi clericus, extra de foro comp. Eadem rõne. † laici nõ poſſunt clericis dare tutores, quia clerici non ſunt de iuriſdictione eorum, ut C. qui tutores dare poſſunt, l. neque. Epiſcopus uero dat tutorẽ clerico, quem cogere põt de iure canonico, quia de iure ciuili clerici non poſſunt compelli ad tutelam. Auth. præsbyteros, C. de epiſc. & cler. facit ad idẽ 86. d. c. peruenit. ¶ Opponitur ſecundo, & uidetur, ꝙ dantes tutores non debent eſſe in periculo, ut infra de ſatiſd. tutorum, §. pen. & ult. Solu. Illi §. loquuntur de maioribus iudicib. ſed alij iudices, & tabelliones ſunt in periculo, & iõ ſi fideiuſſores non ſunt ſoluendo, tenentur illi qui tutores dederunt, quamuis ẽt fideiuſſores tpe dationis fuerint ſoluendo, niſi ipſi hoc probauerint, ſ. dantes tuto. quia qui iam non eſt ſoluendo, præſumitur ſemper fuiſſe non ſoluẽdo, niſi oppoſitum probetur, ff. de prob. l. non eſt neceſſe.

§. Impuberes autem.

1 *Impuberes debent regi aliena tutela, & tutores debent poſt pubertatem iudicio tutelæ rationes reddere.*

2 *Iudicium tutelæ, & actio de ratiocinijs diſtrahen. quid differant.*

3 *Iudicium tutelæ an poſſit eſſe ante pubertatem.*

Hoc

Hic ponitur generalis regula de oib. tutelis, & ſummatur
1 ſic.] Conueniens eſt naturali iuri, impuberes aliena tutela regi, & tutores poſt pubertatem iudicio tutelæ dicunt rõnes reddere, h.d. & patet intell. tex. ¶ Not. primò, ꝙ iſte paragraphus hẽt ueritatem in oĩ tutela, ſiue fuerit teſtamen-
2 taria, ſiue legitima, ſiue datiua. ¶ Notan. † ſecundò, ꝙ iudicium, vel actio tutelæ, & actio de ratiocinijs diſtrahendis differunt. Primò, quia actio tutelæ non naſcitur nec exercetur, niſi poſt pubertatem, ut ff. de tutelis & ratiocinijs diſtrahendis, l. ſi tutor. Actio verò de ratiocinijs diſtrahẽdis, & aliæ actiones, bene naſcuntur ante pubertatem, ſed non exercentur, ut ff. de tutelis & ratioci. diſtrah. l. ſed non dantur. Secundo, quia actio tutelæ datur in ſimplum, & pp dolum & latam culpam & leuem, ſed actio de ratiocinijs, datur in duplum, & pp dolum tantum, ita tamen, ut in duplo contineatur rei perſecutio, ut ff de contraria actione tutel. leg. 2. Actio etiam tutelæ datur contra tutorem & hæredẽ eius, ſed actio de ratiocinijs, ſolum contra tutorem, & una intentata, non datur alia, ut ff. de tutel s & ratioci. l. 1. Sed actio tutelæ & furti ſic ſe habent, ꝙ una intentata bene datur alia, ut ff. de tutelis, & ratiocinijs, l. 1. §. in tutela & l. 2.
3 eo. ¶ Opponitur † ſic & uidetur, quòd iudicium tutelæ poſſit eſſe ante pubertatem, ut ff. de tutelis, & ratiocinijs diſtrahendis, l. niſi finita. Sol. Non datur illa actio, niſi poſt pubertatem, ſi non ſit ante pubertatem finita tutela, quia tũc datur ante pubertatem, ut in illa l. ſi finita.

DE AVTHORITATE TVTORUM Titulus XXI.

Continuatur ſic. Dictum eſt ſupra de diuerſis tute. & tutorib & quia tutores dãtur, ut pupillis authoritatẽ præſtent, iõ tractatur hic de authoritate tutorũ, & diuiditur in quatuor partes. In prima declaratur, quando authoritas tutoris eſt neceſſaria, & quando non. In ſecunda ibi, neque, reſpondet tacitæ quæſtioni. In tertia ibi, tutor, declarat quomodo & quo tpe authoritas tutoris debet interuenire. In quarta ibi, ſi inter, ſoluit quoddam dubium.

§. An

Digitized by Google

§. Authoritas.

2 *Pupilli ſine authoritate tutoris poſſunt conditionem meliorẽ facere, non deteriorare lim. nu. 3. & 6. Et quid in muliere, n. 2.*
4 *Pupillus ſi quid emat, & poſtmodum petat, repellitur doli exceptione ſi pretium non offerat.*
5 *Contractus cum pupillo aliquando claudicat.*
7 *Pupillus an poſſit obligari.*

1 Summaſ ſic. † pupilli ſine tutoris authoritate, poſſunt conditionem ſuam meliorem facere, ſed non deteriorem & ideo poſſunt alios ſibi obligare, ſed non obligant. H. d. & patet in t. tex. ex ſummario. ¶ Not. primo, quod pupillus ſine authoritate tutoris, non pt ſibi præiudicare aliis promittendo, ut hic, & C. de cont. & cō. ſtip. l. neq. Et
2 † idē eſt de muliere paciſcente ſuper dote, ut ff. de pact. dotali. l. de die, & de alimentario tranſigente. ff. de tranſa. l.
3 cũ hi. §. quid ergo. ¶ No. † ſcđo, ꝙ ex hoc textu, ſp allegaẽ ꝙ pupillus pt conditionem ſuam meliorare, ſed non facere deteriorem, ſine authoritate tutoris. Iſtud tñ uerũ eſt, ubi pupillus ſoluere creditori ſine tutoris authoritate, ad hoc ut dominium transferretur in creditorem, quia hoc non pt, l. obligari. §. pupillus ex oib. ff. eo. ſed bene. ut liberetur, quia ſic poſſet obligare naturaliter, & ciuiliter vt
4 eſt gl. ſing. in l. 2. ff. de accep. ¶ Not. † tertio, ꝙ licet pupil. alios obliget, ſi tñ emat aliquid, & poſtea rem emptam petat, repellitur exceptione doli mali, ſi pretium non offerat, ut ff. de reſc. uen. l. ſi id ꝙ §. fi. Si ēt in depoſito dolum fecerit, obligatur, & pt contra eum agi, ff. depoſiti l. 1. §.
5 an in pupillum. ¶ No. † quarto ex hoc, ꝙ in text. dr, ipſi qui cum his contrahunt & pupilli non obligantur, patet ꝙ contractus aliqñ claudicat, ut hinc, & ff. de actio. emp. & uend. l. Iulianus. §. ſi quis a pupillo. † Opponitur primo ſic, & vr, quod pupillus poteſt conditionem ſuam deteriorem facere, per l. poſſeſſionem, ff. de acq. poſſ. Solu.
6 Poteſt † conditionem ſuam deteriorem facere in his quæ ſunt facti, vt vult illa l. ſed non in his, quæ ſunt iuris, ut dicitur hic. ¶ Opponitur ſecundo, & uidetur, quod non pōt

Digitized by Google

alios ſibi obligare per l. pupillus. ff. de reg. iur. Solu. Illa lex loquit̃ de pupillo infante, qui nõ põt alios ſibi obligare, quia non habet aliquem intellectum, & ideo non obligat alium, ut infra de inutil. ſtipulat. §. & ꝙ diximus. &
7 §. pupillus & bona gl. eſt ff. de re. iur. ¶ Opponitur † tertio, & uidetur ꝙ pupillus an poſſit obligari per l. litigatores, §. pen. & fi. ff. de arbit. & in perſpeximus, in Auth. de non eligendo ſecundo nuben. coll. 1. Sol. illi textus loquũtur qñ pupillus factus eſt locupletior, & tunc põt in ueritate obligari, ut C. de adminiſt. tut. l. ſi minoris. ¶ Opponitur finaliter, & uĩ, quod contractus non poſſit claudicare, per l. 1. C. de reſcind. uen. Sol. illa lex loquitur in liberationib. in quibus non eſt claudicato, ſed hic loquimur in obligationibus.

§. Neque tamen.

1 *Pupillus ꝙ non poſſit, ſine tutoris authoritate, & nu. 4. Et quid*
2 *Hæreditas quid. (ita, nu. 5.*
3 *Bonorum poſſeſſio quid.*
6 *Tutor an poſſit adire hęreditatem, uel repudiare.*
7 *Pupillus non põt eſſe in iudicijs. ſine tutoris authoritate, & n. 9.*
8 *Hæreditas opulenta, & lucroſa, an differant.*

Hic reſpondet tacite quæſtioni, ex quo dictũ, eſt, ꝙ pupillus ſiue tutoris authoritate põt, condõẽ ſuam meliorem facere, poſſet al q̃s quærc, an ne poſſet tunc hæreditatẽ adire, & alia facere, Ad ꝙ Reſpondet textus iſte, qui
2 ſic ſummatur. † non põt pupillus de iure ciuili, ſiue tutoris authoritate, hæreditatem adire, nec bonorũ poſſeſſionẽ petere, nec hæreditatẽ ex fideicommiſſo. ſuſcipere. quamuis lucroſa ſit. Hoc dicit, & patet intell. tex. † primo, ꝙ hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius ꝙ habuit,
2 defunctus, tempore mortis deducto ęre alieno, ut ff. de uer. ſig. l. nihil. & datur hæreditas, ex teſtõ, uel ab inteſtato iure ciuili. ut ff. de petit. hæred. l. 1. & 2. Sed † bonorũ
3 poſſeſſio, prout eſt una dictio, eſt ius recipiendi perſequendique, & retinendi, illud quod in bonis illius erat cui ſuccedit de iure prætorio uel, ut in gl. eſt ius ꝓſequẽdi retinendique patrimonii, quod cuiuſq; fuerit cũ is moritur

ritur, ff. de bon. poſ. l. 3. & datur ex teſtō per bon. poſſ. ſm̃ tabulas, uel ab inteſtato, ut uñ liberi, quæ ſunt oẽs de iure prætorio, ut inf. de bon. poſ. §. quos autem, ſicut pupillus
4 non p̃t adire hæreditatem, nec petere bonor. poſſ. ſic etiã non p̃t hæreditatem ex fideicommiſſo recipere, ut hic dr̃ quæ datur ex Senat. Treb. ut inf. de fideic. hær. §. ſed quia. Nec poteſt etiam bonorum poſſ. cauſa ſeruandi libertatẽ recipere, quia ſucceditur in vniuerſum ius ex iſtis, ut inf. per quas perſonas nobis acquiritur, ſi. Nec ſufficit in iſtis vel in aliis contractib. tutoris authoritas, qui non habet adminiſtrationem, & ideo ſi eman. aliquid à pupillo mediante tutore, quem ſcio non adminiſtrare, ſed alium, nõ transfertur in me dñium, ff. de auth. tut. l. 4. Nec ſufficit ẽt authoritas curatoris, quæ datur pupillo defectum tutoris ut ff. de app. l. cum in una, §. tutor, uſq. in fine legis. ¶ No.
5 † ſecundo, q̃ rõ quare pupillus, non poteſt prædicta, eſt duplex. Prima, quia non p̃t ſe obligare, ut ſup. eo. §. prox. ſecunda quia in iſtis ſunt cõiter uexationes, & lites, & onera, quib. pupillus non decet grauari, ut ff. de min. l. mino-
6 rib. 25. annis. No. † tertio, q̃ tutor non poteſt etiam ſolus adire hæreditatem, uel repudiare, niſi pupillus eſſet infans, ut C. de iu. delib. l. ſi infans. Secundo, ſi iudex ex certa cã ſupplet defectum tutoris. i. adminiſtratoris, l. bonorum, C. qui adm. ad bon. poſſ. & de iſta certa ſcĩa debet cõſtare ex actis, alias iudex præſumitur temerarie hoc feciſſe, ut no. Inno. in ſimili. in c. ueniens, extra de filiis presb. Et iſtud verum, niſi eſſet talis actus, quia requireret decretum iudicis, quia tunc iudex non p̃t ſupplere authoritatẽ adminiſtratoris, ſecundum gl. in l. ſi curatorem habẽs de reſt. in integ. tit. generali, C. Non poteſt interea pupillus bonorum poſſeſſionem agnoſcere, nec repudiare ſine tutore, ut l. ſeruus, impuberes. ff. de bon. poſſ. Sed tutor ſolus poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem, ut. l. tutor, §. pupillo, ff. de bon. poſſ. Et rõ, quare tutor non p̃t ſolus adire hæreditatem, ſed bene agnoſcere bonorum poſſeſſionem, eſt iſta, quia agnatio conſiſtit in facto, ſed aditio in mera uoluntate, & ea quæ in mera uoluntate conſi-

Digitized by Google

ſtunt, non poſſunt per aliũ expediri, ut ff. de act. & oblig. l. ſub hac, & hanc rationem ponunt. Ang. & Sal. in l. bonorum hic allegata. Sed ſolus tutor non poteſt bonorũ.
7 poſſeſſ. repudiare. ut ff. de ſucceſſorio edicto, l. 1. ¶ No. † finaliter, quod pupillus ẽt non põt eſſe in iudicis criminalibus, uel ciuilibus, ſine tutoris authoritate. ut C. de auth. præſt. l. clarum. Opponitur primo ſic, et vr̃, quod pupillus poſſit adire hæreditatem, quia poſſet eſſe hæreditas ſine omni onere, & obligatione, & illam ut uidetur, poſſet adire ſine tutoris authoritate, quia ceſſante
4 in fraud. notabili 2. ¶ Notandum tertio. † ꝙ tres oneroſæ tutelæ vel curæ non affectatæ. excuſant quem a tutela, uel cura, quamdiu aliquis adminiſtrat illas tres tutelas, ſecus ſi non adminiſtrat illas oẽs, quia tunc nõ excuſaretur a quarta. l. ſi. is qui tres. §. fi. ff. eo. Debẽt ẽt iſtæ tutelæ eſſe diuerſorũ patrimoniorũ, q. a plurium pupillorũ, unũ patrimoniũ hñtium, dr̃ una tutela. Non. n. numerus pupillorũ, plures tutelas facit, ſed ſeparatio patrimoniorum, ut hic in gloſſ.
5 ¶ Notan. † quarto ꝙ ſufficit illa onera eſſe in una domo, ut ſi pr̃ habeat duas tutelas, & filius unã, excuſantur, ut ff. de excuſa. tut. l. diximus. Et dñr onera, quia ſi ſunt leues tutelæ, non excuſant in iſto nu. ſicut e regione ſi ſit una tam grauis tutela, ut æquiualeat tribus, p̃ſtat excuſationẽ, ut ff. de excu. tut. l. ſi qui tres, & in ſimili dicit Bald. in Auth. ſed nouo iure, C. de ſer. fug. ꝙ licet fur de iure non poſſit puniri morte, niſi tertio furatus ſit, quia tunc dr̃ famoſus latro, ut l. capitalium. §. famoſus. ff. de pœnis. ſi tñ unũ furtũ fecerit,
6 quod tribus æquiualeat, puniendus eſt morte. ¶ No. † quinto, quod tutela affectata non excuſat. l. tria onera. ff. eod. & ponit in gl. rõnem. quia hoc portat quis leuiter, quod portat libenter, vt hic, idẽ eſt de abſentia cã Reipublicæ, ut ff. tex. quib. ca. maio. l. & qui data. Et iõ ambaſiatores practicãtes legationẽ ſuam prece, uel munere, ex quo per hoc declarant eã affectare, ſi in uia ſpolientur, non pñt petere reſtitutionẽ, ut notant Doct. in l. inter cauſas. §. nõ oĩa ff. mandati, & Bar. in l. ſeruus. §. quod uero, ff de fur. Et iſtud facit contra ſimoniacos, qui emunt officia, quia per talia non excuſantur ab his, a quibus ipſum officium eos excuſaret l. & quia data opera. ff. ex quibus cauſis maio. ¶ Notandum
7 † ſexto, circa gl. ibi. ſi quis tutor, ꝙ illa gl. coniuncta tex. facit argumentum, ſi ponatur aliqua tallea uel præſtãtia in ciuitate, fratres hãbẽtes unũ patrimoniũ debent ſoluere tm̃
unam

Digitized by Google

unam talleam vel præſtantiam,ſecus ſi habeant diuerſa patrimonia.quamquam ēt in eadē domo morent̄,de quo per
8 Bar.in d.l.dicimus.§.ſi pr̄.¶No.† ſeptimo circa.§. propter paupertatem,ꝙ paupertas excuſat quem a munerib.publicis,&c Nota,quod paupertas prodeſt, a quo prodeſſe liberet nos oīpotens Deus,de quo per Cy.l.id quod pauperibus.C.de epiſc.& cle.& ſup.dictum fuit,ex quib.cauſis ma
9 numittere non licet.¶Not.†octauo,quod paupertas nō accipitur hic,ſicut in l.nonnulli ff.de accu.vbi pauper dr̄,qui non hēt 50 aureos. Nec accipit̄ pauper pro eo cuius facultates minores ſunt quem bona pupilli,de qua in l. paupertas.ff.de excu.tuto ſed accipitur hic pauper,& impar oneri,pro eo qui laboribus eſt implicitus, & tota die uictum proprio ſudore q̄rit,quod facit in argm̄, ſi teſtator legauit centum pro pauperibus puellis maritandis(ſicut in hac inſigni ciuitate,per quendam ciuē diſpoſitum eſt)p̄ñt ex illis maritari puellæ,faciunt aliquod opus manuale, & quæ uictum & amictum quærunt per labores ſ̄m Bar.in l.paupertas.ff eo. Quamquam alias bene habeat rō officij & miniſterij in eo,qui præſtare titū debet,quantū, ut notat gloſſ. quis argentum.§.ſed & ſi quis.C. de dona. Similiter hr̄ ēt talis rō in filio,qui petit alimenta a patre.l.1.§.ſi quis aliber.ff. de liber. agnoſ. Et qualiter probetur paupertas & quis eam probare habet dicit Bar.in l.ſi conſtante,ſolu.ma
10 trimo.¶Notandum † nono, quod infirmitas,uel morbus, excuſat a tutela,ſi ſit perpetua,ut hic.& C. qui mor.l.1.li. 10. ſed ſi infirmitas ſit temporalis, datur interim curator, ut ff.de excu tut.l.non ſolū.Et quia infirmitas excuſat a tutela, ſequit̄ ēt quod excuſat ad non cōparendū in iudicio, quia ſi iudex contra infirmum abſentem ferat ſniam ſcienter,eſt ipſo iure nulla, ſed ſi ignoranter,ſnīa eſt per reſtitutionem reſcindenda,ut notat Bart. in l. quæſitum ff. de re iudi. & ideo cautela eſt, ægrotans ſemper inſinuet iudici ſuam ægritudinem ſecundum Bar.in d.l.quæſitum.¶Notan
11 dum † nono adhuc, quod literatus admittitur ad aliquid ad quod non admittitur illiteratus, ut hic, & in Authen. de iudi.§.1.collatio.Et literati comparantur nobilibus.ff.

pro

pro ſocio.l.5.Et ideo in pbendis & canonicatibus, priuilegiantur literati ſicut nobiles,facit c.de multa:extra de pręben.& c.ad decoré extra de inſtit.¶No.decimo,† φ ſi pa-
12 ter dat aliquẽ tutoré filio ſuo,ut uexetur,vr̃ hoc facere propter inimicitiam,& iõ talis excuſatur, ſed ſi aliqua ſit inimicitia inter patrem pupilli,& tutoré,ſequens teſtamentũ nõ pſtat excuſationẽ,quia pr̃ vr̃ illam remiſiſſe dando talẽ filio ſuo tutorem,ut ff.de excuſ. tuto.l.Athletæ, §. dat re-
13 miſſioné.¶No.undecimo,† φ ſi aliquis pmiſit ſe acceptaturũ tutelã,non excuſatur,quãuis alias excuſaret,ut hic,& ff.dę teſta.tutę.l.ex ſnia . Si extra tñ ſe ſcripſit in teſtõ, ad huc excuſatur niſi ſit ualde idoneus,uel pater eũ approbauerit ut notat Bar.in d.l. ex ſnia. Et idem vr̃ de executorę teſti,φ ſi promittat ſe executurũ,cogitur facere,ut in c.religioſi de teſta.lib.6.Et rõ eſt, quia faciens actũ contrariũ priuilegio ſuo,videtur priuilegio renuntiare, ut notat Cy. in l.voluntaria.C.de excu.tuto. & Inn.in c. accedentibus,
14 extra de priuilegijs.¶Not.† duodecimo,φ inimicitiæ ſunt duplices, capitales & leues . Si ſunt capitales ſiue graues,
15 tunc aut tutela eſt teſtamentaria,aut alia.†Si primũ, tunc ſi interueniant poſt teſtamentum, excuſant,ut in hoc.§. ſi aũt ante teſtm̃.& poſtea datur tutor in teſtõ,non excusãt, quia vr̃ reconciliare.& hoc,niſi faciat teſtator teſtm̃,quod grauet tutorẽ,& pluribus negotijs eum implicet.l. Athletæ,§.dat remiſſionem,ff.eo. Et hoc intelligẽdũ eſt ẽt ſi inimicitiæ tales ortæ ſint ex culpa tutoris, quia tunc non intelligeretur reconciliare , qa offenſi eſt remittere , & non offendentis,ut d.§.remiſſioné ,ſi uero loquatur de alia tutela,tunc excuſant,quia non eſt locus coniecturationi remiſſionis. Si uerò inimitiæ ſunt leues,non excuſant aliquẽ, qa leuis iniuria nõ reuocat legatum.ff.de adimen.leg.l.3.in fi.
16 †Dr̃ aũt inimicitia capitalis, qñ tm̃ incandet aliquis cõtra eum,φ vellet eum mortẽ obire.non tñ eſt facile. determinabile,quæ inimicitia dicatur capitalis,eo φ multis modis
17 dr̃ talis inimicitia.¶Notandũ † tertiodecimo, φ qõ ſtatus eſt,ſ.pater.pupilli dixit, interdum tutorem, eſſe ſeruũ ſuũ, vel libertum,ut notatur infra.de actio.§. præiudiciales, &

ratio

Digitized by Google

ratio eſt, quia alias aſſimilatur iſta cõ accuſationi mortis, ut ff ꝙ metus cau.l.iſti.§.1. & ſic eſt in inimicitia capitali, & excuſat iſta quæſtio quem a tutela, ſi nõ moueatur fraudulenter, quia tunc non excuſaret. Et eſt ſimile de inimicitia Athletæ.§.amplius.ff.eo.l.2.§.fi.ff. ſi quis cautio quod
18 facit † ad teſtes, quia teſtes propter inimicitiam repelluntur a teſtimonio. Si autem huiuſmodi inimicitia cauteloſe introducitur, ſicut exempli gratia, Volo producere teſtem contra te, & tu procuras, ꝙ ille det tibi alapã ad finem ut excipias contra eum de inimicitia, quia talis fraudulenta inimicitia non prodeſt.ut notat Bar.l.1.§.1.cum quis latro
19 nes,ff.de quæſtionibus ¶Notandum † quartodecimo ꝙ ille ſit 70.annorum, quia annum ſeptuageſimum compleuit. ff.de iure immunit.l.3 Alias enim non eſſet maior 70 annis, ut ff.de maiori.l.4.§.minorem. Et patet hic aliquid fieri propter ſenium, quod alias non fieret. ut ff. de iure im-
20 mun.l.ſemper. ¶Notandum † quintodecimo, quod miles Chriſti, id eſt, clericus poteſt eſſe tutor uel curator, & habet deliberationem quatuor menſium, ſed nõ compellitur ut notatur in Authen.presbyteros, C.de epiſco. & cle. Epiſcopi tamen & monachi non poſſunt eſſe tutores iure ciuili, ut in Auth. presbyteros, iure tamen canonico poſſunt, ut in glo.in c.peruenit 87. diſtin. Sed milites ſeculares non poſſunt eſſe tutores.ut ff qui tut.dari poſſ.l armatæ §.mi
21 litiæ.¶Notandum † finaliter, quod Grammatici Rethorici, Medici, exercentes in triuio excuſantur, ut hic dr, & ff. de excuſ tuto l.ſi duas. Exercentes autem in quadriuio, i. in Arithmetica, Muſica, Geometria, & Aſtronomia, nõ excuſantur, ut ff.de excuſa tuto.l.geometer. Doctores autem iuris nõ excuſantur, ut notatur in l.ſed reprobare.ff.de excu.tuto.niſi in Roma, quia Roma eſt cõis patria.ff. ad municip.l.Roma, vel niſi ſint in conſilio principis. C.de excu. tut.l.iuriſperitos. Prædicti tamen ſcilicet grammatic. etiã non excuſantur, niſi ſint intra numerum deſcripti qui non poteſt eſſe ultra 10.ut ff.de excuſa.tuto.l.ſi duas, non etiã excuſantur niſi Romæ, & in patriã ſua. & in ſtudijs priuilegiatis, ut eſt ſtudium Bononien. quod incepit ſub Theodo

Digitized by Google

dicitur,ꝙ illiteratus excuſatur, & poſtea dicitur, quòd ſuffi cit ad adminiſtrationem.Sol. Primo loquitur de illiteratis ſimplicibus,& rudibus,ſed poſtea loquitur de induſtrioſis, & expertis. Illi enim non excuſantur,ut notauit in l.athletę.§.de ruſticis,ff.de exc.tut Et poſſunt illi eſſe iudices,& ſcabini,ut notatur,in l.1.ff.quod quiſque iuris, quia experti in cauſis poſſunt dare iudicium,ut C.de iu.l. pe. ſicut ẽt pñt eſſe decuriones,ut C.de dec.l expertos,li.10. Sed non pñt eſſe aduocati,quia illi dẽnt quinque annis ſtuduiſſe,ut C.de ad.diuer.iudicio,l.nemini.¶Opp.quinto,& uř,ꝙ nõ oportet maiorem compleuiſſe 70 annum per l.ad rempublicam,ff.de mun.& hono.Sol. Non loquitur ibi de munere tutelę,uel curæ,ſed de alijs munerib. Sed replicatur per l.fi.C.de his qui ętate,li.10.ubi dř de quinquaginta quinq. annis,& per l.inuiti,ff.de teſtib.ubi dř de 60. annis. Solut. Lex illa finalis loquitur de cuſtodia murorũ. Et dicit Bar. ꝙ ſcholares excuſantur a cuſtodia murorũ,vt in l.2.C.de his qui ętate,li.10.& lex inuiti, loquitur de reuerẽtia, quę eſt
25 exhibẽda illis,qui ſunt prouectę ętatis. ¶Oppon.† ſexto, & videtur,ꝙ miles poteſt eſſe tutor,per l. ꝑꝑ magiſtratũ, ff.de exc.tu.& per l.adigere,§.quamuis,ff. de iure pa. Sol. lex propter magiſtratum,loquitur reſpũ commilitonis, & ſic põt eſſe tutor. Et l.illa adigere,loquitur de militib. noſtri tẽporis,de illis pręcipue,qui nõ occupãt ſe in reb militaribus,ſed potius in negotiatio. Illi tamen,ut milites ſunt honorandi,nec poſſunt torqueri,ut in l.milita, C. de qõ.

§.Qui autem vult ſe excu.

1 *Excuſationib plurib propoſitis, vna non probata, nihilominus alia probari poſſunt, infra tẽpus conſtitutũ. Quid de exceptionib. nu. 2.*
3 *Exceptiones debent ſpecifice proponi.*
4 *Excuſatio quid differat ab appellatione.*
5 *Excuſationis cognitio infra quot dies terminanda.*
6 *Miliare, quot paſſibus conſtet.*
7 *Diſtanti vltra centum milliaria, quantum tempus dabitur.*
8 *Procurator datus ſimpliciter intelligitur datus ad omnes cauſas.*
9 *Tutor an teneatur ignorantiam ſuam probare.*

1 Summatur ſic.† Propoſitis plurib. excuſationib. una non probata, nihilominus aliæ probari poſſunt intra tpſ cõſtitutũ, & uolẽs ſe excuſare, nõ dẽt appellare, ſed intra quinquaginta dies, ex quo cognoſcit ſe tutorẽ, uel curatorẽ datum, dẽt excuſationẽ ſuam proponere, ſi ſit infra centeſimũ lapidẽ a loco, ubi datus eſt tutor, & ſi vltra, habebit pro quibuslibet 20. miliarib. vnũ diem, & ſuper hoc 30. dies, & tutor
2 datus ſimplr, intelligitur datus ad oĩa bona. ¶No.† primo illud, quod dr hic de plurib. excuſationib. poteſt etiam intelligi de exceptionib. & ſicut nõ oportet in principio omnes excuſationes proponere, qui infra tpſ pñt nouæ proponi & probari, ſic etiã in exceptionib. una non probata, poſſunt aliæ probari, etiam ꝑ non ſũt propoſitæ in initio cauſæ. Et hoc eſt qđ aduocati habent in practica, dicentes hæc infra ſcripta. Dico, propono & excipio, & ad probandũ ea admitti peto, inquantũ faciũt pro victoria cãæ partis meę, & non alias, ad ſuperfluas probationes minimè me adſtringens, de quo proteſtor. Et facit ad iſtum, §. l. propter litem,
3 ff de excu. tu. Exceptiones † tñ ſpecifice debent proponi, nec ſufficit eas ꝓponi generalis, ut no. Bal. in l. ſcire l. oportet, §. ſcire, ff. de exc. tu. Et ideò aduocati fruſtra ponunt di
4 cẽdo in genere alijs exceptionib. mihi ſaluis. ¶No.† ſecundo, ꝙ excuſatio differt ab appellatione, quia appellatio deuoluit cauſam ad aliam iudicem, ut C. de ape. l. eos. Sed cognitio excuſationis manet ad iudicẽ coram quo eſt propoſita. Appellatio ẽt fieri dẽt infra 10. dies vt in Auht. hodie, C. de ap. Sed excuſatio fieri põt intra quinquaginta dies, ut hic, & a datione tutelę non appellatur, ut hic, & C. de ap. l. hi, qui. Ratio ãt quare in alijs munerib. appellatur infra x. dies, & in datione tutelæ excuſatio poteſt fieri infra quinquaginta dies, eſt, quia in alijs munerib. cõſiſtit utilitas rei publ. & iõ celerius in illis proceditur, ne reſpublica per dilationẽ periclitetur, ut vult Cy. in d. l. hi, qui. Et dẽt excuſatio fieri in ſcriptis, ut l. ſcire, ff. de exc. tu. Si tamen fiat ſine ſcriptis, non redditur proceſſus nullus, ut hic dicit Io. Fab. & habetur in gl. in c. prudentia, extra de offi. deleg. ¶Nota:
5 † tertio, ꝙ iſti quinquaginta dies computari debẽt a tempo

re

Digitized by Google

re notitiæ dationis tutelæ, & cognitio cauſæ excuſationis finiri dēt infra quatuor menſes,quib.ēt continentur illi qn quaginta dies,vt in l.quinquaginta.ff.de exc.tut.Cognitio aūt cauſæ in alijs munerib. finiri dēt infra duos menſes,ut C.de temp.ap.l.2.Et præſumitur tu.datus ignorari dationem tutelæ,quamdiu non conſtat eū ſcire,ut ff de ad. tu.l. hic aūt quia in facto alieno tolerabilis eſt ignorantia,ut ff.
6 de prob.l.uerius.¶No.† quarto,quòd per lapidē intelligit hic milliare, quia milliaria ſolet diſtingui per poſitionem lapidis,ff.ſi quis cau.l.1.Et faciunt mille paſſus milliare,& quinq. pedes paſſum,ut in gl.in l.3.ff.de uer.ſig.Et cōtinet pes 15.digitos,ut gl.ſicut antiquitas 16.q.4. Dicunt tamē canoniſtæ,& bene,quod milliare debet accipi ſm conſuetudinem loci,in c.ſtatutum,de reſcr.lib.6.& ibi gl. Dicit aūt Bar. ꝙ illa computatio fieri debet ſm viam magis vſitatā, & nō per rectum,vel obliquum, nec debet fieri a portis ciuitatum,ſed a cōtinentijs ædificiorum,in l.1 ff.ſi quis cau.
7 ¶Notandum † quinto ꝙ æquale tempus datur pro excuſatione diſtantis a loco dationis tutelæ, infra centum milliaria,& ſupra,niſi diſtet vltra quadraginta milliaria,ꝙ ſic declaratur.Si.n.diſtat infra centum,habet quinquaginta dies, & ſi diſtat vltra centum,habet pro quibuslibet 20.milliarib.vnum diem,& adhuc 30.dies,ut ff ſi quis cau.l.1.Ponatur ergo, ꝙ diſtet per centum & 20.milliaria, pro centum habebit 5.dies,quia quinquies 20.faciunt c.& pro alij 20. qui ſunt ultra centum,habebit unū diē,& habebit ſex dies & ex cōi additione 30. & ita in toto habebit ſolū 36.dies, qui dicunt compleri uſq. ad l.Verum hoc eſt ex mente legis non āt ex uerbis,l.ſcire §.aliud aūt,ff.eod.Et ſi diſtet ꝑ trecēta milliaria habebit 15.dies pro quibuslibet 20.milliarib.& 30.ex communi additione,& ita hēbit 44.dies ꝑ quib.datur quinquaginta,& ſic non hēt plus diſtas ꝑ trecēta milliaria,quā alius,& ſi diſtat per quadringēta milliaria hēt 30.dies & cum 30.additis pręciſe,hn̄t quinquaginta & ſi ultra diſtet per 20.milliaria habebit quiquaginta & vnū dies & ſic conſequenter.Ex quo clare intelligitur gl.hic ſuper uerbo computat.Notand. † finaliter quod ſicut tutor
8

datus ſimpliciter, intelligitur; datus ad oĩa bona, ſic etiam procurator datus ſimpliciter, intelligitur datus, uel cõſtitutus ad omnes cauſas, ut vult Bar. in l. 1. §. ſi pupillus, ff. de tu. ¶ Opp. primo contra prædicta, & videtur, quod nõ probata una excuſatione, non dẽt quis admitti ad probandum alias per l. contra maiores, C. de inoffi. teſta. Solu. In illa l. voluit ille cõtraria proponere, quod nõ potuit ẽt ab initio, & ideo tanq̃ ſibi ipſi contrarius non fuit audiendus. ¶ Oppo. ſecundo, & vr̃, quòd ab excuſatione dationis tutelæ p̃t quis appellare, per l. cum in una. ff. de appe. Sol. Ibi non appellatur a datione tutelæ, ſed a ſententia contra excuſationem lata, a qua bene poteſt appellari, ut ff. qñ appe. ſit l. 1.
9 §. ſi quis tutor. ¶ Opp. † tertio, & vr̃, quòd tutor dẽt ignorantiã ſuã probare, per l. ſi tutor, C. de periculo tu. Sol. Illa lex loquitur in notorijs, in quo caſu certe hẽt ignorãtiam ſuam probare, ut ff. de iuris & fac. ignor. l. regula. Ex quo patet, quòd ſtudentes contra ſtatuta uniuerſitatis delinquentes, non poſſunt ſe per ignorantiam excuſare, quia ſunt notoria. ¶ Oppon. finaliter, & ur̃, quòd tutor datus, nõ intelligitur datus ad omnia bona per l. propter litem, ff. de excuſ. tu. Sol. In illa lege tutor datus eſt particularib. rebus quia res pupilli erant in diuerſis prouincijs, & ideò tutor primo datus, excuſabat ſe, ut non gereret extra prouinciã ſuam, & ſic primo datus erat ad omnia bona.

§. Quis tutelam alicuius.

1 *Tutor finita tutela, non compellitur eſſe curator.*
2 *Maritus non põt eſſe curator uxoris ſuæ, procurator eſſe tamen põt.*
3 *Maritus licet ſe immiſcuerit cura vxoris excuſatur tamen.*

1 Summatur ſic. † Tutor finita tutela, non compellitur eſſe curator, & maritus datus curator uxori ſuæ, poteſt ſe excuſare, quãuis ſe immiſcerit, h. d. ¶ Not. primo, quòd ille, qui fuit tutor, ſatis ſeruiuit C. de neg. ge. l. tutori, & ideo non cogitur eſſe curator, ut hic. C. de excu. tu. l. curator. ¶ Not.
2 † ſecundo, ꝙ maritus non p̃t eſſe curator uxoris ſuæ, ut C. qui tut. da. poſſ. l. maritus. Et ideo excuſari, capitur hic improprie, ut ſu. eo. §. item propter aduerſã. Et idẽ eſt de ſponſo,

ſo,ſicut de marito,ut ff.de exc.tu.l.1. Poteſt tamen maritus eſſe procurator uxoris,ut C. de procur.l.maritus. Et ratio differentiæ eſt,quia curator habet pleniorem prãtem, quã procurator. Et poteſt procurator contraria uoluntate reuocari re adhuc integra,ut infrà mandati,§. mandatum, ꝙ non eſt de curatore. Poteſt tñ maritus eſſe curator uxoris ad litem,ut uult Bar in l.maritus,C. de proc. & Spec. in ti. proc. §.ꝙ aũt,uer.ſed nunquam, licet Sal. aliter dicat in d.
3 l.maritus, primum tñ eſt uerius, & cõius. Notandũ † finaliter,ꝙ maritus excuſatur,licet ſe immiſcuerit,quòd,nõ eſt in alijs tutorib.& curatorib.qui poſtq̃ ſe immiſciuerũt, non excuſantur,C.ſi falſis allegatio.l.2.¶Opp.primo ſic & uř,ꝙ tutor cogitur eſſe curator,per l.liberos, C. de excuſ. tut. Sol. Illa lex loquitur de liberto, qui certe cogitur finita tutela gerere curam filiorũ patroni ſui. ¶Opp.finaliter & uř, ꝙ fruſtra dř hic de curatore marito, q̃a curator, uel tutor non põt illam habere uxorem, cuius fuit curator uel tutor,C.de interdicto matrimonio inter tutorem, & pupillam per totum. Sol. Textus loquitur hic de curatore dato poſt matrimonium. Et ſi ignotanter datus eſt, dẽt ſtatim, cum ſciuerit,alium petere,vt C.de excu.tut.l.ampliſſimi.

§. Si quid autem.

1 *Excuſatio facta falſis allegationibus, non liberat a tutela.*
2 *Falſitas eſt veritatis immutatio*
3 *Sentẽtia lata pro excuſatione,ex falſis allegationib facta,an teneat.*
4 *Sententia,prece,pretio,uel gratia lata an ualeat.*

1 Excuſatio facta † falſis allegationibus,nõ liberat a tute-
2 la,h.d,& patet intel.tex ¶Notandum † primo, ꝙ falſitas, eſt immutatio ueritatis,in Auth.de fi.inſtr.in princ. coll 6. Et haberi iſtud locũ,non ſolum in falſa allegatione, ſed etiã ſi ſit iniuſta, ut C. ſi ex falſis alleg.l.fi. Et tenetur a tempore dationis tutelæ,ut C. ſi ex falſis allegationib.l.1 ¶ Not.
3 † ſecundo,ꝙ ſententia lata pro excuſatione,ex falſis allegationib.facta,non tenet, ſiue lata ſit contra præſentem, ſiue abſentem,ſiue pretio, uel gratia, vt C.ſi ex falſis allegat.l. fina. Alia autem ſententia, ex falſis allegationibus lata

contra præſentem, tenet ſed datur reſtitutio, ut ff. de re iudi. l. diuus. Lata autem contra abſentem ſcienter, eſt nulla, vt ff. de re iud. l. ſi prætor, § Marcellus, ſed ſi ignoranter tenet, ſed datur reſtitutio, ut C. ſi ex falſi alleg. l. fin. d. l. di-
4 uus. † Sententia uero prece, uel pretio lata, eſt nulla ipſo iure, vt C. quando prouocare non eſt neceſſe, l. uenales. Si autem lata ſit per gratiam, uel amicitiam, uel ambitionem, tenet, ſed datur reſtitutio, ut l. ſeruo inuito, §. cum prætor ff. ad Trebel. Et an ſententia lata ſit ex prece, pretio, uel gratia cognoſcitur ex qualitate perſonæ, ut notatur, in l. fin. in uerbo, ex perſonis, ff. de actio. & oblig.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS, VEL curatorib. Titulus XXVI.

Continuatur, ſicut dictũ eſt ſuprà in cõtinuatione titu. li proximi. Et diuiditur iſte titulus in quinq. partes. In prima declaratur qui poſſunt de ſuſpecto tutore cognoſcere. In ſecunda ibi, oſtendimus, declaratur, qui poſſunt ſuſpecti accuſari. In tertia ibi cõſequẽs, declaratur, qui põt ſuſpectũ accuſare. In quarta ibi. ſuſpectus, ponuntur cauſę ſuſpicionis. In quinta ibi, libertus, ponũtur pęne ſuſpectorũ.

§. Sciendum.

1 *Tutor ſuſpectus a quo remoneatur, crimen cognito.* (*ne.*
2 *Accuſans aliquem criminaliter debet ſe inſcribere, & deficientis pę*
3 *Actio criminaliter intentata contra ſuſpectum, coram quo iudice ſit*
4 *Delegatus proconſulis, qua habeat ſpecialia.* (*agitanda.*

1 Summatur ſic, † Crimen ſuſpecti tutoris deſcendens a l. 12. tabul. cognoſcitur. & de eo ſuſpectus remouetur Romæ a prætore, in prouincijs à præſide, & legato proconſulis.
2 Hoc dicit, ¶ Not. † primo, q accuſans ſuſpectum criminaliter, debet ſe inſcribere, vt ff. de priua. deli. l. fi. Et ſi deficiat in accuſatione, pęna ſua eſt infamia loco talionis, ut infra, eo. §. ſuſpectus, uel eſt pæna, extraordinariè per iudicem infligẽda, ſicut ẽt infligitur tutori, ut infra eo. §. ſi quis præſes ſed ſi accuſat ciuiliter, non tenetur ſe inſcribere, ut ff. de ſuſpe.

ſpe.tut.l.1.Poteſt etiã iudex ſine accuſatione procedere ad remouẽdũ tutorẽ ſuſpectũ,ut ff.de mun.& ho.l.reſcripto,
3 §.ſi quis.¶Not.† ſecundo,ꝙ ſi agatur criminaliter de ſuſpecto,nõ põt agi corã delegato,ſed corã ordinario iudice,ſed ſi agatur ciuiliter põt agi coram quocunq; delegato quantum ad cognitionem cauſæ,ſed quo ad ſnĩam non poteſt co
4 ram delegato proconſulis uel prætoris. Nam † delegatus proconſulis.h.duo ſpãlia. Vnum eſt, ꝙ põt cognoſcere, & pronuntiare de ſuſpecto tutore,vt ff.de offi. eius, cui mandata eſt iuriſdi.l.cognitio.Aliud eſt,ꝙ in criminalib.põt cognoſcere,licet non pronuntiare,ut ff.de offi.proc. ſolen. Et eſt hæc actio de tutore ſuſpecto mixta, quia ſi agitur ſolum ad remotionem,eſt actio ciuilis, & põt interuenire procurator,ut ff.de proc.l.non ſolum.Sed ſi agitur ad pœnam,eſt criminalis, & non interuenit procur. ut in l.1. ff. de ſepul. viol.Et eſt ſimile de actione adulterij, quia ſi agatur ſolum ad ſeparationem tori, eſt actio ciuilis,ſi autem ad pœnam eſt criminalis, & ſecundum hoc poteſt interuenire procurator,uel nõ.ut notatur in c.tuæ fraternitati,extra de proc. ¶Opponitur contra prędicta,& uidetur primo,ꝙ accuſans ſuſpectum non tenetur ſe inſcribere, per l.3.§.præterea,ff. de ſuſpe.tu.Sol.In illa l.iudex procedit ſine accuſatione,& ideò non eſt inſcriptio.¶Oppo.ſecundò & uidetur,ꝙ legatus proconſulis,non habeat deponere ſuſpectum,per l.1.§. ſuſpecti,ff.ad Turpill.Sol. Illa lex loquitur de delegatis in communi,& non ſolum delegato proconſulis.

§. Oſtendimus.

1 *Tutores qualitercunque dati, an poſſint accuſari tamquam ſuſpecti, & nu 3.uide in curator,nu.2.*

1 Tutores † qualitercũq; dati poſſunt accuſari tanquã ſuſpecti,ſed parcendum eſt famæ patroni,ſicut ſuſpectus re
2 moueatur.Hoc dicit,& patet intell.tex.¶Nor. † quòd iſtud ẽt habet locum in curatore,ſicut tutore, ut ff. de ſuſpe. tu. l.3.non tantum. ¶Oppon.primo contra iſta, & uidetur ꝙ non benedicitur in tex.ꝙ omnes tutores poſſunt tanquã ſuſpecti accuſari & remoueri,q̃a aliqui ſunt boni tutores,qui

ſunt remouendi, quamuis et eſset pauperes, vt infra eo. §. ſi. Solu. Omnes diſtribuit hic pro generib. ſingulorum, & non pro ſingulis generum, ſic ſ. vt oẽs tutores. i. teſtamentarij legitimi & datiui poſsũt accuſari, & remoueri, ſed nõ ſic, ꝙ iſte, uel ille bonis tuto. ſit accuſandus, & ſimile habitum eſt ſup. quib. mod. tutela finitur §. ſed & capitis dimi.
3 ¶Oppo.† ſecundò & uidetur, ꝙ ſuſpectus tutor non dẽt remoueri, ſed debet dari curator in locum eius, ut ff. de ſuſpe. tut. l. tutor. Sol. Lex ille non loquitur præceptiue, ſed conſultiue. Simile eſt ff. de nup. l. uidu.e. Opponitur finaliter ſic & uidetur, quod non poteſt parci famæ patroni ſi remoueatur a tutela, per §. ſuſpectus, infra eo. Sol. In remotione patroni a tutela non debet exprimi cauſa, & per hoc parcitur famæ. ut ff. de ſuſpe. tuto. l. næ enim.

§. Conſequens.

1 *Accuſatio de publico, eſt quaſi publica actio.* 2 *Actio quaſi publica.*
3 *Mulieres an & quæ poſſint accuſare de ſuſpecto.*
4 *Puberes an poſſint curatores ſuos accuſare.*
5 *Conſilium alterius quando ſequendum.*

1 Accuſatio † de ſuſpecto, eſt quaſi publica actio, & competit omnibus, etiam mulierib. pietate motis, ſed impuberes non poſſunt curatores ſuos ſuſpectos accuſare, puberes aũt poſſunt tutores ſuos de conſilio neceſſariorum, i. con-
2 ſanguineorum, ſuſpectos accuſare, h. d. ¶No.† primo, quòd illa actio dicitur eſſe quaſi publica, i. populica, quia competit quaſi cuilibet de populo, ut infra de publicis iud. §. 1. Et dicitur quaſi, quia non oẽs poſſunt accuſare, ut impuberes.
3 No.† ſecũdò, ꝙ mulieres de ſuſpecto poſſunt accuſare, ſed non de alijs, ut ff. de accuſatio. l. qui accuſare. Et poſſunt ſolum de ſuſpecto accuſare, quæ mouẽtur pietate, & nõ egrediuntur uerecundiã ſexus, ſicut fecit Calphurnia, ut ff. de poſtulando, l. 1. §. ſexum. Nec poſſunt mulieres poſtulare in
4 alijs cauſis, ut eadem l. 1. §. ſexum ff. de poſt. Notan. † finaliter, ꝙ puberes non poſſunt curatores ſuos accuſare, niſi de conſilio conſanguineorum ſuorum, & tenentur conſilium ſequi, ut hic, & ff. de in lit. iuram. l. videamus, §. adoleſcens,

quia

Digitized by Google

5 quia non habent plenum intellectum. † Et ideo prælatus accuſatus de dilapidatione bonorum eccleſię, cui datus eſt coadiutor, tenetur ſequi conſiliũ illius coadiutoris, ut in c. uenerabili, extra de off.dele. Sed ſi quis hẽns plenum intellectũ, tenetur aliquid facere cũ conſilio alterius, ſi ille participat ſecũ in offõ, tunc tenetur conſiliũ eius ſequi, ut in l. Titiũ aut Meuiũ.ff.đ adm.tut. Sed ſi nõ participat ſecũ in offõ dẽt ab eo cõſiliũ capere, ſed non tenetur ſequi, ut in c. cum olim.ext.de arbit.& in gl. in l. 1 ff.mand. Oppo. contra prædicta, & uř, quòd mater non poſſit accuſare de ſuſpecto, quia non põt litẽ iurare, ut ff.de in lit.iur.l.uideamus. §. ſed nec. Sol. Non eſt ſimile de iuro in litem, & de iſta accuſatione, quia poſtq̃ iuratum eſt in litẽ, iudex neceſſario hẽt pronuntiare. Si ergo mř iuraret in litẽ eſſe ſibi quaſi cõmiſſum iudicium pro filio ſuo, quod non debet admitti, propter affectionem, quam mater habet ad filium, & ſic forte cõmitteret periurium, ut in Auth.de iudicibus, §. oportet, col. 6. Sed poſt accuſationem poteſt iudex ſuſpectum non remouere, quia hoc eſt in arbitrio ſuo. Et illud eſt, quod vult hic gl. ualde obſcure loquens ſuper uerbo, procedit.

§. Suſpectus.

1 *Adminiſtrant fraudulenter, uel infideliter ut ſuſpectus debet remoueri, quamuis ſit ſoluendo.*
2 *Tutor ſuſpectus poteſt remoueri tripliciter.*
3 *Dolus, lata culpa, & leuiſſima, & caſus fortuitus in quo differant.*
4 *Culpa lata, in quo æquiparetur dolo, & in quo diſcrepet.*
5 *Fama quid. Quid infamia.*
6 *Infamia tres effectus.*
7 *Adminiſtratio interdicitur, pẽdente accuſatione de ſuſpecto tutore.*
8 *Tutor, quamuis diues non tenetur alere pupillum pauperem de ſuis bonis, nec econtra pupillus tutorem.*
9 *Mendacium omne ſcienter fit.*
10 *Tutela eſt officium gratuitum.*

1 Qui fraudulenter † uel infideliter adminiſtrat: licet ſoluendo ſit, tñ ut ſuſpectus debet remoueri. Remotus autem propter dolum eſt infamis, ſed nõ remotus propter culpã,

Et

Et pendente accuſatione interdicitur adminiſtratio, & ſi tutor uel curator interim maioratur, finitur cognitio ſuſpecti. Et tutore ſe abſentante, ne pupillo præſtet alimenta, debet pupillus mitti in poſſeſſionem bonorum eius, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, cum curatore ſunt diſtrahẽda, & tutor pp hoc remouetur ut ſuſpectus. Sed ſi tutor pſens pp inopiã, negat pupillo alimenta, & ſi hoc p mendaciũ dixerit remittit ad ſuperiorem iudicẽ puniendus, ſicut
2 ille, q tutelã p pecuniã redemit.h.d.¶No.primò † φ ſuſpectus tutor põt remoueri añ adminiſtrationẽ, vel in ipſa adminiſtratione, uel poſt adminiſtrationẽ. Si ante, non dẽt accuſari, niſi pp dolũ remoueatur, ut ff. de ſuſpec.tut.l.hæ.n. & C. eo. l 3. In ipſa aũt adminiſtratione remouendus põt accuſari. Et ratio diuerſitatis eſt, quia plus delinquit qui male adminiſtrat, quam qui nullo modo adminiſtrat, ut l. Iulianus, & l.ſi ſterilis. §. cum per uenditionem, ff. de act. emp. Sed poſt adminiſtratiõẽ non agitur de ſuſpecto, ſed actione tutelæ, uel actione de ratiociniis diſtrahẽdis. Quãdo igitur iſtæ actiones dantur, & naſcunt, & quæ actio cõcurrat cum actione tutelæ, dictum eſt ſupra de Attil. tuto.
3 circa. fin. §.ſi.¶Notand.† ſecundo, φ dolus, lata culpa, & leuiſſima culpa, & caſus fortuitus, differunt ſic: Quia dolus eſt fraudulenta machinatio ad decipiendum homines introducta, ut ff. de dolo.l.j. §.dolum. Sed lata culpa eſt ignorare, qđ omnes ſcire debent, ut non dimittere librũ in platea, ff. de uerb. ſign.l. latæ culpę. Sed leuis culpa eſt ignorare, quod diligens paterfamilias ſcire debet, ut dimittere cameram apertam. Leuiſſima autem culpa eſt ignorare, quod diligentiſſimus paterfamilias ſcire debet, ut dimittere tazzas argenteas extra clauſuram in camera, tamen clauſa, uel non claudere librum in ciſta. Sed caſus fortuitus eſt
4 qui pũideri non põt. † Et cõparatur lata culpa dolo ut ff. ſi men. fal. mo. dixerit. l. 1 § hæc actio. exceptis tribus. Primò in remotione ſuſpecti tutoris, ut hic. Secundo, in criminalibus. ff. de leg. Corn. de ſicar. l. in lege. Tertio, in delatione ſacramenti in litem, ut ff. de litem iur. l. in actionibus, & §. ſed ſi iudex, in fin. His. n. caſibus lata culpa dolo non com-

paratur

paratur. Et de hac materia loquitur Bar.in l.quod Nerua,
ff.depoſiti.facit.l.1.§.is quoque,ff de actio.& oblig. ¶Not.
5 †tertio,ꝙ fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus,legibus,& moribus cõprobatus.Infamia aũt eſt læſæ dignitatis ſtatus,legibus,& moribus reprobatus,ff.de uarijs,& extraord. cogn.
6 l.cognitionẽ.§ æſtimatio.Et habet † infamia tres effectus, Primo,repellit ab officio dignitate,ut C. de dignit.l.2.lib. 12.& in regula in famibus,de reg.iu.in 6.Secundo,repellit a teſtimonio,ff.de teſtibus 3.l.Iulianus. Tertio,in famia facit quẽ admitti ad q̃relãdum teſtm̃ de inofficioſo,q̃a alias non admitteretur, ut C. de inoffic.teſt.l.fratres.Infamia tñ facti non repellit a teſtimonio,ſed datur illi minor fides,ff.
7 de ſenato.l.Caſſius,¶Not. † quarto,ꝙ pendente accuſatione de ſuſpecto tutore, interdicitur adminiſtratio. Ex quo infert gl. hic, ꝙ pendente accuſatione prælati non dẽt ipſe adminiſtrare, ſed hoc non eſt indiſtincte uerũ, ſi.n.accuſet̃ de crimine cõmiſſo in ipſa adminiſtratione,uerum dicit gl. quia interdr̃ ei adminiſtratio,ut ff.de ſolu.l.Pedius.§.item Frõtoni.Sed ſi accuſet̃ de alio crimine, puta de homicidio, uel adulterio, uel alio ſimili,datur coadiutor, ut in c.licet Heli,extra de ſim.& in c.uenerabili,extra de offic.deleg.&
8 Bar.in l.qđ ſi forte,ff.de ſolu.¶Not.† quinto,ꝙ tutor ẽt diues non tenetur pupillum pauperẽ de ſuis bonis alere, nec econtra pupillum diues pauperem tutorẽ, ut notat Bar.in l.1.§.ſi pupillus.ff. de admin. tut.l.3.§.ſi.ff. ubi pupil. edu. debet.Sed tñ nõ debent tutor propter alimenta dicere mẽdacium,quia non eſt mentiendum,etiam pro uita hominis conſeruanda,ut in glo. in carne quis arbitretur. 22.q. 2. Et
9 †non eſt mẽdacium niſi fiat ſcienter. Error enim uel ignorantia excuſat a mendacio, ut C.ſi minor ſe maiorem di-
10 xerit,l.2. ¶Notandum † finaliter,ꝙ qui dat pecuniam ad habendum tutelam,tanquam ſuſpectus eſt remouendus,ut ff.de ſuſpec.tut.§.tutor.Sed qui recepit pecuniam ad gerẽdum tutelam,non eſt remouendus,ſed pecunia eſt ab eo cõdicenda per turpem cauſam,ut in gloſ.in l. in eos,ff.de tut. quia tutela eſt officium gratuitum. Poteſt tñ iudex aliqđ ſalarium ordinare pro tutore, ut l.a tutorib.ff.de admin.tut.

¶Opponi-

Digitized by Google

¶Opponitur ſic, & uidetur, quod remotus a tutela propter culpam, ēt eſt infamis, per libertorum, ff. de his, qui not. infa. Solu. Illa lex loquitur de infamia, non per ſnīam latam, ſed de infamia facti. Et ſi per culpam bene fit quis infamis, & loquitur etiam ibi de lata culpa, quia de ignorantia iuris, quod omnes ſcire debent, exceptis minorib. mulieribus, & militibus, ut ff. de iur. & fac. ign. l. regula.

§. Libertus.

1 *Libertus fraudulenter adminiſtrant in tutela liberorum patroni ſui puniendus.*

2 *Iudex, uel magiſtratus, qui libertum admiſit, malè adminiſtrans tenetur.*

3 *Graſſari.*

4 *Mores boni ornant hominem*

5 *Suſpicio, ex quibus cauſis poſſit colligi & nu 6 7. 8. 9. 10.*

11 *Pauper an repellatur a tutela.*

1 Summatur: † Libertus fraudulenter adminiſtrans in tutela liberorum patroni ſui, puniendus eſt. Et nouiſſime oēs fraudulenter adminiſtrantes, tanquā ſuſpecti ſunt remouendi, licet ſatiſdationem offerant, quia ſatiſdatio nō mutat malum propoſitū eorum. Et dicitur ēt ſuſpectus tutor uel curator, propter defectum morum, ſed non propter pauperatem: ſi alias fidelis & diligens ſit. h. d. & patet in-
2 tell. tex. ¶ Notandum † primo, ꝙ ſi libertus male adminiſtrat, tenetur magiſtratus uel iudex, quia eū admiſit, ut C.
3 de liber. & eorum liberis. l. liberti. ¶ Notatandum † ſecundo quòd graſſari, eſt animum firmare in malo ut ff. de pœnis, l. capitaliū. §. graſſatores. Et ex iſto tex. elicitur, quòd ſi aliquis emerit rem quam poſtea, reperit eſſe alienā, uel uitioſam, non tenetur ſoluere, licet venditor velit cautionē præſtare, ſi timeat de euictione, uel in re ſit uitium, ut ff. de cōpenſatio. l. 1. quia non debet ſe quis fragilitati cautionis cōmittere quando ipſi rei poteſt incumbere, ut ff. ad Treb. l. cogi, §. idem quærit, & C. in quib. cau. in integ. reſti. l. fi. & C. ut unicuique liceat alias quando lib. unicu. l. 1. ¶ Notan-
4 dum † tertio, quod mores boni ornant hominem, & mali deornant,

deomant, quia propter mores remouetur tutor tanquam ſuſpectus. Hinc eſt etiam, quod ſicut defectus ſcientiæ repellit aliquem a gradu magiſterij uel Doctoratus, ſic etiā defectus morum. Et ideo etiam de moribus fit examen in promotionibus, ſicut de ſcientia, ut l. medicos C. de profeſ
5 ſo.& med. lib. 10 ¶Notandum finaliter,† quod poſſunt colligi cauſæ ſuſpicionis. Nā prima eſt defectus in moribus, ut ſimul cum ludat, vel ſupra modum expendat, vel cum vitioſis conuerſatur, vel vitus ſe immiſcet, ut ff. de tutelis
6 & ratioci.diſtr.l.2.§.cum reliquis. Secunda † cauſa eſt dolus, culpa, negligētia, uel imperitia, ut ſupra eo §. ſuſpectu.
7 iuncta gl.† Tertia eſt, propter præſtationem alimentorum
8 ut ſupra eo. ſi quis tutor. † Quarta eſt, propter non confectionem inuentarij, uel malam confectionem, ex illa enim cauſa iuratur in litem contra tutorem, ut ff. de admi. tut. l.
9 tutor qui repertorium.† Quinta, eſt, ſi tutor pecuniam pupilli non expendit in emptionem prædiorum, propter qd'
10 etiam incarceratur. ff. de ſuſpe. tuto. l 13 §. tutores.† Sexta, quia non defendit pupillum C. de admini. tut. l. fi. Et uniuerſaliter ex omnibus coniecturis de mala adminiſtratione, ff. de ſuſ tut. l. 3. §. preterea, & ſumitur informatio & probatio etiam a familia, ut ff. de ſuſpe. tut. l. fin. ¶Opponi
11 tur ſic,† & videtur, quod pauper nō poteſt eſſe tutor, per l. 3. C. de tut. & cura. qui ſatis, non dederunt. Solu. Ibi pauper non remouetur propter paupertatem, ſed quia non ſatis dedit. poteſt tamen pauper ſe excuſare, vt ſupra tit. proxi. §. ſed & propter paupertatem. Et datur cum paupere etiam curator ut ſupra de curatoribus. §. interdum. Hęc tantum de Primo Libro Inſtitutionum.

LIBRI PRIMI FINIS.

LIBER SECVNDVS
DE RERVM DIVISIONE
TITVLVS PRIMVS.
PRÆFATIO.

DIctum eſt ſupra de iure naturali, gentium, & ciuili, §. omne autem ius, quòd aliquid pertinet ad perſonas, aliquid ad res, & aliquod ad actiones. Cum ergo in Primo Libro tractatum ſit de iure perſonarum, conſequenter dicendum eſt de iure rerum, uſque ad titulum de obligatio. Et diuiditur in duas partes. In prima tractatur, quatenus res acquiruntur iure ſingulari uſque ad tit. de teſtibus. Et ibi cum tit. ſeq. tractatur, qualiter res acquiruntur iure uniuerſali. Prima iterum diuiditur in duas, quia in prima tractatur, qualiter res acquiruntur iure gentium, uſque ad tit. de vſucapionibus, & ibi cum tit. ſeq. quomodo acquiruntur res iure ciuili, declaratur; Prima iterum quinque, ſm quod ſunt quinque tituli uſque ad vſucapio. Præſens ergo titulus dictus de rerum diuiſione, diuiditur in duas partes. In prima ponuntur duæ diuiſiones & proſecutio quatuor membrorum ſecundæ diuiſionis. In ſecunda, ibi, ſingulorum, ponitur proſecutio quinti membri ſecundæ diuiſionis. Prima iterum in quinque. In prima ponuntur diuiſiones. In ſecunda ibi, equidem, ponitur proſecutio primi mẽbri ſecundæ diuiſionis In tertia ibi flumina, ponitur proſecutio ſecundi membri. In quarta ibi, uniuerſitatis, ponitur proſecutio tertij membri. In quinta ibi, nullius, ponitur proſecutio quarti membri ſecundæ diuiſionis.

§. Superiore.

1 *Rerum ſummaria diuiſio.*
2 *Res pro derelicto habita, conceduntur occupanti, & cuius ſint iuris.*
3 *Res extra patrimonium noſtrum, diuini iuris.*
4 *Publicum, quod & quotupliciter accipiatur.*
5 *Seruitus, dupliciter accipitur.*

Non

Non ſummaī,quia ponuntur hic duæ diuiſiones.Prima
1 eſt,† ꝙ quædā res ſunt in patrimonio noſtro, & ꝙ ſā extra
noſtrum patrimonium.Secunda diuiſio eſt,ꝙ quædam res
ſunt cōes quædam publicæ,quædam uniuerſitatis, quædā
nullius,& quædam ſingulorum. Et illæ res,quæ ſunt ſingu
lorum,acquiruntur ex diuerſis cauſis,ut poſtea patebit. Et
2 ſic patet intel.tex.¶Not.† Primo,ꝙ iſta prima diuiſio con
cordat cum ea,quæ hr̄,ff.de re.diu.l.1.videlicet, ꝙ quædā
res ſunt diuini iuris,& quædam humani iuris. Nā ea, quæ
ſunt in patrimonio noſtro,ſunt humani iuris.Et hoc verbū
ſunt,intelligiī poni aptitudine,qa licet res ꝓ derelicto ha
bitæ, non ſint in pr̄imonio noſtro actu, tñ aptitudine ſunt
3 in eo,& iō cōceduntī occupāri,ut ff.pro dereli.l.1.Sed† res
ſacræ & religioſæ,quæ sūt diuini iuris, sūt extra pr̄imoniū
noſtrū,ut int.eo.§.nullius. Et iſtis ēt iunguntur res ꝓpha-
næ,quæ religioſis uel ſacris adhærent,ut ff. de rei ven.l. ꝙ
religioſis.Si tñ res ſacræ uel religioſæ fuerint occupatæ ab
hoſtibus,fiūt in pr̄imonio noſtro,ut ff.de religio.& ſump.
fune.l.cum loca.& hoc iure ciuili,ſecus aūt iure canonico,
quia illo iure non fiunt de pr̄imonio noſtro,ſed manēt ſa-
4 cræ 7.q.1.c. paſtoralis.¶Not.† ſecundò,ꝙ publicū dr̄ hic,
quaſi populi cum,i.omnium populorum,ut ēt dictū eſt ſu-
pra de ſuſpec.tut.§.conſequens.Simile ēt in eo.§.flumina.
Dr̄ ēt aliquando publicum,quod eſt huius uel illius popu
li,ut C.de ſacroſan.eccl.l.fi.Et tale publicū dr̄ eſſe uniuer-
ſitatis.¶Oppo.& vr̄,ꝙ prima diuiſio hic poſita non ſit bo-
na,quia aliqua eſt res,quæ nec in pr̄imonio noſtro,nec ex-
tra patrimonium continetur ut eſt ſeruitus per l. 1. ff. de
5 vſufruc.leg.Solut.Seruitus† poteſt accipi dupliciter. Vno
modo prout adhæret prædijs dominantibus uel ſeruienti-
bus, & ſic eſt in patrimonio noſtro, ſicut prædia, quia no-
mine ipſius agimus & excipimus,ut ff.de acq.rer.do.l.rem
in bonis. Alio modo pōt accipi ſeruitus,per ſe,ut eſt quæ-
dam qualitas,& ſic non eſt in patrimonio noſtro,ſicut nec
alia accidentia.Et hoc eſt,quod dicit hic glo.ſuper uerbo,
habentur, quod ſcilicet iſta diuiſio eſt de rebus,quæ per ſe
cēſentur.Seruitus autem non eſt talis res ſecundū ſe conſi
derata,

Digitized by Google

derata, & eſt ſimile de tigno iniuncto, quod non percipitur, quandiu durat ædificium, ut ff. de uſuca. l. eum qui.

§. Et quidem naturali.

1 *Communia iure naturali quæ*
2 *Agere an poſſit quis in his, quæ ſunt communia, cõmuni diuidundo.*
3 *Villa quotupliciter accipiatur.*
4 *Littora an ſint communia, an populi Romani.*
5 *Ripæ, & littora, an cenſeantur eodem iure.*

1 Cõia † naturali iure ſunt, aer, aqua pluuialis, mare, & littora maris. Et iõ quilibet põt ad littora maris accedere, a uillis tñ, monumentis, & ædificijs ſe debet abſtinere, quia non ſunt cõia, ſicut mare. h. d. & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primo, quod quamuis illa ſint cõia, non tñ põt quis agere in iſtis cõi diuidundo, ut vult Placen. niſi ſint occupata, quia tunc fiunt occupantium, ut patet de piſcibus in mari captis. ¶ Not. † ſecundo, quod uilla poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro quadam congregatione hoium, & ſic non accipitur hic. Alio modo pro caſa uel inſula, & ſic accipitur hic, quæ fit in littore maris ut ad eã hoies & beſtiæ tẽpore inundationis aquarum confugiant, vel ut in ea retia, vel ẽt fructus reponantur, & non ad inhabitandum, ut ff. de uſufruc. l. arborib. Nam ſi inhabitaretur, eſſet prædium vrbanũ, ut infra de. ſer. ruſt. prædi. §. prædior. Et pertinet talis cã illi, qui eã fecit, ut ff. de rer. diui. l. in tm̃. ¶ Oppo. contra prædicta, & vr̃, ꝙ non ſolum illa, ſed etiam oia alia iure naturali ſint cõia. per l. ex hoc iure, ff de iuſt. & iure. Solu. Ius naturale non accipitur hic pro iure primæuo naturali, ſed pro iure gentium, quòd eſt de dictamine rationis, vt ff. de iuſt. & iu. l. oẽs. §. quod uero. Et quòd illo mõ capiat hic ius naturale, patet in fin. illius §. ubi illud ius uocatur 4 ius gentium. ¶ Opponitur † ſecundo, & vr̃, quod littora maris non ſint cõia, per l. littora, ff. ne quid in loco pub. vbi dicitur, quod littora ſunt populi Ro. Sol. Verum eſt, quod littora aliqua ſunt populi Ro. quantum ad iuriſdictionẽ, ſed 5 non quantum ad uſum. ¶ Sed contra † hoc replicatur, & vr̃ quod debet eſſe de littoribus, ſicut de ripis, ſed ripę non

ſunt

Digitized by Google

ſunt communes,vt infra eo §.riparum.Solu. Non eſt ſimile de ripis,& littoribus,quia flumina non ſæpe inundāt,& ſic in ripis eſt aliqua vtilitas,ſed mare frequenter inundat. Et ideò in littore nulla uel modica poteſt eſſe utilitas, & ideò littus maris non appropriatur,ſicut ripa fluminis, ar. eius,quod eſt in l.fi.C.de bonis quæ lib.§.fi.

§.Flumina.

1 *Flumina,& portus ſunt publica.*
2 *Foſſata,non veniunt flumenum appell.*
3 *Publica,an poſſint pręſcribi.*
4 *Contractus initus in mari,aut delictum admiſſum vbi excutiatur.*
5 *Littus,an dicatur eſſe maris.*
6 *Via publica ſi mediet inter ripam,& prędium, cuius ſit ripa.*
7 *Littora publica ſunt,& communia,ſed varie.*

1 Summatur ſic † Flumina & portus ſunt publica,& ideò quilibet in eis habet ius piſcandi.Et eſt litus maris,ubi hybernus fluctus maximus excurrint. Et riparum vſus eſt publicus,ſed earum ꝓprietas ꝑtinet illis,quorum ꝑdijs adhærēt.Littorum āt vſus ēt publicus,ſed eorū ꝓprietas eſt illi' iuris.cuius eſt mare,& ꝗ ſubiacēt mari,h. d. & patet intel.
2 tex.¶No.† primo,ꝙ per iſta flumina debent intelligi flumina perpetua. Nā foſſata, ꝗ interdum currunt, & interdum nō,ſub illis nō cōprehenduntur,nec ſunt publica,ſed pertinent ad priuatas ꝑſonas,ut ff.de flum. & ne quid in flumi.
3 pub.l.1.& 2.¶Not.ſecundo,†ꝙ ius piſcandi in mari, & in fluminib.competit omnib.Et ideò licet alienis etiam ad tēpus triginta annorum habuiſſe piſcationem in aliqua parte maris, non tñ diceretur præſcriptio, ſicut aliqui uoluerunt, ꝑ l. ſi quiſquam,ff.de diuer.& tempo. præſ.Si tñ quis in aliquo diuerticulo maris tanto tempore, cuius initium non eſſet in memoria hominum, exercuiſſet actum piſcandi,uel nauigandi, diceretur ibi habere poſſeſſionem ad tales actus faciendum,ut C.de aquædu. l. uſum & l.diligenter.li.11. Et ꝗ uellet illum impedire, teneretē de interdicto uti poſſidetis,ut ff.de iniurijs,l.quiſquam,& ſic Veneti ap-
4 propriant ſibi aliquā partem maris.¶Notan. † tertio,quod

ſi in mari fiat contractus, vel committat̃ delictum, iudicabitur de illo, in proxima ciuitate, vt C. de claſſi. l. 1. lib. 1. & ſi duæ ciuitatis ſint æque propinque, pariter iudicabunt, ut ff. cõmu. diui. l. arbor. Eſt tamẽ. locus præuentionis, ut vult Bar. in l. iuriſperitos. §. cum oriundus, ff. de excuſ. tut. ¶No
5 tandum † quarto, quòd litus dr̃ eſſe maris, quatenus mare quocunque tempore fluit, ſiue in hyeme, ſiue in æſtate, ſed tex. loquitur hic de hyberno fluxu, ideſt, hyemali, quia in hyeme plus excurrit mare, q̃ in æſtate, ut l. litus, ff. de uer.
6 ſign. ¶Not. † quinto, quòd licet inter ripam, & prædiũ, mediet uia publica, tamẽ ripa pertinet illi cuius eſt prædium, ff. de acq. rer. domi. l. Martius. ¶Notandum finaliter, quòd ſi dominus uelit arborẽ in ripa ſituatam abſcindere, & nauta vult nauim ligare, præferẽdus eſt dñs arboris, ut colligit̃ ſupra de his, qui ſunt ſui uel alieni iur. §. fi. uer. nec cuiquã. Sed ſi duo uelint ligare, p̃ferendus eſt primo occupans, & ſi ambo ſimul occupent, præferendus eſt ille, qui intentus eſt reipublicę, alteri intẽto rei priuatæ, & ſi ambo in hoc ſint æquales, opus eſt ratificatione, uel negotiũ dirimetur, ſorte, ut ẽt de duob. plauſtris ſibi inuicẽ in uia ſtricta occurrẽtib. dicitur in l. 1. §. interdum, ff. ne quid in loco publico. ¶Opp. contra prędicta, & vr̃, quòd iſte tex. contradicat. §. ęquidem ſupra eo. quia ibi dictũ eſt, quòd littora ſunt cõia
7 & hic dr̃, ꝙ vſus littorum eſt publicus. Sol. † Littora quantum ad vſum ſunt publica, ut hic dr̃, ſed quantum ad proprietatem ſunt cõia, ut in §. equidẽ. Nã cõia cõcedũtur occupãti, ut inf. e. §. itẽ lapilli. Et iõ caſus in littore poſitis fractis, alius poteſt locum occupare, vt vult Bar. l. fi. ff. de vſu. Publica autem nulli conceduntur, uel ſi conceduntur occupanti, tamen non ſunt in uſu omnium gentium per omnia ſicut res communes, quia interdicta ponuntur contra eos, qui aliquid fecerint in eis, in læſionem publicam, ut patet in multis titulis legum, videlicet in tit. ne qui in loco publico, & in fluminibus, in tit. ne quid in flumine.

§. Vniuerſitatis autem.

1 *Vniuerſitatis eſſe, quę dicantur.*

2 Ciuitas

2 *Ciuitas quædam habet ad delectationem & ornatum, quædam ad neceſſitatem.*

3 *Ciuitatis quædam ſunt dominio & vſu quedã dominio, & fructu.*

1 Sũmatur ſic. † Ea q̃ ſunt ciuitatis, dominatur eſſe vniuerſitatis, h. d. & patet intell. tex. ¶ Not, primo, quod dictũ eſt ſupra, §. flumina, de his q̃ ſunt publica oĩum, qualia ẽt ſunt illa, quæ deputantur vſui publico, ſicut sũt uiæ publicæ. Et talia nemo põt ſibi appropriare, & iõ contra iuſtitiã faciũt qui vias publicas claudũt, & ibi exactionẽ faciunt. Sed hic in illo tex. fit mentio de publicis nõ omnium ſed unius populi, vt puta ciuitatis, uel oppidi, & dñr illa eſſe vniuerſitatis, ut etiam dr̃, C. de ſacroſan. eccl. l. fi. ¶ Notãdum ſecũdo,
2 † ꝙ q̃dam ſunt in ciuitate ad delectationẽ populi, & ad ornatũ, ut theatra, & ſimilia, & quædã ſunt ad neceſſitatẽ, vt
3 palatiũ, curia cõis, nauigiũ, & ſimilia. ¶ Not. † finaliter, qđ quædã ſunt ciuitatis, dominio & vſu, vt theatra, & ſtadia. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. ait prætor. Et quædã dñio, & fructu, ſed nõ uſu, vt fundi, & animalia ciuitatu & ſerui, q̃ ita ſunt ciuium, quòd nullius ſunt, ff. de in ius uoc. l. ſed ſi hac lege, §. qui manumittitur, & de uer. ſig. inter publica, & ff. de contrah. emp. l. ſed Celſus. §. 1.

§. Nullius autem.

1 *Res ſacrę, ſanctę, & religioſę in nullius ſunt bonis, & quę dicãtur ſacra.*
2 *Rem ſacra nemo poteſt ſibi appropriare.*
3 *Imperatores olim dicebantur ſacerdotes.*
4 *Res ſacra immobiles nullo modo alienantur, mobiles ſic.*
5 *Ædificio deſtructo, locus manet ſacer.*
6 *Imperatores, an conſecrent*

Hic ponit quartũ mẽbrum ſcdæ diuiſionis poſitæ ſupra eo, §. 1. Et ſubdiuidit in duas partes. In prima declaratur, q̃ ſunt nullius, q͂a diuini iuris. In ſcđa, ibi, religioſum, decla-
1 rat qualiter res fiunt religioſæ. Prima pars sũmat ſic. † Res ſacræ, sãctæ, & religioſæ sũt diuini iuris, & iõ in nullius bonis. Et dñr res ſacræ quę ꝑ põtifices sũt cõſecratæ, ut ædes ſacræ, & donaria ad diuinũ miniſteriũ dedicata, ut crux turibulũ, calices & ſimilia, q̃ q͂dẽ donaria nõ poſsũt alienari

O 2 nec

Digitized by Google

Et pendente accuſatione interdicitur adminiſtratio, & ſi tutor uel curator interim maioratur, finitur cognitio ſuſpecti. Et tutore ſe abſentante, ne pupillo prçſtet alimenta, debet pupillus mitti in poſſeſſionem bonorum eius, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, cum curatore ſunt diſtrahẽda, & tutor pp hoc remouetur ut ſuſpectus. Sed ſi tutor p̃ſens pp inopiã, negat pupillo alimenta, & ſi hoc p mendaciũ dixerit remittitẽ ad ſuperiorem iudicẽ puniendus, ſicut ille, q tutelã p pecuniã redemit. h. d. ¶ No. primò † ꝙ ſuſpectus tutor põt remoueri añ adminiſtrationẽ, vel in ipſa adminiſtratione, uel poſt adminiſtrationẽ. Si ante, non dẽt accuſari, niſi pp dolũ remoueatur, ut ff. de ſuſpec. tut. l. hæ. n. & C. eo. l 3. In ipſa aũt adminiſtratione remouendus põt accuſari. Et ratio diuerſitatis eſt, quia plus delinquit qui male adminiſtrat, quam qui nullo modo adminiſtrat, ut l. Iulianus, & l. ſi ſterilis. §. cum per uenditionem, ff. de act. emp. Sed poſt adminiſtratiõẽ non agitur de ſuſpecto, ſed actione tutelæ, uel actione de ratiociniјs diſtrahẽdis. Quãdo igitur iſtæ actiones dantur, & naſcunt, & quæ actio cõcurrat cum actione tutelæ, dictum eſt ſupra de Attil. tuto. circa fin. §. ſi. ¶ Notand. † ſecundo, ꝙ dolus, lata culpa, & leuiſſima culpa, & caſus fortuitus, differunt ſic: Quia dolus
2
3
eſt fraudulenta machinatio ad decipiendum homines introducta, ut ff. de dolo. l. j. §. dolum. Sed lata culpa eſt ignorare, qđ omnes ſcire debent, ut non dimittere librũ in platea, ff. de uerb ſign. l. latæ culpę. Sed leuis culpa eſt ignorare, quod diligens paterfamilias ſcire debet, ut dimittere cameram apertam. Leuiſſima autem culpa eſt ignorare, quod diligentiſſimus paterfamilias ſcire debet, ut dimittere tazzas argenteas extra clauſuram in camera, tamen clauſa, uel non claudere librum in ciſta. Sed caſus fortuitus eſt
4 qui p̃uideri non põt. † Et cõparatur lata culpa dolo ut ff. ſi men. fal. mo. dixerit. l. 1 §. hæc actio, exceptis tribus. Primò in remotione ſuſpecti tutoris, ut hic. Secundo, in criminalibus. ff. de leg. Corn. de ſicar. l. in lege. Tertio, in delatione ſacramenti in litem, ut ff. de litem iur. l. in actionibus, & §. ſed ſi iudex, in fin. His. n. caſibus lata culpa dolo non comparatur

paratur. Et dè hac materia loquitur Bar.in l. quod Nerua,
ff.depoſiti.facit.l.1.§.is quoque,ff de actio.& oblig. ¶Not.
5 †tertio,ꝙ fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus,legibus,& moribus cōprobatus.Infamia aūt eſt læſæ dignitatis ſtatus,legibus,& moribus reprobatus,ff.de uarijs,& extraord. cogn.
6 l.cognitionē.§ æſtimatio.Et habet † infamia tres effectus, Primo,repellit ab officio dignitate,ut C. de dignit.l.2.lib. 12.& in regula infamibus,de reg.iu.in 6.Secundo,repellit a teſtimonio,ff.de teſtibus 3.l.Iulianus. Tertio,infamia facit quē admitti ad q̄relādum teſtm̄ de inofficioſo,q̃a alias non admitteretur, ut C. de inoffic.teſt.l.fratres.Infamia tn̄ facti non repellit a teſtimonio,ſed datur illi minor fides,ff.
7 de ſenato.l.Caſſius,¶Not. † quarto,ꝙ pendente accuſatione de ſuſpecto tutore, interdicitur adminiſtratio. Ex quo infert gl. hic, ꝙ pendente accuſatione prælati non dēt ipſe adminiſtrare, ſed hoc non eſt indiſtincte uerū, ſi.n.accuſet de crimine cōmiſſo in ipſa adminiſtratione,uerum dicit gl. quia interdr̄ ei adminiſtratio,ut ff.de ſolu.l.Pedius.§.item Frōtoni.Sed ſi accuſet de alio crimine, puta de homicidio, uel adulterio, uel alio ſimili,datur coadiutor, ut in c.licet Heli,extra de ſim.& in c.uenerabili,extra de offic.deleg.&
8 Bar.in l.qđ ſi forte,ff.de ſolu.¶Not.† quinto,ꝙ tutor ēt diues non tenetur pupillum pauperē de ſuis bonis alere, nec econtra pupillum diues pauperem tutorē, ut notat Bar.in l.1.§.ſi pupillus.ff. de admin. tut.l.3.§.fi.ff. ubi pupil. edu. debet.Sed tn̄ nō debent tutor propter alimenta dicere mēdacium,quia non eſt mentiendum,etiam pro uita hominis conſeruanda,ut in glo. in carne quis arbitretur. 22.q.2. Et
9 †non eſt mēdacium niſi fiat ſcienter. Error enim uel ignorantia excuſat a mendacio, ut C.ſi minor ſe maiorem di-
10 xerit,l.2. ¶Notandum † finaliter,ꝙ qui dat pecuniam ad habendum tutelam,tanquam ſuſpectus eſt remouendus,ut ff.de ſuſpec.tut.§.tutor.Sed qui recepit pecuniam ad gerēdum tutelam,non eſt remouendus,ſed pecunia eſt ab eo cōdicenda per turpem cauſam,ut in gloſ.in l. in eos,ff.de tut. quia tutela eſt officium gratuitum. Poteſt tn̄ iudex aliqđ ſalarium ordinare pro tutore, ut l.a tutorib.ff.de admin.tut.

¶Opponi-

Digitized by Google

¶Opponitur ſic, & uidetur, quod remotus a tutela propter culpam, ēt eſt infamis, per libertorum, ff. de his, qui not. inta. Solu. Illa lex loquitur de infamia, non per ſnīam latam, ſed de infamia facti. Et ſi per culpam bene fit quis infamis, & loquitur etiam ibi de lata culpa, quia de ignorantia iuris, quod omnes ſcire debent, exceptis minorib. mulieribus, & militibus, ut ff. de iur. & fac. ign. l. regula.

§. Libertus.

1 *Libertus fraudulenter administrant in tutela liberorum patroni ſui puniendus.*

2 *Iudex, uel magiſtratus, qui libertum admiſit, malè adminiſtrans tenetur.*

3 *Graſſari.*

4 *Mores boni ornant hominem*

5 *Suſpicio, ex quibus cauſis poſſit colligi & nu 6 7. 8. 9. 10.*

11 *Pauper an repellatur a tutela.*

1 Summatur: † Libertus fraudulenter adminiſtrans in tutela liberorum patroni ſui, puniendus eſt. Et nouiſſime oēs fraudulenter adminiſtrantes, tanquā ſuſpecti ſunt remouendi, licet ſatiſdationem offerant, quia ſatiſdatio nō mutat malum propoſitū eorum. Et dicitur ēt ſuſpectus tutor uel curator, propter defectum morum, ſed non propter paupertatem: ſi alias fidelis & diligens ſit. h. d. & patet in-
2 tell. tex. ¶ Notandum † primo, ꝙ ſi libertus male adminiſtrat, tenetur magiſtratus uel iudex, quia eū admiſit, ut C.
3 de liber. & eorum liberis. l. liberti. ¶Notatandum † ſecundo quòd graſſari, eſt animum firmare in malo ut ff. de pœnis, l. capitaliū. §. graſſatores. Et ex iſto tex. elicitur. quòd ſi aliquis emerit rem quam poſtea, reperit eſſe alienā, uel uitioſam, non tenetur ſoluere, licet venditor velit cautionē præſtare, ſi timeat de euictione, uel in re ſit uitium, ut ff. de cōpenſatio. l. 1. quia non debet ſe quis fragilitati cautionis cōmittere: quando ipſi rei poteſt incumbere, ut ff. ad Treb. l. cogi, §. idem quærit, & C. in quib. cau. in integ. reſti. l. fi. & C. ut unicuique liceat alias quando lib. unicui. l. 1. ¶Notan-
4 dum † tertio, quod mores boni ornant hominem, & mali deornant,

deornant, quia propter mores remouetur tutor tanquam ſuſpectus. Hinc eſt etiam, quod ſicut defectus ſcientiæ repellit aliquem a gradu magiſterij uel Doctoratus, ſic etiã defectus morum. Et ideo etiam de moribus fit examen in promotionibus, ſicut de ſcientia, ut l. medicos C. de profeſ
5 ſo.& med.lib.10 ¶Notandum finaliter,† quod poſſunt colligi cauſæ ſuſpicionis. Nã prima eſt defectus in moribus, ut ſimul tum ludat, vel ſupra modum expendat, vel cum vitioſis conuerſatur, vel vitus ſe immiſcet, ut ff. de tutelis
6 & ratioci.diſtr.l.2.§.cum reliquis. Secunda † cauſa eſt dolus, culpa, negligẽtia, uel imperitia, ut ſupra eo §. ſuſpectu.
7 iuncta gl.† Tertia eſt, propter præſtationem alimentorum
8 ut ſupra eo. ſi quis tutor. † Quarta eſt, propter non confectionem inuentarij, uel malam confectionem, ex illa enim cauſa iuratur in litem contra tutorem, ut ff. de admi. tut. l.
9 tutor qui repertorium.† Quinta, eſt, ſi tutor pecuniam pupilli non expendit in emptionem prædiorum, propter qđ
10 etiam incarceratur. ff. de ſuſpe.tuto.l.13 §.tutores.† Sexta, quia non defendit pupillum C. de admini.tut.l.fi. Et uniuerſaliter ex omnibus coniecturis de mala adminiſtratione, ff. de ſuſ tut.l.3. §. pręterea, & ſumitur informatio & probatio etiam a familia, ut ff. de ſuſpe.tut.l.fin. ¶Opponi
11 tur ſic,† & videtur, quod pauper nõ poteſt eſſe tutor, per l.3.C.de tut.& cura.qui ſatis, non dederunt. Solu. Ibi pauper non remouetur propter paupertatem, ſed quia non ſatis dedit, poteſt tamen pauper ſe excuſare, vt ſupra tit.proxi. §. ſed & propter paupertatem. Et datur cum paupere etiam curator ut ſupra de curatoribus. §. interdum. Hęc tantum de Primo Libro Inſtitutionum.

LIBRI PRIMI FINIS.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS
DE RERVM DIVISIONE
TITVLVS PRIMVS.

PRÆFATIO.

DIctum eſt ſupra de iure naturali, gentium, & ciuili, §. omne autem ius, quòd aliquid pertinet ad perſonas, aliquid ad res, & aliquod ad actiones. Cum ergo in Primo Libro tractatum ſit de iure perſonarum, conſequenter dicendum eſt de iure rerum, uſque ad titulum de obligatio. Et diuiditur in duas partes. In prima tractatur, quatenus res acquiruntur iure ſingulari uſque ad tit. de teſtibus. Et ibi cum tit. ſeq. tractatur, qualiter res acquiruntur iure uniuerſali. Prima iterum diuiditur in duas, quia in prima tractatur, qualiter res acquiruntur iure gentium, uſque ad tit. de vſucapionibus, & ibi cum tit. ſeq. quomodo acquiruntur res iure ciuili, declaratur; Prima iterum quinque, ſm quod ſunt quinque tituli uſque ad vſucapio. Præſens ergo titulus dictus de rerum diuiſione, diuiditur in duas partes. In prima ponuntur duæ diuiſiones & proſecutio quatuor membrorum ſecundæ diuiſionis. In ſecunda, ibi, ſingulorum, ponitur proſecutio quinti membri ſecundæ diuiſionis. Prima iterum in quinque. In prima ponuntur diuiſiones. In ſecunda ibi, equidem, ponitur proſecutio primi mēbri ſecundæ diuiſionis In tertia ibi flumina, ponitur proſecutio ſecundi membri. In quarta ibi, uniuerſitatis, ponitur proſecutio tertij membri. In quinta ibi, nullius, ponitur proſecutio quarti membri ſecundæ diuiſionis.

§. Superiore.

1 *Rerum ſummaria diuiſio.*
2 *Res pro derelicto habita, conceduntur occupanti, & cuius ſint iuris.*
3 *Res extra patrimonium noſtrum, diuini iuris.*
4 *Publicum, quod & quotupliciter accipiatur.*
5 *Seruitus, dupliciter accipitur.*

Non

Digitized by Google

Non ſummatꝰ,quia ponuntur hic duæ diuiſiones.Prima
1 eſt,† ꝙ quædã res ſunt in patrimonio noſtro, & q̃dã extra
noſtrum patrimonium.Secunda diuiſio eſt,ꝙ quædam res
ſunt cõẽs quædam publicæ,quædam uniuerſitatis, quædã
nullius,& quædam ſingulorum. Et illæ res,quæ ſunt ſingu
lorum,acquiruntur ex diuerſis cauſis,ut poſtea patebit. Et
2 ſic patet intel.tex.¶Not.† Primo,ꝙ iſta prima diuiſio con
cordat cum ea,quæ hr̃,ff.de re.diu.l.1.videlicet, ꝙ quædã
res ſunt diuini iuris,& quædam humani iuris. Nã ea, quæ
ſunt in patrimonio noſtro,ſunt humani iuris.Et hoc verbũ
ſunt,intelligit̃ poni aptitudine,q̄a licet res ꝓ derelicto ha
bitæ, non ſint in pr̃imonio noſtro actu, tñ aptitudine ſunt
3 in eo,& iõ cõceduntur occupãti,ut ff.pro dereli.l.1.Sed† res
ſacræ & religioſæ,quæ sũt diuini iuris, sũt extra pr̃imoniũ
noſtrũ,ut inf.eo.§.nullius. Et iſtis ẽt iunguntur res ꝓpha-
næ,quæ religioſis uel ſacris adhærent,ut ff. de rei uẽd.l. q̄
religioſis.Si tñ res ſacræ uel religioſæ fuerint occupatæ ab
hoſtibus,fiũt in pr̃imonio noſtro,ut ff.de religio.& ſump.
fune.l.cum loca.& hoc iure ciuili,ſecus aũt iure canonico,
quia illo iure non fiunt de pr̃imonio noſtro,ſed manẽt ſa-
4 cræ 7.q.1.c. paſtoralis.¶Not.† ſecundò,ꝙ publicũ dr̃ hic,
quaſi populicum,i.omnium populorum,ut ẽt dictũ eſt ſu-
pra de ſuſpec.tut.§.conſequens.Simile ẽt in eo.§.flumina.
Dr̃ ẽt aliquando publicum,quod eſt huius uel illius popu-
li,ut C.de ſacroſan.eccl.l.fi.Et tale publicũ dr̃ eſſe uniuer-
ſitatis.¶Oppo.& vr̃,ꝙ prima diuiſio hic poſita non ſit bo-
na,quia aliqua eſt res,quæ nec in pr̃imonio noſtro,nec ex-
tra patrimonium continetur ut eſt ſeruitus per l.1. ff. de
5 vſufruc.leg.Solut.Seruitus† poteſt accipi dupliciter. Vno
modo prout adhæret prædijs dominantibus uel ſeruienti-
bus, & ſic eſt in patrimonio noſtro, ſicut prædia, quia no-
mine ipſius agimus & excipimus,ut ff.de acq.rer.do.l.rem
in bonis. Alio modo põt accipi ſeruitus,per ſe,ut eſt quæ-
dam qualitas,& ſic non eſt in patrimonio noſtro,ſicut nec
alia accidentia.Et hoc eſt,quod dicit hic glo.ſuper uerbo,
habentur, quod ſcilicet iſta diuiſio eſt de rebus,quæ per ſe
cenſentur.Seruitus autem non eſt talis res ſecundũ ſe conſi
derata,

Digitized by Google

derata, & eſt ſimile de tigno iniuncto, quod non percipitur, quandiu durat ædificium, ut ff. de uſuca. l. eum qui.

§. Et quidem naturali.

1 *Communia iure naturali quæ*
2 *Agere an poſſit quis in his, quæ ſunt communia, cõmuni diuidundo.*
3 *Villa quotupliciter accipiatur.*
4 *Littora an ſint communia, an populi Romani.*
5 *Ripæ, & littora, an cenſeantur eodem iure.*

1 Cõia † naturali iure ſunt, aer, aqua pluuialis, mare, & littora maris. Et idõ quilibet põt ad littora maris accedere, a uillis tñ, monumentis, & ædificijs ſe debet abſtinere, quia non ſunt cõia, ſicut mare. h. d. & patet intellectus tex ¶ Notan-
2 dum † primo, quod quamuis illa ſint cõia, non tñ põt quis agere in iſtis cõi diuidundo, ut vult Placen. niſi ſint occupata, quia tunc fiunt occupantium, ut patet de piſcibus in ma-
3 ri captis ¶ Not. † ſecundo, quod uilla poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro quadam congregatione hoium, & ſic non accipitur hic. Alio modo pro caſa uel inſula, & ſic accipitur hic, quæ fit in littore maris ut ad eã hoies & beſtiæ tẽpore inundationis aquarum confugiant, vel ut in ea retia, vel ẽt fructus reponantur, & non ad inhabitandum, ut ff. de uſufruc. l. arborib Nam ſi inhabitaretur, eſſet prædium vrbanũ, ut infra de. ſer. ruſt. prædi. §. prędior. Et pertinet talis cã illi, qui eã fecit, ut ff. de rer. diui. l. in tm̃. ¶ Oppo. contra prædicta, & vr̃, ꝙ non ſolum iſta, ſed etiam oĩa alia iure naturali ſint cõia. per l. ex hoc iure, ff de iuſt. & iure. Solu. Ius naturale non accipitur hic pro iure primæuo naturali, ſed pro iure gentium, quòd eſt de dictamine rationis, vt ff. de iuſt. & iu. l. oẽs. §. quod uero. Et quòd illo mõ capiat̃ hic ius naturale, patet in fin. iſtius §. ubi iſtud ius uocatur
4 ius gentium. ¶ Opponitur † ſecundo, & vr̃, quod littora maris non ſint cõia, per l. littora, ff. ne quid in loco pub. vbi dicitur, quod littora ſunt populi Ro. Sol. Verum eſt, quod littora aliqua ſunt populi Ro. quantum ad iuriſdictionẽ, ſed
5 non quantum ad uſum. ¶ Sed contra † hoc replicatur, & vr̃ quod debet eſſe de littoribus, ſicut de ripis, ſed ripę non ſunt

Digitized by Google

ſunt communes,vt infra eo §.riparum.Solu. Non eſt ſimile de ripis,& littoribus,quia flumina non ſæpe inundãt,& ſic in ripis eſt aliqua vtilitas,ſed mare frequenter inundat. Et ideò in littore nulla uel modica poteſt eſſe utilitas, & ideò littus maris non appropriatur,ſicut ripa fluminis, ar. eius,quod eſt in l.fi.C.de bonis quæ lib.§.fi.

§.Flumina.

1 *Flumina,& portus ſunt publica.*

2 *Foſſata,non veniunt flumenum appell.*

3 *Publica,an poſſint præſcribi.*

4 *Contractus initus in mari,aut delictum admiſſum vbi excutiatur.*

5 *Littus,an dicatur eſſe maris.*

6 *Via publica ſi mediet inter ripam,& prædium, cuius ſit ripa.*

7 *Littora publica ſunt,& communia,ſed varie.*

1 Summatur ſic † Flumina & portus ſunt publica,& ideò quilibet in eis habet ius piſcandi.Et eſt littus maris,ubi hybernus fluctus maximus excurrint. Et riparum vſus eſt publicus,ſed earum ꝓprietas ꝑtinet illis,quorum ꝓdijs adhærẽt.Littorum ãt vſus ẽt publicus,ſed eorũ ꝓprietas eſt illi⁹ iuris.cuius eſt mare,& q̃ ſubiacẽt mari,h. d. & patet intel.

2 tex.¶No.† primo,ꝙ per iſta flumina debent intelligi flumina perpetua. Nã foſſata, q̃ interdum currunt, & interdum nõ,ſub iſtis nõ cõprehenduntur,nec ſunt publica,ſed pertinent ad priuatas ꝑſonas,ut ff.de flum. & ne quid in flumi. pub.l.1.& 2.¶Not.ſecundo,†ꝙ ius piſcandi in mari, & in

3 fluminib.competit omnib.Et ideò licet alienis etiam ad tẽpus triginta annorum habuiſſe piſcationem in aliqua parte maris, non tñ diceretur præſcriptio, ſicut aliqui uoluerunt, ꝑ l. ſi quiſquam,ff.de diuer.& tempo. præſ.Si tñ quis in aliquo diuerticulo maris tanto tempore, cuius initium non eſſet in memoria hominum, exercuiſſet actum piſcandi,uel nauigandi, diceretur ibi habere poſſeſſionem ad tales actus faciendum,ut C.de aquædu. l. uſum & l.diligenter.li.11. Et q̃ uellet illum impedire, teneretᷣ de interdicto uti poſſidetis,ut ff.de iniurijs,l.quiſquam,& ſic Veneti ap-

4 propriant ſibi aliquã partem maris.¶Notan.† tertio,quod

ſi in mari fiat contractus, vel committatẽ delictum, iudicabitur de illo, in proxima ciuitate, vt C. de claſſi. l. 1. lib. 1. & ſi duæ ciuitatis ſint æque propinque, pariter iudicabunt, ut ff. cõmu. diui. l. arbor. Eſt tamẽ. locus præuentionis, ut vult Bar. in l. iuriſperitos. §. cum oriundus, ff. de excuſ. tut. ¶No
5 tandum † quarto, quòd litus dr̃ eſſe maris, quatenus mare quocunque tempore fluit, ſiue in hyeme, ſiue in æſtate, ſed tex. loquitur hic de hyberno fluxu, ideſt, hyemali, quia in hyeme plus excurrit mare, q̃ in æſtate, ut l. litus, ff. de uer.
6 ſign. ¶Not. † quinto, quòd licet inter ripam, & prædiũ, mediet uia publica, tamẽ ripa pertinet illi cuius eſt prædium, ff. de acq. rer. domi. l. Martius. ¶Notandum finaliter, quòd ſi dominus uelit arborẽ in ripa ſituatam abſcindere, & nauta vult nauim ligare, præferẽdus eſt dñs arboris, ut colligitũ ſupra de his, qui ſunt ſui uel alieni iur. §. fi. uer. nec cuiquã. Sed ſi duo uelint ligare, p̃ferendus eſt primo occupans, & ſi ambo ſimul occupent, præferendus eſt ille, qui intentus eſt reipublicę, alteri intẽto rei priuatæ, & ſi ambo in hoc ſint æquales, opus eſt ratificatione, uel negotiũ dirimetur, ſorte, ut ẽt de duob. plauſtris ſibi inuicẽ in uia ſtricta occurrẽtib. dicitur in l. 1. §. interdum, ff. ne quid in loco publico. ¶Opp. contra prędicta, & vr̃, quòd iſte tex. contradicat. §. ęquidem ſupra eo. quia ibi dictũ eſt, quòd littora ſunt cõia
7 & hic dr̃, ꝙ vſus littorum eſt publicus. Sol. † Littora quantum ad vſum ſunt publica, ut hic dr̃, ſed quantum ad proprietatem ſunt cõia, ut in §. equidẽ. Nã cõia cõcedũtur occupãti, ut inf. e. §. itẽ lapilli. Et iõ caſus in littore poſitis fractis, alius poteſt locum occupare, vt vult Bar. l. fi. ff. de vſu. Publica autem nulli conceduntur, uel ſi conceduntur occupanti, tamen non ſunt in uſu omnium gentium per omnia ſicut res communes, quia interdicta ponuntur contra eos, qui aliquid fecerint in eis, in læſionem publicam, ut patet in multis titulis legum, videlicet in tit. ne qui in loco publico, & in fluminibus, in tit. ne quid in flumine.

§. Vniuerſitatis autem.

1 *Vniuerſitatis eſſe, quę dicantur.*

2 *Ciuitas*

2 *Ciuitas quædam habet ad delectationem & ornatum, quædam ad neceſſitatem.*
3 *Ciuitatis quædam ſunt dominio & vſu quædã dominio, & fructu.*

1 Sũmatur ſic.† Ea q̃ ſunt ciuitatis, dominatur eſſe vniuerſitatis, h. d. & patet intell. tex.¶Not, primo, quod dictũ eſt ſupra, §. flumina, de his q̃ ſunt publica oĩum, qualia ẽt ſunt illa, quæ deputantur vſui publico, ſicut sũt uiæ publicæ. Et talia nemo põt ſibi appropriare, & iõ contra iuſtitiã faciũt qui vias publicas claudũt, & ibi exactionẽ faciunt. Sed hic in illo tex. fit mentio de publicis nõ omnium ſed unius populi, vt puta ciuitatis, uel oppidi, & dñr illa eſſe vniuerſitatis, ut etiam dr, C. de ſacroſan. eccl. l. fi.¶Notãdum ſecũdo,
2 † ꝙ q̃dam ſunt in ciuitate ad delectationẽ populi, & ad ornatũ, ut theatra, & ſimilia, & quædã ſunt ad neceſſitatẽ, vt
3 palatiũ, curia cõis, nauigiũ, & ſimilia.¶Not.† finaliter, qđ quædã ſunt ciuitatis, dominio & vſu, vt theatra, & ſtadia, ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. ait prætor. Et quædã dñio, & fructu, ſed nõ uſu, vt fundi, & animalia ciuitatu & ſerui, q̃ ita ſunt ciuium, quòd nullius ſunt, ff. de in ius uoc. l. ſed ſi hac lege, §. qui manumittitur, & de uer. ſig. inter publica, & ff. de contrah. emp. l. ſed Celſus. §. 1.

§. Nullius autem.

1 *Res ſacræ, ſanctæ, & religioſæ in nullius ſunt bonis, & quæ dicãtur (ſacra.*
2 *Rem ſacra nemo poteſt ſibi appropriare.*
3 *Imperatores, olim dicebantur ſacerdotes.*
4 *Res ſacræ immobiles nullo modo alienantur, mobiles ſic.*
5 *Ædificio deſtructo, locus manet ſacer.*
6 *Imperatores, an conſecrent*

Hic ponit quartũ mẽbrum ſcđæ diuiſionis poſitæ ſupra eo, §. 1. Et ſubdiuidit in duas partes. In prima declaratur, q̃ ſunt nullius, q̃a diuini iuris. In ſcđa, ibi, religioſum, decla-
1 rat qualiter res fiunt religioſæ. Prima pars sũmat ſic.† Res ſacræ, sãctæ, & religioſæ sũt diuini iuris, & iõ in nullius bonis. Et dñr res ſacræ quę p̃ põtifices sũt cõſecratæ, ut ædes ſacræ, & donaria ad diuinũ miniſteriũ dedicata, ut crux turibulũ, calices & ſimilia, q̃ q̃dẽ donaria nõ poſsũt alienari

Digitized by Google

nec obligari, niſi propter redemptionẽ captiuorum. Et nemo põt authoritate propria ſacrum facere locum. Deſtructo ẽt ædificio, manet locus ſacer, in quo ſacra ædes fuit. Hoc
2 dicit ¶Not. † primo, ꝙ iſtæ res dicuntur ſacræ, ut hic. Dñr etiam ſanctæ, ut C. de ſacroſan. eccl. l. 1. Dicuntur etiam religioſæ, ut in Auth. vt uener. domus, in prin. coll. 5. Et quia iſtæ res ſunt diuini iuris, & per conſequens nullius, iõ nullus põt ſibi locũ in cœmeterio, vel in eccleſia appropriare, vt vult Hoſt. in c. abolendæ, ext. de ſepul. Dicit tamen ibi, ꝙ aliquis põt habere ſepulchrũ in cœmeterio, uel in eccleſia ſibi deputatum, quo ad vſum, ſed nullo modo quo ad proprietatẽ, ut 13 q. 2. c. Ebron. ff. de relig. & ſump. funerũ l. familiaria. Et põt prohibere, ne alius ibi ſepeliatur, niſi in neceſſitate, ſ. quando ille alius ſepeliri alibi non poſſet. Et eodem modo dicendum eſt de ſcannis, & ſedibus, quibus vtuntur laici in eccleſijs de conſenſu epiſcopi, uel paſtorali, iuxta c. contingit extra de arbit. & c. reliqui, extra de cu
3 ſto. eucha. ¶Notandum † ſecundo, ꝙ Imperatores olim dicebantur ſacerdotes, & dicebantur conſecrare permiſſiue, vt no. in c. uenerabilem, extra de elec. Sed non conſecrant,
4 ut in c. tua extra de decimis. ¶Not. tertio, quòd † res ſacræ immobiles, nullo modo alienantur, ut in Auth. de alienat. & emphyteoſi, §. & quoniam cognouimus, coll. 9. ſicut ſunt ædes ſacræ, vel eccleſia, ſed res ſacræ mobiles, ut cruces, & calices, & ſimilia poſſunt alienari propter redemptionem captiuorum, ut hic dicitur, quia animæ ſunt illis pretioſiores, ut C. de ſacroſan. eccl. l. ſancimus, uel etiam propter debitum ecc. ut in Auth. de alie. & emphyteuſi, §. ſed hoc ẽt coll. 9. vel propter alimenta pauperum, vt 12 q. 2. c. annum. Et de iſta materia late tractat in Auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſan. ecc. q̃ eſt canonizata 10. q. 2. c. hoc ius por-
5 rectum. ¶No. † finaliter, ꝙ deſtructo ædificio, locus manet ſacer, vt hic dicitur. Deſtructo tamen calice, partes nõ manent ſacræ, quia forma calicis non manet, & ſic nihil calicis manet, ut C. de ſacroſan. eccl. l. præterea, ꝙ facit ad hoc, ſi aliquis iurauit ſeruare ſtatuta quæ poſtea mutantur, licet tunc illa non ſeruauerit, non eſt periurus, quia illa ſtatuta,

quæ

Digitized by Google

quæ iurauit ſeruare,non manent. ¶ Opp.primo ſic,& vr,ꝙ illa,quæ ſunt uniuerſitatis,etiam ſunt nullius , & ſic membrū ſupra prox.dicti §.non differt ab iſto.Sol.Illa quæ ſunt uniuerſitatis.poſſunt eſſe & ſunt hominū, nullius ſingularis hominis ſunt. Sed ea,de quibus hic dicitur non ſunt hominum,nec poſſunt eſſe,ſed ſunt in bonis Dei, hominum
6 cenſura ſiue diſpoſitione. ¶Opp. ſecundo, † & uidetur, ꝙ Imperatores poſſunt conſecrare per l. ſacra, ff.de rer.diui. Sol Illa lex vult ꝙ Imperatores dicantur conſecrare , quia permittunt loca ab epiſcopis conſecrari,requiſiti ab eis.

§. Religioſum.

1 *Locus fit religioſus,per mortui illationem,& num. 4. Quid de iure cano num.5.*
2 *Proprietarium licet mortuum ſepeliri,ſine conſenſu uſufructuarij.*
3 *Muri,& portę ciuitatis ſunt diuini iuris.*
6 *Sepelire an quis poſſit in ciuitate,& nu 9.*
7 *Sepeliens mortuum in loco alieno,qua actione conueniatur.*
8 *Dominus aſſentiens ſemel mortuum ſepeliri in ſuo loco , non poteſt conſenſus poſtea reuocare ſanctiones.*
10 *Delinquentes in muros aut portas ciuitatis , capitis pęna plectūtur.*
11 *Leges continentes pęnam,uocantur.*
12 *Seruus an poſſit inuito ſocio,mortuum in communi loco puro ſepeliri.*

1 Locus fit † religioſus per illationem mortui. Et ideo in communi loco puro inuito ſocio.mortuus ſepeliri non pt, ſed in cōi ſepulchro bene pōt mortuus ſepeliri , ſocio inui
2 to. † Ex nudo proprietario non licet mortuum ſepelire , ſine conſenſu uſufructuarij. In alieno autem loco conſentiente domino, poteſt mortuus ſepeliri, & licet ipſe dominus poſt illationem mortui diſſentiat, locus tamen fit reli
3 gioſus.† Res ēt ſanctæ, ſicut muri & portæ ciuitatis ſunt diuini iuris , & iō nullius. Quæ qdem res ideo ſunt ſanctæ , quia in eas delinquentes puniunt,ſicut leges cōtinētes pœnas,uocātur ſanctiones,h.d.& patet intell.tex.¶Nota pri
4 mo,†ꝙ locus quo ſepelitur mortuus,eſt religioſus, etiam ſi ſolum caput ſit ibi ſepultum,quia eſt principalis pars hominis , & eſt id, per quod hō cognoſcitur,ut ff. de religio.

Digitized by Google

& ſumpti, funerum, l. cum in diuerſis. Et ſi caput diuidatur tunc maior pars facit locum religioſum ar. eius quod habetur infra de vulg. ſubſti. §. ſed & ſi ex diſparib. Si uerò partes ſint æquales, dicit Io. neutrũ locum religioſum fieri, ſed per concurſum ſe impedire, vt ff. de le. 2. l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter. Dicunt tñ aliqui vtrumq; locum eſſe religioſum, per l. ſi uia, §. ſed tñ fundo, ff. de ſer. ruſt. præd. Et
5 † iſta dicũtur de iure ciuili, ſed de iure canonico non ſit locus religioſus, niſi per conſecrationẽ põtificis, ut 12. q. 2. c. in eccleſiaſtico, Vbi ẽt dicit gl. quod oẽ ſacrũ eſt religioſum
6 ſed non econtra, vt in c. ad hæc extra, de relig. domib. † De iure etiam ciuili, nullus mortuus põt in ciuitate ſepeliri, ſub pœna quinquaginta aureorum, propter fętores, qui ex hoc in ciuitate proueniunt, ut ff. de ſepulc. violato l. 3. §. diuus. Secus aũt eſt de iure canonico qui alio iure quilibet Chriſtianus mortuus non in excõicatione, uel peccato mortali notorio nõ ſolũ in ciuitate, ſed in cœmeterio, & in eccleſia
7 põt ſepeliri, vt 13. q. 2. c. nullus. ¶ No. † ſecundo, quod ſi aliquis ſepeliat mortuũ in loco alieno conuenitur actione factũ de ſepulchro violato, ut mortuum remoueat, aut pretiũ egri ſoluat, & ſi dñs, pretiũ receperit, fit locus religioſus, ut ff. de religioſis & ſump. fu. l. is qui. Sed ſi quis doloſè mortuum ſepeliat in alieno loco, punitur pœna centum aureorum, uel decem librarũ auri, uel pęna deportationis, uel ẽt pœna capitis, ut ff. de religioſis l. 1. ff. prætor, & C. de ſepu.
8 uiola. l. qui ſepulchrum, ff. de ſepul. uio. l. fi. ¶ No. † tertio, ꝙ ſi dominus loci ſemel conſentiat ſepeliri mortuum in loco ſuo licet poſtea diſſentiat etiam antequã mortuus eſt ſepultus, nihilominus põt mortuus ibi ſepeliri, & locus fit religioſus, vt ff. de aqua pluuia arc. l. in diem, quia nõ põt uideri iniuriam accipere qui ſemel uoluerit. ¶ Notan. † quarto
9 quod non ſolum muri, & portæ ciuitatis Romanæ, ſed etiã aliarum ciuitatum, & caſtrorum ſunt ſancti, & diuini iuris, ut ff. de rer. diuiſi. l. ſacra, §. muros. Et non poteſt priuata perſona aliquid in eos facere, quãuis uniuerſitatis hoc poſſit, vt C. de operib. publicis, l. intra, & l. omnes. ¶ Notan-
10 dũ † quinto, quòd delinquentes in muros, uel portas ciuitatis,

tis, id eſt, tranſeuntes vel frangentes puniuntur ſicut fuit de Remo fratre Romuli, vt ff. de rer. diu. l. fi. Vnde Lucanus.

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Et hoc pœna capitis, ut hic, & C. de legi. conſtitutio. l. non
11 dubium. ¶ No. † finaliter, quòd leges cõtinentes pęnã, uocã tur ſanctiones large tamen omnis lex Imperialis uocatur ſanctio, vt C. de nouo Codice conficiendo, ibi colligentes. Et largiſſime tota collectio iuris ciuilis dicitur ſanctio, in
12 procemio Digeſtorum, in prin. ¶ Opp. † primo contra prædicta, & videtur, quòd ſocius inuito ſocio, poſſit mortuum in communi loco puro ſepelire, per l. ſi plures, ff. de religi. & ſump. funerum. Solu. Illa lex dicit, quod ipſemet ſocius mortuus põt ſepelliri in communi loco, inuito ſocio, in neceſſitate. i. ſi alibi ſepeliri non poſſit. Extraneus tamen ibi nullo modo ſepeliri poteſt, vt hic dicitur, ſed in communi ſepulchro bene põt mortuus ſepeliri inuito ſocio, quia non eſt ſimile de loco puro, & ſepulchro, quia ſepulchrum eſt religioſum, & ita hoc fit fauore religionis. Oppon. ſecundo, & uidetur, quòd nudus proprietarius ſine conſenſu vſufructuarij, poteſt mortuum ſepelire per l. 2. ſi vſusfructus, ff. de religioſi. Solu. Illa lex dicit, quòd hæres poteſt ſepelire teſtatorem, qui vſumfructum legauit, ẽt inuito uſufructuario, & ita caſus eſt ibi ſpecialis ratione gratitudinis.

§. Singulorum.

1 *Res quædam fiunt ſingulorum iure gentium, quædam iure ciuili.*
2 *Ius gentium quam late pateat.*
3 *Ius naturale ſæpe uocatur ius gentium, & econtra.*
4 *Res nullius fiunt uarie.*
5 *Dominus quando poſſit prohibere ne quis cauſa uenandi aut aucupandi fundum ſuum ingrediatur. Et quando non.*
6 *Animal ſi quis quod capiat in fundo prohibitio fit capientis, & nu. 10. Sed domino competit actio.*
7 *In libertate naturali quando quid dicatur eſſe.*
8 *Beſtia vulnerata an ſit vulnerantis.*
9 *Animalia an & quæ liceat capere per laqueos, & retię.*
11 *Reſpiciendum an & quando ad ea, quę accidere poſſunt.*

Hic conſequenter fit proſecutio quinti membri ſecũdæ

Digitized by Google

diuiſionis ſupra poſitæ, §. j. Et diuiditur iſta pars in 13. particulas In prima declaratur qualiter res fiunt ſingulorũ occupatione. In ſecunda ibi, item ea, quæ ab hoſtib. qualiter res acquirunt̃ captiuitate. In tertia ibi, præterea, qualiter acquirũtur alluuioné. In quarta ibi, cum ex aliena, qualiter acquiruntur cõmiſtione. In quinta ibi, cum in ſuo, qualiter ędificatione. In ſexta ibi, ſi Titius, qualiter acquiruntur plãtatione. In ſeptima ibi, litteræ qualiter litterarum impoſitione. In octaua ibi, ſi quis ãt in aliena, qualiter picturarum formatione. In nona ibi, ſi quis aũt, qualiter cultura. In decima in theſauros, qualiter inuẽtione. In undecima ibi, per traditioné, qualiter acquiruntur traditione. In duodecima ibi, uẽditæ, qualiter emptione. In tertiadecima ibi, hoc amplius, qualiter res acquirũtur tactu. Prima particula declarat primo, de occupatione aĩaliũ in gñali. Scđo ibi, apũ de occupatione apũ. Tertio ibi, pauonũ, fit declaratio đ pauonib. Quarto ibi, ceruos tractatur de ceruis domitis. Quinto ibi, gallinarũ, tractat̃ de dñio gallimarũ]& an ferũ.

1 † Prima particula ſumatur ſic. Quædã res fiunt ſingulo iure gẽ. & quædã iure ciuili. Et quia ius gen. quod cum genere humano incedit, vetuſtius eſt iure ciuili, quod tũc primo incepit, qñ homines inceperũt ciuitates ædificare, iudices facere, & leges ſcribere, idcirco de iure gent. prius eſt dicendũ.

2 † Et illo iura feræ, beſtiæ, uolueres, piſces, & oĩa aĩamalia, q̃ in mari, & in aere, & in terra naſcuntur, fiũt occupantium, ſiue in ſuo ſiue in alieno fundo capiãtur. Põt tñ dñs funde ꝓhibere, ne quis uenandi ſeu aucupãdi cã, fundũ ſuũ ingrediatur, ſi hoc ꝓuiderit. Et aĩal captũ manet capiẽtis, quadiu eſt in eius cuſtodia quod ſi euaſcerit, & in naturalé libertaté ſe receperit, deſinit eius eſſe, & fit occupãtis. Tunc auté dicitur naturaliter libertatem hẽre qñ oculos capiatis effugit, hoc eſt, nõ uidetur ab eo, uel difficilis eſt eius perſecutio. De beſtia uulnerata dixerũt aliqui eã eſſe uulnerantis quãdiu eã ꝑſequitur, ſed poſtquam deſinit ꝑſequi efficitur occupantis. Alij dixerunt eam nõ eſſe uulnerantis, niſi qñ capta eſt. Et iſtam ſententiam ultimam confirmat. Iuſtinianus, quia licet vulnerata ſit tñ poſſũt multa accidere q̃ nõ

capiatur

capiatur a vulnerante,h.d.vſq; ad §.apum.Et pàtet intel.
3 tex.¶Not.†primo,ꝙ ius naturale, ſæpe vocatur ius gẽtiũ, vt hic, & ãt econtra Et ad hoc iſte.§. cõiter allegatur. Nã ius gentiũ eſt,vt hic capitur, qđ naturalis rõ dictat, vt ſupra de iure naturali,gentiũ,& ciuili §.qđ verò.Sic etiam capitur ius naturale,ſupra.eo.tit. §. equidem. Et eſt iſtud ius gentiũ uetuſtius iure ciuili,vt hic in tex.Et ideo quia prius ſenectus ſemper eſt veneranda, vt ff.de iure immunita.l.
4 ſemper. ¶Notadum † ſecundo, ꝙ res ſunt nullius, multis modis. Primo natura,vt hic in §. feræ. Secundò, facto,ut infra eod.§.hoc amplius.Tertiò, tempore.ut ff.de acq.rer. domi.l. nunquam. §.theſauros. Et ſunt iſtæ tres occupantium, niſi ꝙ dominus fundi recipit medietatem theſauri, vt infra eo.§.theſaurus patebit. Quarto, cenſura, vt ſupra eo.§.nullius.Quinto caſu,vt eſt hæreditas iacens, non adita,quæ obtinet locum domini, ut infra de ſtipula. ſeruo.in prin.Sexto,culpa,vt de ſeruo ægrotante expoſito,vt C. de lati,libert.tollen.l.vnica.§.ſancimus. Septimo,naturali cõſtitutione,vt de libero homine, vt ff.de verbo.oblig. inter ſtipulantem, §. ſacram. Et iſtæ res non fiunt occupantium.
5 ¶No.tertio,†ꝙ dñs fundi põt prohibere, ne quis cã uenandi,vel aucupandi fundũ ſuũ ingrediatur,ut hic in §.planò. In quibuſdã tñ caſibus non põt ꝓhibere ingreſſum.Primò ſi quæratur ſeruus fugitiuus. ut C. de ſeruis fugiti. l.1. vel ẽt. ſi quæratur filius,vxor, vel monachus, vt dicit Cy.in d. l.1.Secundo,ꝑ glandes legendas, vt ff de glan.legen.l.j. Tertio, ꝑ pecuniam ibi abſconditã,vt ff.ad exhibendum. theſaurus. Quarto, ſi quis emit uindemiam, quam venditor tollere prohibet, vt ff.de actio emp. & vend.l.qui pendente. Quinto, ſi quis habet ibi ſepulchrum,ut l. ſi quis ſepulchrum, ff de religioſis & ſumpti funerum Sexto, ſi via ſit fracta., & non tranſibilis,vt ff. quemadmo. ſerui.amittatur,l.ſi locu. Et ſi aliquid habeat ſigna,ꝙ res ſua ſibi capta eſt in aliqua domo, poteſt authoritate iudicis, contra uoluntatem domini domus, intrare domum, & quærere rem ſuam in cameris & in ciſtis, vt ff. de ſeui.ruſt. prædio.l. di
6 uus. ¶Notandũ † quarto, quod licet dominus fundi poſſit
pro-

prohibere ingreſſum, ſi tamen poſt prohibitionem aliquis in illo fundo capiat aliquod animal, fit ſuum, vt ff. de ſerui. ruſtic. prædio. l. diuus. Sed poteſt dñs agere de iniurijs, vt ff. de iniu. l. iniuriarum §. ſi quis. & aliquod aíal ſit in laqueo uel in rete alicuius, non eſt illius, cuius eſt laqueus, uel retis donec ſit in conſpectu ſuo, taliter qđ euadere non poſſit, facit l. in laqueũ ff. de acq. pe. de. ¶ Notãdũ quinto.
7 † ꝙ aliquid dr̃ eſſe in ſua naturali libertate, qñ euaſit cuſtodiam occupantis, ita ut difficilis, uel impoſſibilis ſit eius perſecutio, uel apprehenſio, conſiderata natura animalis, quia. ſ. volat, vel velociter currit, nõ aũt conſiderata poſſibilitate, q̃ eſt apud Deũ; cui nihil eſt difficile, uel impoſſibile, & ex iſto patet, ꝙ ſi aliquis detentus vel captus declaratus ſit per ſniam relaxandus, non ſufficit ad ſatisfaciẽdũ iudicato eũ dimittere, & ſtatim iterũ capere, ſed dẽt eſſe i libertate, ita, quod effugere poſſit & uult Bar. in l. 3. ff. de acq. rer. domi. facit c. cum locum extra de ſponſ. ¶ Notan.
8 † ſexto, ꝙ ſcđa opinio hic poſita de beſtia vulnerata, eſt verior, vt hic & ff. de acq. re. do. & l. 5. eo. §. illud l. ſi in laqueũ quia multa poſſunt accidere, ut non capiat, ut hic, & C. de proba. l. neq. naturalẽ. Et reſpiciendum eſt ad ea, quæ accidere pñt, vt ff. locati. l. ſi quis domum. §. idem quærit, conſuetudo tamen eſt de prima opinione, ut in gloſ. in l. 3. de acq. re. do. Et conſuetudo venatorum in iſtis eſt attendenda ut ff. de ædil. edic. l. qui ſi nolit. §. quia aſſidua. Eſt enim gl. in d. §. quæ eſt notabilis, & adiuncta textui argumentũ eſt ad hoc, quod contractus dubij recipiunt modum, & formã
9 a conſuetudine. ¶ Notandum † fialiter quod non licet aíalia capere per laqueos & per retia, niſi fuerint vrſi, vulpes, vel lupi, & ſimilia, ut in Auth. de pace retinenda §. nemo
10 retia. colla. 10. ¶ Opponitur † primo contra prædicta, & ut quod ingrediens fundum alienum contra prohibitionem domini fundi, non facit animal ſuum, quod ibi capit, per l. ſi fundum, & per l. certum, C. de rei uendi. Solut. Illæ leges loquuntur in his, in quibus requiritur bona fides, quæ tollitur per prohibitionem, ſed ſic non eſt hic, quia ad capiendum huiuſmodi animalia, non requiritur bona fides,

ſed

Digitized by Google

11 ſed ſimpliciter fiunt occupãtium. Oppo.†ſcđo, & vr̃ quod eſt reſpiciendum ad ea, quæ accidere pñt, per l.eo tpe ff.de peculio. & per l. 1.ff.de in li.iuran. Solu. Reſpiciendum eſt ad ea, quę accidere pñt, ſi apta nata ſunt accidere, ut hic dr̃, non aũt ad ea, quæ non ſunt apta nata accidere, ut in legib. contrarijs. Nã in l.alleg. euentus eſt impoſſibilis, cum nihil ſit in peculio. Et in alia lege nõ dẽmus inſpicere qđ euenire põt, ſi ad id non eſt res naturaliter deſtinata, alias ſecus.

§. Apum.

1 *Apes licet ſint in arbore tua, non ſunt tua.*

2 *Alueus.*

3 *Examen apprehendens, quo caſu poſſit iuſte ipſum retinere.*

1 Summatur ſic, †Ex quo natura apum eſt fera, iõ licet ſint in arbore tua nõ ſunt tuæ, ſicut nec uolucres, quę in arbore tua nidificant, antequã includãtur in alueo tuo. Et iõ fauus quẽ faciunt, eſt occupantium. Põt tñ prohiberi a domino fundi, ne alius fundum ingrediatur ad colligendũ apes. Et examen, qđ ex alueo tuo euolauit, eſt tuũ, quamdiu manet in cõſpectu tuo, & nõ eſt difficilis eius apprehẽſio, alias fit

2 occupãtis. Hoc dicit, & patet intel.tex. ¶No.† primo, quod alueus, capitur hic ꝓ vaſculo, in quo apes morantur. Aliqñ tñ ẽt capitur pro loco, vbi flumen currit, ut infra eo.§.inſula. Sic examen aliqñ capitur pro probatione, uel iudicio, vt C.de aduoca.diuerſo.iudicio.l.neminẽ, ſed ſic non capitur hic, ſed pro uniuerſitate, uel collectione apum. ¶Notãdum

3 † ſecundo, ꝙ apprehendẽs examen, qđ eſt extra conſpectũ domini, & cuius difficilis eſſet perſecutio, iuſte poteſt ipſum retinere, nec furtum committit, ut ff.de fur.l.ſi apes.

§. Pauonum.

1 *Pauonum & columbarum natura fera eſt. Quid de ceruis, an fiant occupantium.*

2 *Animalia ſunt in triplici differentia.*

3 *Homo iudicat ex exterioribus.*

1 Natura † pauonum & columbarum eſt fera, nec obſtat quod euolare & reuolare ſoleat, quia hoc ẽt apes faciunt, quæ tamen ſunt feræ. Et quidam ſunt etiam cerui, qui vadunt

dunt & redeunt, qui tñ ſunt feri. Et de iſtis aĩalibus eſt ta lis regula, ꝙ quãdiu habent conſuetudinẽ redeundi, tãdiu manent dñorum, ſed poſtq̃ talẽ conſuetudimem deſerunt. fiunt occupantiũ. h. d. & pat. intel. lex. vſq. ad §. gallinarũ.
2 ¶Not. † primo, ꝙ triplicia ſunt animalia. Quædã ſunt natu raliter mãſueta, de quibus eſt talis regula, quod vbicunq. ſunt manent dñorũ, ut infra eo. §. proximo. Quædã sũt na turaliter fera, de qbus eſt talis regula, quod fiũt occupatiũ qñ ſunt in naturali libertate, vt ſupra eo. § feræ, & §. illud & §. apũ, & §. examen. Et q̃dã ſunt naturaliter fera, & acci dẽtaliter mãſueta, de qbus eſt talis repula, qđ manẽt dño rum, quandiu habent conſuetudinem redeundi, ut in tex. &
3 ff. de acq. rer. dom. l. naturalem. ¶Notandũ † ſecundo, quod iudicium de interioribus facit homo per exteriora, ut ff. de edi. edic. l. ſi tñ, quia ſolum Deus iudicat de interiorib. per ſe. ff. de interroga. actio. l. 2. Et ideo teſtis ſolum deponit de exterioribus, & quæ per ſenſum exteriorem percepit, ut notatur in l. is qui. ff de tuto. & curato. da. ab his.

§. Gallinarum.

1 *Gallinarum & anſerum fera non eſt natura, dominorum manent in quocunque ſint loco*
2 *Gallina & anſeres, an poſſint detineri animo lucrandi.*
3 *Furtum, etiam in modico committitur, & nu. 4.*
5 *Actio extraordinaria, non datur de modico.*

1 Gallinarum † & anſerum non eſt fera natura, licet aliquę gallinæ & anſeres ſint feræ, & ideo gallinæ, & anſeres manent dñorum in quocunq. loco fuerint. Et qui illa animalia detinet animo lucrandi committit furtum, h. d. & patet intel. tex. uſque ad §. item ea quæ ab hoſtibus. ¶Notandum
2 ꝙ † illa animalia poſſunt detineri animo lucrandi, ideſt, ad habendum oua pennas uel plumas, & nõ committitur furtum in illis, niſi ad ſit animus lucrandi, ut hic, & ff. de fur-
3 tis. l. 1. § fi. Committitur † autem furtum in modico, imo in uno ouo vt ff. de pœnis. l. aut facta. Et datur ẽt actio furti de modico, ut ibi. Sed dolus cõmittitur bene in re modica, ſed actio de dolo non datur, niſi ad minus de duobus aureis

ueis,ut ff.de dolo.l.ſi oleũ.§.fi.Et tñ eſt ſm gl.hic,quia fru tum frequẽter cõmittit,& non dolus.Sed iſta rõ nõ eſt ſufficiens.ex quo in oĩ furto eſt dolus,ut infra de obl. quę ex delic.naſcuntur.§.furtũ. Sed rõ uera eſt,quia actio de dolo datur ad reſcindẽdum ea,quę ex conſenſu inita ſunt, & tales actionem nõ dant ꝓ minimo,l. Seio.ff.de in inte.reſt.Et ex iſto patet,qđ lex hic curat de modico, q̃a de uno ouo,
4 uel de pẽna.Et rõ † eſt,q̃a actio furti eſt actio ordinaria,quę datur de modico,ff.de dã.infec.l.ſi ꝓprietarius.Et iõ creditor põt uendere pignus, ſi modicum deficiat ſibi de debito,
5 vt C.de diſtract.pigno.l.quandiu.† Sed actio extraordinaria non datur ſic de modico,ut ff.commodati.l. in reb. §. poſſunt, vbi dr̃,quòd ſi aliquis ſeruo, quem habuit accommodatum,dedit alimenta,non debet illa modica repelere a commodante, ſeu domino ſerui,vt ff. de damno infecto. l.ex damni in prin. Et iudicatur eſſe modicum arbitrio iudicis,ut ff.de impenſis in rebus dotalibus factis l.omnino.

§.Item ea,quæ ab hoſtibus.

1 *Capta ab hoſtibus fiunt capientium iure gentium,limit.4.*
2 *Hoſtes,qui.*
3 *Hoſtium manus qui euaſit animo,& corpore eſt liber.*

1 Ea † quæ capiuntur ab hoſtib.iuregentium fiunt capientium,ita ut liberi hoĩes efficiantur eorum ſerui,qui tamẽ ſi manus capientiũ euaſerint,iterum liberi fiunt.h.d. ¶Notã
2 dum† primò,ꝙ illi uocantur hoſtes, quibus populus Romanus bellum indixit,ut ipſi populo Ro. ut ff.de capti.&
3 poſtli.reuerſis,l.hoſtes.¶Notandum† ſecundo,quod poſt q̃ captus ab hoſtibus,euaſit manus eorum, aĩo & corpore eſt liber,ut ff.de capti.l.nihil,& ff. de uerb. ſign.l. hoſtes,& l. quos nos hoſtes.Et recipit libertatem iure poſtliminij, ut ſupra quib.modis ius patriæ ptãtis ſoluitur,§.ſed ſi ad hoſtibus Et intelligitur iſte §. in iuſto bello, de iſto dictũ eſt ſupra latius circa prædictum.§.ſed ſi ab hoſtib. ¶Opponitur ſic,& uidetur, quod laſtẽ hoĩes non fiunt capientium, hic dicitur per Bar.in l.diuus.ff.de iure fiſci. Solut. Barto.
4 † loquitur ibi qñ homines capiantur cum uniuerſitate , vt

quan-

qn̄ capitur una ciuitas, tunc. n. ibi hoīes non fiūt capiētiū, Sed iſte §. intelligitur, quando homines ſingulariter capiū tur, & non quando tota ciuitas in deditionem accipitur.

§. Item lapilli.

1 *Lapilli, gemmæ & inuenta in littore maris, ſunt inuentoris.*
2 *Lapilli quid, quid gemma, quid margarita.*
3 *Inuenta in littore maris, non acquiruntur per viſionem.*
4 *Item particula quomodo accipiatur.*

1 Lapilli † & gemmæ & cætera, quæ in littore maris inueniuntur, fiunt inuentoris. Hoc dicit, & patet intel. tex. uſq.
2 ad. §. item ea quæ. ¶ Not. † primo, ꝙ lapilli ſunt lapides prætioſi, non relucentes, ſiue ſplendentes. Sed gemmę ſunt lapides prætioſi renitentes, ſicut ſmaragdus; margaritæ aūt communiter naſcuntur in conchis, & hoc frequenter in mari rubro, ut ff. de au. & arg. leg. l. & ſi nō ſint. §. perueniamus, & l. 1. eo. ¶ No. ſecūdo, quòd ius naturale intelligitur
3 hic ius gentium, ut ſup. eo. §. ſingulorum. ¶ Notan. † tertio, quod iſti lapilli & gemmæ & cætera, quæ in littore inueniuntur non acquiruntur per ſolam uiſionem, ſed per occupationem uel per apprehenſionem ſm̄ Azonem, quod patet ex vicinitate iſtius materiæ, quæ eſt in hoc §. ad præ-
4 cedentes materias, quia iſta dictio † item, poſita copulatiue, ſeu in eadem oratione vel ea. materia, refertur ad clauſulas præcedentes, ut ff. de teſt. l. hæredes. §. ſed & ſi notan. ſed qn̄ ponitur in alia materia, tunc capitur continuatiuè, vt ff. de ui bon. rapto. l. prætor ait, §. erit, & de iſta dictione item, latius hr̄ per gl. & Bar. in l. in repetendis, ff. de leg. 3. Sed aliud eſt de theſauro, qui fit primo uidentis & inuenientes, & nō acquiritur occupāti, ut infra eo. §. theſauros dicitur, & facit l. eum, qui ff. de iureiuran.

§. Item ea, quæ ex animalibus.

1 *Nata ex animalibus dominio tuo ſubiectis, fiunt tua.*
2 *Acceſſio eſt duplex.*
3 *Animalia rōnalia, & irrationalia, acceſſione an & cui acquiratur.*

Continuatur ſic: Nam prius dictum eſt qualiter res ſingulorū acquiruntur per occupationem. Hic conſequenter tracta-

tractat̃,qualiter res acquiruntur per acceſſionẽ.Et primo, per acceſſionẽ diſcretã,ut hic.Secundo,per acceſſionẽ concretã,in proxi infra.ſ.p̃terea. Summatur ergo p̃ſens §. ſic.

1 †Ea quę naſcuntur ex aĩalibus dñio tuo ſubiectis, fiũt tua h.d.¶¶No. primo,quod hic §.continuat̃ p̃cedentibus, q̃a pręcedentib.dictum eſt,qualiter res acquiruntur per occupationẽ.In iſto uero incipit oñdere,qualiter res fiunt alicu

2 ius per acceſſionem. Et quia † acceſſio eſt duplex.ſ.diſcreta & cõcreta, iõ in iſto determinatur de acceſſione diſcreta,& in ſequenti de concreta.Dr̃ autẽ diſcreta qñ ſunt duę res a ſe inuicem diſcretę,ſicut ouis,& agnus,gallina & pullus. Cõcreta uero eſt qñ una terra alij additur per alluuionem. ¶Notandũ ſecundo, quod iſtud eſt uerum tã in aĩalibus rõnalibus,ut in ſeruis, ut ſupra de iure perſonarum.§. ſerui ſecundo , quam in aĩalibus irrationalibus ut ff. de rei uend.l.ſi frumentum.§.idem ſcrbit. Et intelligitur iſtud de acceſſione de aĩalibus fœminini generis,ut C.de rei uẽd.

3 l.partum,quia partus ſequitur ṽtrem.¶No. † tertio,quod iſta animalia ſaltem irrationalia, non ſolum acquiruntur dño,ſed ẽt quaſi dño,ut ff.de acq.rer.domi. l. bonæ fidei. Sed animalia rationalia nata bene acquiruntur dño, ſed non quaſi dño,quia non ſunt in fructu,ut inf.eo.§.in pecudum.& §.ſed ſi uxor,infra de leg.not.vlt. ¶Opponitur ſic, & vr̃,quod animal natum non ſequatur animal fœmininũ, ſed maſculum, ut C. de agri. & cenſi. l. ne diutius lib. 11. Sol.Speciale eſt in agric. & cenſitis,ut partus ſequatur patrem,ſed quod hic dicitur,eſt regulare.

§.Præterea.

1 *Alluuione adiectum agro tuo,iure gentium tuum eſt,& nu.3 .lim. (nu.8.*
2 *Alluuio,quid.*
4 *Perito cuilibet in arte ſua,ſtandum eſt.*
5 *Actio an, & qua competat ſi aliqua pars terræ per vim fluminis alteri fuerit adiecta & vnita & nu 6.*
7 *Flumina vicem iudicum tenet.*

Hic iã conſequenter tractatur, qualiter res acquiruntur

1 per acceſſionem concretam. Et ſummatur iſte § ſic: † Illud

lud quod per alluuionem agro tuo adijcitur, iure gentium
2 tuum eſt. Et † eſt alluuio incrementum latens. Nam quod per alluuionem adijcitur, ita paulatim adijcitur, quod non percipitur, quantum quolibet temporis momento adijciatur. Hoc primo. Sed ſi per vim fluminis pars tui prędij uicini tui prædio adijciatur, manet tua, niſi fuerit ex longo tempore illi prædio vnita, uel arbores cum illa parte terrę adiectę egerint radices in fundum vicini tui. Hoc dicit ſecundo, & patet in tel. tex. vſque ad §. inſula. ¶ Notandũ pri-
3 mo, † ꝙ ſi aliqua pars terrę inarborata vel vineata, per vim fluminis alteri adijciatur, non accedit illi terrę, cui adijcitur, niſi fuerit vnita, & arbores radicatę, ut ff. de dam. in-
4 fec. l. hoc amplius. Et † an terra ſit unita vel non, vel arbores radices egerint, vel non, ſtandum eſt iudicio ruſticorũ, qui de hoc habent notitiam, ut in Authen. de non alienan. aut permutan. §. quod autem dictum eſt, col. 2. Sic etiam ſtandum eſt cuilibet in ſua arte, ut obſtetricibus, an mulier ſit corrupta vel non, ut ff. de uent. inſpicien. l. 1. in prin. Sic etiam ſtandum eſt chirurgicis, an vulnus ſit mortale, uel an cicatrix ſit permanſura, ut in c. ſignificaſti, extra de homic. Et de menſura agrorum, ſtandum eſt menſoribus, ut ff. ſi mẽſor falſum modũ dixerit. l. 1. Sic æſtimatoribus, reipublicę, ſtandum eſt in ęſtimatione rerum, ut C. de ſec. nup. l. hac edictali, §. is illud, & ſi iſti fraudem fecerint, corriguntur
5 a iudice, ut ff. qui ſatiſd. cogan. l. arbitrio. ¶ Not. † ſecundo, ꝙ qñ aliqua pars terrę ꝑ uim fluminis alteri eſt adiecta & vnita, dixerunt aliqui ꝙ dñs illius terrę poſſet agere de dam. infec. Sed hoc non placet gl. hic, & dicit, ꝙ dēt agere actione in factũ ad æſtimationē dãni, ut ff. de rei vendi. l. in rē. Sed hæc opinio gl. ēt nõ placet doct. q̃a ad iſtã terrã repetendã nulla actio datur, ex quo ꝑditũ eſt dñium, ut in l. ergo §. alluuio. ff. de acq. re. domi. ¶ Opponitur primo contra ꝑdicta, & vr, ꝙ illud, quod adijcitur agro ꝑ alluuionem non fiat eius, cuius eſt ager, per l. in agris. ff. de acq. rer. do. Solu. Illa lex loquitur de agris militibus aſſignatis a principe in quibus alluuio locum non habet, quia ſunt limitati. Ex quo etiam patet, ꝙ diœceſes vel parochie habentes

certos

certo limites, non augent per acceſſionem, facit c. ſuper eo. extra de parochijs. Limites etiam dioeceſium non poſſunt præſcribi,
6 ut c. quia iudicante, ext. de p. c. ¶ Opp. † ſecundo, & videtur quod ille, de cuius agro pars adiecta eſt alteri agro & vnita, poteſt agere de da. infe. per l. ſi frumentum, §. de arbore, ff. de rei vend. Sol. Illa lex loquitur de dāno, quod euenit facto hois. Hic aūt loquitur de damno qđ euenit ut fluminis, unde cōquera tur de flumine, & ſicut ſibi abſtulit hodie, ita ſibi cras pōt reddere, & ſic nullam actionem habebit prior dominus,
7 ar. l. ergo, §. alluuio, ff. de acq. rer. do. † Flumina. n. vicem iudicium tenent, quia dant, & auferunt dominia, l. ergo §. alluuio, ff. de ac. re. do. in uer. iuris l. adeo. §. inſula. eo. ti.

§. Inſula, quæ in mari.

1 *Inſula nata in mari ſit occupantis. Et quid in flumine, & nu.* 4.
2 *Inſula, quid.*
3 *Inſula ſi ſit in medio fluminis, vnde petendum iudicium.*
5 *Latitudo in dimetienda inſula, debet accipi ad frontem agri.*
6 *Fluuius ſi dimiſſo nouo alueo, reuertatur ad priorem, nouus alueus quorum ſiat.*

1 Summatur ſic. † Inſula nata in mari, quod raro accidit, fit occupantis. Hoc primo. Sed inſula nata in flumine, quod frequenter accidit, ſi ſit in medio fluminis, pertinet illis, qui ab utraque parte fluminis habent prædia, ſecundum proportionem latitudinis prædiorum. Hoc ſecundo. Sed ſi ſit propinquior vni parti, tunc pertinet illis, qui ab illa parte habent prædia. Hoc tertio. Et ſi flumen diuidatur ſuperius, & inferius iterum vniatur, terra incluſa per modum inſulę, manet eius uel eorum cuius uel quorum prius erat. Hoc quartò. Et ſi flumen conſuetum ſuum alueum derelinquat, & ad aliam partem fluat, derelictus alueus fit illorum, qui prope ripam illius aluei habent prædia, & nouus alueus fit publicus. Hoc quinto. Sed ſi flumen ad priorem alueum redeat tunc nouus alueus fit illorum qui prope ripam habent prædia. Hoc ſexto. Et ſi totus ager inundatus ſit, nec ſpecies commutata, recedente aqua, manet ager eius, cuius fuerat. Hoc dicit ſeptimo, uſque ad §. cum

Digitized by Google

2 ex aliena, & patet intell. tex. ¶ Not. † primo, ꝙ inſula dicit eſſe terra circūdata aquis, ff. de ac. rer. do. l. inſula, uel dr̄ eſſe domus poſita in mari falſo, ſm Iſid. vel quælibet domus, vt ff. de eo, quod certo loco dari opor. l. 3. §. ſi quis inſulā.
3 No. † ſecundo, ꝙ ad ſciendum, an inſula ſit in medio fluminis, ut dicit Azo. in ſumma, debet accipi corda, & aſſignari
4 punctus. Et † ſi inſula punctualiter ſit in medio, diuiditur æqualiter inter eos, qui hēt prædia ab utraque parte, ſalua tñ proportione latitudinis vniuſcuiuſque prędij, qñ plures hñt prædia ab una parte. Sed ſi inſula non ſit punctualiter in medio pro parte tñ eſt in medio, dēt diuidi ad ſm proportionē ab utraq; parte. Sed ſi totaliter ſit ab una partę, tunc hñtes prædia ab alia parte nihil debent habere, ut ff. de acq rer. do. l. inter eos, & l. ſeq. Ex iſto ēt patet, ꝙ qñ naſcitur quod de aliqua terra, ad quā ciuitatē pertineat, adiudicabitur propinquiori. Et ſi ſint duæ æquæ propinq; adiudicabitur ambabus, ut no Doc. in l. adeo, ff. de ac. re. do. Facit illud ad cognoſcendum, qñ ædificatur aliqua domus in loco, ubi prius non fuerat domus, ad quam parochiam debeat pertinere, ut ff. de leg. 1. l. Titij textores, facit ſup. no.
5 2. §. flumina, eo. ti. ¶ No. † tertio, ꝙ iſta latitudo dēt accipi ad frontem agri. Et ſic quilibet debet habere partem in inſula ſm proportionem latitudinis præcij ſui prope ripā, ut
6 ff. de ac. ce. eo. l. inſula, & adeo §. inſula. ¶ Not. finaliter, † ꝙ quando fluuius dimittit nouum alueum, & reuertitur ad priorem, tunc nouus alueus ſit illorum, qui ibi prædia hñt prope ripam, ut hic dicitur, quod uerum eſt de ſtricto iure. ſed non de æquitate, ut ff. de ac. re. do. l. adeo, §. inſula, in fi. uide gl. ibi, in uer. ſed uix. ¶ Opp. primo, ſic, & vr̄, ꝙ de inſula, quæ eſt in mari, non deberet ius ſtatui, quia hoc accidit raro, ut hic dicitur. Sed iura dantur de his, quæ frequenter accidunt, ut ff. de legi. & ſenatuſconſ. l. nam ad ea. Sol. Dicitur ibi, ꝙ iura potius dantur de eis quæ frequenter accidunt, quam de alijs. per quod non negatur, quin etiam dentur de alijs quandoque. ¶ Opponitur ſecundo, & videtur, ꝙ ager inundatus non manet dñi, per l. 1. §. ſi foſſa, ff. de fluminibus. Solu. Illa lex loquitur, quantum ad uſum, uel

loqui-

1 etiam alijs locare. Hoc dicit. ¶ Notandum, † ꝙ ius habitationis conuenit cum uſufructu, quia poteſt ille qui habet habitationem, eam alteri locare, ut C. de uſufructu l. cum antiquitas, ſed differt ab uſufructu, qa habitatio ſolum finitur morte, ut ff. de eo. l. ſi habitatio. Et ratio eſt, quia ſine

alimẽtis & habitatione uiuere non poſſumus, & ideò ibi nõ reſpicitur fictio iuris, ſed ſolum factũ, ut l. legatũ. ff. de capitis diminutione. Et cõuenit habitatio cũ uſu, quia legatũ utriuſq. eundẽ habet effectu, ut ff. eod. l. ſi habitatio, ſed
2 differt a uſu, quia locari poteſt, ut hic dicitur. Et † cõuenit cũ utroq. q̃a conſtituitur in ultimo uolũtate pactionib. & ſtipulationibus, ſicut vſusfructus & uſus. Conuenit ẽt cum eis, quia non tranſmittitur ad hæredes, ut ff. eod. l. ſi habitatio. §. ad hæredem, & differt ab utroque ſimul, quia conſtituit ſolum in domibus, ſed vſusfructus & uſus etiam conſtituuntur in alijs rebus, vt C. de vſufructu. l. cum antiquitas.

§. Hæc de ſeruitutibus.

Quæ dicta ſunt de ſeruitutibus, vſufructu, vſu, & habitatione, ſufficiunt de hæreditatibus & obligationibus ſuis lo cis dicetur. Cum igitur modo viſum ſit, qualiter res acquiruntur iure gentium, conſequenter uidendum eſt qualiter acquiruntur iure ciuili, h. d. ¶. No. primò, quod dominus Iuſtinianus excuſat ſe, auare non determinauit hic de hæreditatibus & obligationibus, cum uideatur, quod ipſe hoc feciſſet, ex quo de eis fuit facti mentio ſup. de rebus corporalibus & in corporalibus, in §. corporales. Sed de hæreditatibus tractabitur inf. de hæredibus inſtituendis, uſque ad titulum de obligationibus, & exinde de obligationi. uſque de actionib. ¶Nota. ſecundò, quòd a §. ſingulorum, ſup. de rerum diuiſione. uſque hic dictum eſt qualiter res acquiruntur iure gentium; ſed modo dicetur conſequenter, qualiter aquiruntur iure ciuili.

DE VSVCAPIONIBVS TITVLVS VI.

1 *Vſucapio ut locum habeat, quique requiruntur quorum tria ſufficit probare.*
2 *Vſucapio, quid.*

Continuatio iſti⁹ tituli patet ex §. fi. ſup. pxi. ſed circa
1 rubricam notandum † eſt primò, ꝙ quinque requiruntur ad uſucapionem, quæ continentur in his metris.

Non vſucapies, niſi ſint tibi talia quinque,
Bona fides, iuſtus titulus, res non vitioſa,
Quod res tradatur, & tempore continuetur.

Digitized by Google

Vt infra de actio.§.aliæ.Sufficit tñ tria probare,ſ.bonam fi dē,iuſtum titulū & traditionē.In alijs nō requirit ꝓbatio, ſed ſtat aſſertioni uſucapientis,ut in d.ff aliæ.¶Notandum
2 †ſecūdo,ꝙ vſucapio eſt adiectio dominij.pp cōtinuatione poſſeſſionis tēpore a lege diffinitio,ut ff.de uſucapio.l.ıı.

§.Iure ciuili.

1 *Res quanto tempore vſucapiantur,variè diſting.*
2 *Ius ciuile idem quod Romanum.*
3 *Bonam fidem quis dicatur habere,& quando præſumitur,nu.4.*
5 *Poſſidens lungo tempore ſine controuerſia,& bona fide, an teneatur ad reſtitutionem fructuum perceptorum.*
6 *Malafides,poteſt probari tripliciter.*
7 *Bonafides requiritur duob.temporibus,in emptione,ſecus in alijs contractibus,*
8 *Vſucapio,quorſum inuenia. Et quid requirat. Et eius forma.*
9 *Per dictio,temporis perfectionem ſignificat.*
10 *Vſucapiens uel præſcribens,& ille,contra quem uſucapitur vel præſcribitur,dicuntur præſentes in eadem prouincia.Et quando aliqui præſentes dicantur.*
11 *Prouinciæ,quomodo accipiantur.*
12 *Vſucapione directum dominium acquiritur.Et quomodo vtile.*
13 *Diē vltimū attingere.ſufficit in vſucapione,ſecus in præſcriptione.*
14 *Vſucapio,an ſit ius ſpeciale.*

1 Summatur ſic,† Res, acquiſita ab eo qui non erat dominus,credebatur tamen eſſe dominus,ſi fuerit mobilis, uno anno in omni loco,ſi uero immobilis,biennio in Italia tantum olim uſucapiebatur.Sed nunc res mobilis triennio,& res immobilis inter præſentes decennio , & inter abſentes vigennio,uſucapitur in ōı̄ loco,qui ſubeſt imperio, ſi ex iu
2 ſta cauſa poſſideatur.Hoc dicit.¶Notandum† primò,ꝙ ius ciuile dicitur omne ius,quod eſt in lege duodecim tabularum,vel ius Romanorū,ut ſupra de iure naturali gētiū &
3 ciuili.§.ſep ius.¶Notandum † ſecundo, quod ille dr̄ habere bonam fidem , qui recipit rem ab eo quē credit eſſe dominū.ut hic,& ff.de contrahen.empt.l. qui a quolibet, vel qui recipit rem ab eo,quem putat habere poteſtatem alienandi,licet non ſit dominus, ut ff.de verborum ſignificati

Digitized by Google

4 l.bonæfidei emptor.† Et præſumitur bona fides,qñ non cõ ſtat de mala fide,ut ff.de probatio.l.uerius, nemo enim tenetur ſcire rem eſſe alienam,& non eſſe ipſius alienãtis,ut no.in l.ſuper.C.de longi.temp. præſcrip. Et iſtud eſt uerũ, probata uero titulo uel putatiuo. Nã bona fides non ſufficeret ſine illo,ut in l.cũ quærebatur.C.uñ ui. Si tñ titulus putatiuus ſit erroneus errore iuris, non ſufficit quamuis ſit bona fides,ad uſucapionem, ſed ſufficit bene ad non reſtituendum fructus perceptos. ut in gl.& ibi Bar. in l. ſi fur. §.1.in uerbo,percipiatur,ff.de uſufructu Et idẽ dicit Inno. in c.cum ueniſſent,extr.de in integ.reſti.& Ang. in l. præſcri. C.qui non ob lõgi temp.pſcr.ubi dicit, ꝙ licet aliquis
5 nõ habeat titulum uerũ uel putatiuũ ſi poſſedit† tñ longo tempore ſine controuerſia, & bona fide,non tenetur ad reſtitutionẽ fructuum perceptorum. Sed aliud eſt de eo, qui
6 poſſedit mala fide.Et põt † mala fides probari tripliciter. Primò,ſi denuntiatum eſt ei rẽ eſſe alienã,ut C.de rei uen.l. ſi fundum . Secundò,ſi ipſe dixit corã alijs, illam rem eſſe alienam,ut arg.ff.de ſuppel.l. Tertio, ſi inter uicinos ſuos ſi fama de poſſeſſione malæfidei, ut eſt gl.in l.ſi tuto. C.de
7 peric tut. ¶Notandum † tertiò, ꝙ in emptione requiritur bona fides duobus temporibus,uidelicet tempore contractus, & tempore traditionis, quia iſte contractus frequenter fit,ut ff.pro empt.l.2. in alijs autem contractibus ſufficit bona fides tempore traditionis,ut ff.pro ſolu.l. pen. In illis ãt contractibus,in quib. non requiritur traditio, ut in §.interdum ſup. de rer.diuiſ. requiritur bona fides tẽpore contractu facit,§.extraneis,infra de hæredum quali.& dif. Mala autem fides ſuperueniens poſt uſucapionem inceptam.non nocet,ut C.de uſuca transform.l.unica.§. ſed ſi tñ,niſi ſuperuenerit ſciã rei alienæ uel furtiuæ, ut l. ſi ancillam,ff.pro ſuo. & hoc de iure ciuili, ſed de iure canoni. quia plus ſtatur in iſto caſu,quia agitur de peccato.mala fides ſemper nocet uſq. ad perfectam uſucapionem uel præſcriptionem ut no.in c.ſi extr.de præſcr. & in regula malæ fidei,de reg. iur.lib. 6. & ibi per Dy. Si autem ſit dubium de bona fide,non nocet,ut not. in d cap. fin. Sed poſt per-

fectam

Digitized by Google

fectam vſucapionẽ vel præſcriptionem põt vſucapiens,uel præſcribẽs rem retinere,ut in c.uigiliãti,extra de præſcr.& ibi gl.& Inn.in c.cura paſtoralis,extra de iure patr. ¶ Not.
8 † quartò, ꝙ vſucapio iõ eſt inuenta,ne dominia rerum maneat incerta .& ut ſit finis litium, vt ff.pro ſuo l.ſi & ſufficit probare initium & finẽ tpis,quo res eſt vſucapta,quia tunc de medio tpe præſumitur,ut l.ſiue poſſidetis, C.de proba. ꝙ facit ad formandum articulos ſeu libellũ de vſucapione vel præſcriptione Non.n.dẽt poni,iſte poſſedit a tribus annis citra,q̃a hoc p̃t uerificari in vno die vel in una nocte,vt ff.de aqua quotidia.& æſtiua l.1. §. ꝙ aũt. Sed põt dici ſic. Iſte poſſedit à tribus annis,& citra, quia ꝑꝑ illam copulatiuam ſignificatur,& poſſeſſio incepta fuit a tribus annis , & vſq. tunc habita , ut not.in c.licet cauſam, extra de proba. Nec ualet etiam dicere,à tribus proximis , quia hoc ẽt põt uerificari vno die,ut in d.§. quod autem . Poteſt etiam ſic
9 dici, per tres annos proximos , quia dictio † per, ſignificat perfectionem tẽporis, vt ff. de verb.ſig.l.vrbana,§. pernoctare,& debet addi, per ſpatium trium annorũ inchoatorũ tali die & menſe,& finitorum tali die & menſe:nam ſi diceretur in articulis , uel in teſtimonio per ſpatium trium annorum,ſine aliqua additione,iudex intelligeret hoc a tempore,quo hoc eſſet dictum:& ſic includeretur tempus poſt litis cõteſtationem,per quam interrumpitur vſucapio , vel
10 præſcriptio,ut not. Bar.in l.Celſus,ff.eo.Notandum † quintò, ꝙ vſucapiens vel præſcribens & ille contra quẽ vſucapitur uel preſcribitur,dicunt eſſe præſentes in ead.prouincia, qđ hodie intelligitur qñ ſunt in eodẽ territorio vnius principis,& qui hẽt dominiũ ab uno,& ſic intelligũtur p̃ſentes illi qui ſunt in eodem ducatu , ſeu ſi princeps haberet dominiũ à diuerſis , uel ſi territorium eſſet ſub regimine plurium , quia tunc intelliguntur præſentes in eadem ciuitate exiſtente,ut eſt gl.fin.in verbo,inter abſente,l.ſi.C.de præ-
11 ſcriptio,longi temporis. Petrus tñ dicit, † ꝙ prouinciæ diſtinguuntur inter laicos , per epiſcopatus , vt in Authen. c. de hæredi. & falci.§.fi.colla.1.& notatur in c. coram dilecto,extra de electio. Sed Hoſti. dicit , ꝙ prouinciæ debent

Digitized by Google

accipi ſecundum cõem conſuetudinem, ut eſt Alemania, Frãcia, Anglia, Italia, & ſa. c. nõ nulli, extra de reſcrip. ſa. ẽt l. auiculis, ff. de uerb. ſig. ita etiam tenet Cy. in d. l. fi. ¶ No
12 tandum † ſextò quod ſ͂m Doc. cõiter per uſucapionem acquiritur directum dominium, ut C. de pact. l. traditionib. l. uſucapio. ff. de uſucapionibus, ſed per longi temporis prę ſcriptionem acquiritur dominium utile, ut ſcilicet poſſidẽtes habeant exceptionem, & non poſſidentes habeant actionem utilem, ut ff. de acqui. re. domi. l. rem in bonis. Sed per longiſſimi temporis præſcriptionem efficitur quis dominus, ſi bona fide poſſedit: ſi ãt mala fide, habet exceptionem, & de iſtis latius per Bar. in Authen niſi annali, C. de bonis maternis. Dicit tamen Io. Fab. quod per longi tẽporis præſcriptionem acquiritur dominiũ, ſicut per vſucapionẽ, quia in ea requiritur bona fides, ſicut in vſucapione. Et fortior eſt poſſeſſio immobilium quam mobilium, & ideo fortiorem effectum producit, ut in l. ſi rem, ff. de acquiren. poſſ. & hoc dicit uelle gloſſatorem, 16. q. 1. in ſumma. Hoc
13 ẽt tenet Archi. in c. 1. de præſcri. lib. 6. Notandum † finaliter, quod in uſucapione ſufficit attingere ultimũ diẽ, ut ff. de uſucap. l. nunq̃, §. 2. ſed in præſcriptione, præcipue longiſſimi temporis, fit computatio de momẽto ad momentũ, ut C. de anna. excep. l. fi. l. uſucapio. ff. eod. l. in omnibus, ff. de actio. & obli. Cuius rõ eſt, quia uſucapio eſt fauorabilis, ſed p̃ſcriptio eſt odioſa, fauorabilia autem ſunt extendẽda, ut in l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. & l. cum quidam, ff. de
14 lib. & poſth. ¶ Oppo. † primò ſic, & uidetur, quod uſucapio non debet eſſe de iure, quia repugnat æquitati, quia per eã locupletatur quis cum aliena iactura, quod eſt contra. l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. Sol. Vſucapio eſt ius ſpãle, & derogat iuri generali, quod eſſe poteſt ſa. l. placet, C. de iudi. & l. 2. C. de leg. & conſtitutio princ. ¶ Opponitur ſecundò, & uidetur, quod bona fide non præſumatur, ſed oporteat eam probare, per l. 1. §. 2. ff. de itin. actu. priuat. Solutio. Illa lex loquitur de incorporalibus, in quibus oportet bonã fidem probare maxime in ſeruitutibus, in q̃b. quælibet res p̃ſumit libera, ut C. de ſeruitutib. & aqua. l. altius.

§. Sed

§. Sed aliquando.

1 *Homo liber non vſucapitur, neque pręſcribitur.*
2 *Res ſacra, uel religioſa, an vſucapiatur, vel pręſcribatur.*
3 *Seruus fugitiuus, an poſſit vſucapi aut praſcribi.*
4 *Adſcriptitij, an & quomodo poſſint praſcribi*

Liber homo res ſacra ſeu religioſa, & ſeruus fugitiuus non poſſunt uſucapi uel p̄ſcribi.h.d.uſq. ad §.furtiuæ quo-
1 que. ¶Notandum † primo quod liber homo ēt ſpacio centū annorum nō uſucapi͂t neq. p̄ſcribitur, ut C.de longi tem
2 po.præſcri.quæ pro liberta.obijcitur l.fi. ¶ Notandum † ſecundo, quod res ſacra uel religioſa nō uſucapi͂t nec præſcribitur quandiu mater ſacra, ſecus ſi fieret prophana, ut qn̄ capitur ab hoſtibus, ff.de religio.l.cum loca.& intelligitur illud de rebus ſacris immediate ordinatis ad cultum diuinum. Nam aliæ res, ut ſunt terræ, prædia, decimæ, quæ ordinantur ad uictum Deo ſeruientiū, bene poſſunt præſcribi, maxime ab eccleſiaſticis perſonis, ut Authen.quas actiones
3 C.de ſacroſan.eccl.¶Not.† finaliter, quod ſeruus fugitiuus nō poteſt uſucapi, quia facit furtū ſui ipſius, ut C.de ſeruis fugi.l.1.& res furtiua nō pōt uſucapi. uti infra eo.§.proxi. nec p̄t præſcribi, ut ff.de ac.poſ.l.1.§. per ſeruum qui in fuga.q̱a primus dn̄s retinet ciuilē poſſeſſionē, q̄ manet q̄diu nō deponit aīum ab eo, qđ ſit per obliuionem, ut in gl.magna in l.1.C.de ſeruis fugi. Sed ſi incipiat poſſideri ab alio, uel ſi diu ſtetit paratus defendere ſe contra dn̄m bene procedit p̄ſcriptio contra dn̄m, ut ff. de acq.poſ.l.3.§.ſi ſeruus, & l.p̱ eum §.per ſeruū.¶Oppo.primo ſic, & uidetur.quodlibet homo pōt præſcribi, per l.ſcimus, §.cum autem, C.de agric.& cenſib.lib.11. Solut. Illa lex loquitur de adſcriptitijs, † qui poſſunt præſcribi, non per ſe, ut hic dicitur, ſed bene cum gleba, ut ibi. ¶ Opponitur ſecundo, & uidetur, quòd non bene dicatur in ultimo notabili, quod ſeruus fugitinus aliquo modo poſſit præſcribi, quia hoc eſt contra iſtum textum, ubi dicitur, quod vſucapio non procedit ullo tempore Solutio. Iſte textus loquitur ſecundum ius Digeſtorum, ſecundum quod talis præſciptio non fieret,

S 4 ſed

ſed notabile loquitur ſecundum ius Codicis, quod eſt in l. male, C.de præſcriptio. 30.uel 40.annorum.

§. Furtiue quoque res.

1 *Furtum & violenta poſſeſſio, impediunt vſucapionem.*
2 *Res aliena quibus modis vſucapitur, & nu. 7.*
3 *Mala fides, an impediat vſucapionem.* Et *an praſcriptionem 30. vel 40 anno.*
4 *Ratio ſpecialis ceſſat, ubi adeſt generalis.*
5 *Rem alteram tractans, inuito domino committit furtum.*
6 *Furtum an committatur ſine affectione.*
8 *Vitium, eſt duplex.* Et *vtrum illorum ſequatur authorem, aut impediat ſucceſſorem.*

1 Furtum † violenta poſſeſſio impediunt vſucapionem, hoc dicit. Sed intel tex. eſt, q res furtiuæ, & ui poſſeſſe prædicto longo tpe, ēt bona fide non vſucapiuntur & hoc non ſolum a fure vel per vim poſſidente, ſed ēt nec ab eo, qui tale res à fure uel uim poſſidente bona fide accepit. Et ideo in rebus mobilibus non faciliter procedit vſucapio. qui.n. rem alienā ſcienter uendiderit, uel ex alia cā alteri tradiderit, furtū cōmittit.† Pōt t res aliena pluribus modis vſucapi 2 quorū duo ponūtur hic in tex. Primus ibi, nam hęres, qui modus eſt. Si hæres rem defuncto cōmodatā vel locatā, vel apud eū depoſitā, alteri bona fide accipienti vendiderit donauerit uel dotis noīe dederit, pōt tales res vſucapi. Secundus eſt ibi, item ſi is, qui eſt vſufructuarius ancillæ partum credens eſſe ſuum, eum alienauerit, pōt vſucapi, quia illi furtum non comittunt: nam furtum ſine affectu furandi non committit. Hoc dicit, & patet intel. tex. ¶ Notandum
3 † primo, quod mala fides impedit quod res mobilis triennio non vſucapitur, nec res immobilis decennio inter præſentes, aut uigennio inter abſentes præſcribitur, tamen mala fides non extinguit pręſcriptionem 30 vel 40. annorum, C.de præſcrip. 30. uel 40. anno l. omnes, & l. ſicut & hoc de iure ciuili, ſed ſecus de iure canonico, ut in cap. fin. extra de præſcrip. & in regula, malę fidei poſſeſſor de reg. iu. lib. 6. Dicit tn̄ Barto. quod hoc uerum eſt in corporalibus, ſed aliud eſt incorporalibus, etiam de iure canonico. Nam ſi ſtatutum eſſet, ut ſi quis non petat debitum trienaio, cadat ab

ab illo,poterit debitor tale debitum non ſoluere, creditor infra triennio non peterit, ēt de iure canonico, ut probat ipſe Bar.in l.ſequitur.§.uiā,ff.de vſucapio. hoc tñ non placet quibuſdam Doctorib.canoniſtis,vt notatur in d.c.fi.ex
4 trà de præſcrip.¶Not. † ſecundo ibi,quod autem dictū eſt, ꝙ qñ eſt ratio gñalis, tunc ceſſat ſpecialis.Si ēt ſupra de nu-
5 ptijs,§.affirmitatis,& § ſocrum.¶Not. † tertiò, ꝙ tractans rē alienā,inuito dño, cōmittit furtū,ut infra de oblig. quæ ex delicto naſcuntur,§. . & iō donatio ſeu eleemoſyna, q̄ fit de re aliena,nō hēt meritum,ut 1.q.1. non eſt putandū, imo habet ſpeciem furti, ut ff.de furtis l.ſi pignore,§.1.Ex qua lege aliqui dicunt,ꝙ mulier dans eleemoſynā ſine conſenſu viri,cōmittit furtum,ſed hoc nō eſt verum,contrariū .n habetur in l.1.ff.rerum amotarū,& in l.ſi ſponſus,§.pro
6 inde ff.de dona. int.uir. & vxor. ¶Notandum † quarto, ꝙ furtum non committitur ſine actione: quod ſic debet intelligi, ꝙ affectio furandi eſt ad rem,quæ furatur principaliter,uel ſecundario.Nam ſi aliquis furetur pecuniā cum ſacculo,committit ēt furtum quo ad ſacculū, quia licet fur nō habeat affectionem ad ſacculum principaliter, tamen ſe-
7 cundario,ut ff.de furtis l.qui ſaccum.¶Notandum † finaliter, ꝙ extra textum ſunt adhuc duo alij modi, quibus res aliena vſucapi poteſt. Primus eſt, ſi aliquis credat ſe eſſe hæredē, & in ueritate non ſit recipiens rem ab illo bona fide,poteſt eam vſucapere,ut ff.de vſuca.l.pōt. Secundus eſt ſi aliquis credat rem ſibi eſſe legata,quæ tamen in veritate eſt adempta, vſucapere pōt,ut infra de actio.§.ſi qs agens. ¶Opponitur primo,& uidetur,ꝙ non ceſſat ratio ſpecialis qñ eſt generalis,per l.quædam.ff.de eden.Solut. In illa lege non eſt ratio generalis, ſed in utraque actione eſt ratio ſpecialis,in una,ſicut in alia.¶ Opponitur ſecundo & videtur ꝙ res poſſeſſa poſſit uſucapi,per l.ſi ui uel metu, C. ꝙ metus cau. Solut.Illa lex loquitur de ui compulſiua: quæ hēt voluntatem,licet coactam,ut ff.de eod.quod ui metus ve cā l. ſi mulier. Sed hic loquitur de ui impulſiua,uel expulſiua,& nō ſufficit expulſiſſe, niſi poſſideat expellens, ut
8 ff.de vſuc.l.ſeq̄tur,§.ſi tu uidetur,&c.Oppon.†tertio,& videtur,

Digitized by Google

detur, quod res furtiua poteſt vuſucapi, ſaltē ab illo qui eā bona fide à ſure accepit, quia culpa ſequitus authorem, p l. an uitium, ff. de diuerſis & tempora. præſcrip. Solu. Duplex eſt uitium, ſ. reale & perſonale. Vitium reale, non ſequitur authorem, ſed ipſam rem, vt hic dr̄, & ideo tale uitium impedit vſucapionem, non āt quo ad fructus, ut ff. de acq. rer. dominio l. bona fides, §. pen. infra, §. nouiſſimè eod. Sed uitium perſonale ſequitur perſonam, ut dolus, mala fides, ſcientia rei alienæ, &c. Impedit tñ ēt illam uniuerſalē ſucceſſorem, ut C. de acq. poſ. l. uitia, ſed non impedit ſingularem ſucceſſorem, ut ff. de excep. doli. l. apud §. de authoris, & C. de periculo rei uend. l. dom. Non habet tamen talis ſucceſſor in rem ſingularem acceſſionem temporis ſui anteceſſoris, ut ff. de acq. poſ. l. Pōponius §. ſi. Hodie tñ tale uitium ēt impedit ſingularē ſucceſſorem, ut in Auth. male fidei. C. de præſcr. long. tēp. uide gl. & c. in §. de authoris. l. apud. ff. de excep. doli. ¶ Opp. quarto, & uī, quod recipiens rē alienā ab hr̄de, non poſſit eam uſucapere, ſicut dr̄ hic in textu, quia hæreſmet non pōt uſucapere, per l. cum hæres, ff de diuerſis, & tempor. præcr. Sol. Dicendum, quod aliqui dixerūt, ꝙ hæres in iſto caſu poſſet uſucapere, ſi in ſua perſona continuare poſſeſſio, hoc tñ non eſt uerum, ſi ſit ſuus hæres. ut ff. pro hr̄de l. 2. § filium, & C. pro hær. l. mihi. Sed ſi ſit extraneus hæres pōt procedere uſucapio, titulo pro hærede, ſi defectus poſſederat illam rem bona fide, quamuis ſine titulo. Et ideò in ſuo hærede non procedit uſucapio, tit pro hærede, ſicut in extraneo. Patet ergo qualiter recipiens rem poteſt uſucapere, licet hæres non uſucapiat. ¶ Opponitur finaliter, & uidetur, quod furtum poſſit committi ſine affectu furandi, quia interdum unde ui, eſt ſimile furto, & pōt comitti ſine affectione, per l. cum quærebatur C. unde ui. Solu. In illa lege in ueritate eſt effectio, licet non ad certam perſonam, qui ſciuit rem non eſſe ſuam.

§. Quod autem ad eas res.

1 *Rem accipiens ab eo qui ſine ui eam immobilem, & vacantem poſſidebat, an poſſit præſcribere, & nu. 5.*

Lo-

Digitized by Google

2 *Locus, uariè accipitur.*
3 *Loci vacantia, tripliciter accipitur.*
4 *Rem apprehendens altero, de tribus modis, eſt poſſeſſor malæfidei.*
6 *Res immobili non poteſt furari.*
7 *Res ui poſſeſſa, vel reuerſa in poteſtatem domini, an poſſit uſucap. & nu 10 Et quando vtrunque contingat.*
8 *Locus an fiat vacuus uel uacans, propter abſentiam domini.*
9 *Obliuio quanto tempore præſumatur inducta.*

1 Summatur ſic,† Licet qui ſine vi poſſidet rē immobilē uacantem, ꝑ ꝑ abſentiā uel negligentiam dñi, uel ꝑꝑ mortem eius ſine ſucceſſore, nō poſſit præſcribere tñ ille, qui talem rem ab eo bona fide recipit uel accipit, præſcribere pōt, q̃a nō eſt res furtiua, neq. ui poſſeſſa Nam furtum in re immobili non cōmittitur; & res furtiua uel ui poſſeſſa, pōt uſucapi, ſi in ꝑtātem dñi uertatur. Hoc dicit, uſq. ad §. res fiſci, &
2 patet intel. tex. ¶ Not.† primò, quòd locus aliq̃n dicitur plenus, ut q̃n ab aliquo poſſidetur, interdum dr̃ ſemiplenus, ut q̃n poſſidetur cauſa legatorum, uel cauſa rei ſeruādæ, ut ff. de aquir. poſſ. l. 3. §. fi. & interdū dicitur uacuus uel uacans, uidelicet q̃n a nemine poſſidetur, ut C. unde ui. l. fin. in glo.
5 magna. †Et iſta uacantia accidit tripliciter, ut hic in text. Vno modo per abſentiam domini, ſecundo per eius negligentiam. l. furum. §. fin. ff. de uſucap. & tertio, ſi moriatur ſine ſucceſſore. ut. ff. de acqui. poſſ. l. ſi id quod, uel ſi moriatur cum ſucceſſore, a quo res non eſt apprehenſa. ut ff. de
4 acq. poſſ l. cùm hæredes ¶ Notandum † ſecundo, quòd apprehendens rem ſic uacantem eſt poſſeſſor malefidei quia ſcit rem non eſſe ſuam, & per conſequens alterius, ut C. un
5 de ui. l. fi. Et licet† hic dicatur, quòd recipiens talē rē bona fi. ab iſto poſſeſſore. poteſt eam præſcribere, dicit tñ hic gl. ſuper uerbo longa, quòd hoc hodie non procedit ꝑꝑ duas rationes. Prima eſt, quia iſta poſſeſſio eſt uiolenta, ut C. unde ui. l. cum querebatur, & res uiolēta non pōt uſucapi, uel præſcribi, ut ſup. eo. §. furtiuæ. Alia ratio eſt quia ad hoc, ꝙ res præſcribatur breuiori tempore, quam ſpatio 30. uel 40. annorum, requiritur bona fides, ex utraque parte, ſ. in tradente & accipiente, quod non eſt hic in tradente, ut in

Auth.

Digitized by Google

Auth. ut ſponſa. larg. ff. rurſus colla. 9 q̃ habetur, C. pſcrip. long tem. 10. uel 20. annorũ, & eſt Auth. malæ fidei. Prima iſtarum rõnum ſatis debilis eſt, q̃a ut dicit glo. in l. fi. §. p̃do né, C. uñ ui, iſta poſſeſſio non uitiat rem, quia non eſt uitiũ uiolentiæ, ſed potius quaſi uitium uiolentię, & põt dici clã deſtinatas, q̃ nõ eſt uitium reale, ſed perſonale, ut not. Bar. in l. Põponius, §. cũ q̃s, ff. de acqui. poſſ. Et iõ talis poſſeſſor tenet ad reſtitutionẽ rei cum fructibus, ut in l. l. fi. C. uñ ui. Poſſet tñ ẽt hodie iſta res præſcribi, ſi .ſ. tertius reciperet iſtam rem à ſecũdo bona fide, quia tũc nihil obſtaret. ¶ No

6 tandum † tertiò, q̃ res immobilis nõ poteſt furari, ut hic in tex. & l. quærit, ff de fur. & infra de obli. ex malefici, §. 1.

7 notab 1. ¶ Notandum † finaliter, q̃ ſi res furtiua uel ui poſſeſſa reuertatur in ptãtem dñi, tunc poteſt vſucapi: & dicitur reuerti in ptãtem eius qñ non poteſt faciliter ab, auelli, ut ff. de uſuca. l. ſequitur, §. tunc. Et dicitur etiam reuerti in poteſtatem eius, ſi ipſe recipiat pretium rei, nec oportet, q̃ reuertatur in ptãtem domini, ſed ſufficit quaſi domini, ut ſi res ſit ablata pupillo, reuertatur in ptãtem tutoris, uel res debitoris reuertatur in poteſtatem creditoris, ut ff.

8 de vſucap. l. ſequitur. §. ſi pupili. ¶ Opponitur † primò ſic & uidetur, q̃ locus non ſit uacuus, uel uacans propter abſentiam domini, per l. clam. §. qui ad nundinas, ff. de acqui. poſſ. Sol. Abſenti capitur hic pro effectu abſentiæ, uidelicet pro obliuione & depoſitione animi ipſius domini, ab ipſa re, quæ cauſatur ex tempore, ut ff. de dam. infec l. ſi finita, §. non autem. Et quantitas temporis abitrabitur per iu-

9 dicem, ut ff. de iure deliber. l. 1. Dummodo tamen † iudex arbitretur tp̃oris tantum, q̃ in eo præſumatur obliuio inducta, & q̃ dominus depoſuit animum à re, ut ff de vſucapio. l. furtum, a g. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcun. § 1. Nam minus tempus requiritur in uinea, quàm in nemore, quia ad uineam requirĩt maior cura, q̃ ad nemus, ut in l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit. & aliud tempus requiritur, quando dominus eſt diligens homo, q̃ ſi ſit negligens. Hinc eſt, quòd præſcribens debet ponere in libello ſuo non ſolum tempus, ſed etiam obliuionem, & depoſitionem

nem animi ipſius domini. ¶Oppon. ſecundò, & uidetur, quod furtum poſſit committi in re immobili, per l. ſi quis uxori. §. ſi ſulphurariæ. ff. de fur. Solu. Quòd in illa lege dicitur, quod terra eximebatur, & ita furabatur, quæ non fuit res immobilis, ſed res mobilis. ¶Opponitur tertiò, & uidetur, quod hic in text. fit ſuperfluitas, idem. n. uidetur ſignificare locus & fundus. Sol. Fundus capitur hic pro toto, & locus pro par-
21 te, ut ff. de uerb. ſign. l. locus. ¶Opp. † finaliter, & uidetur, quòd res furtiua nullo modo poſſit uſucapi, et ſi reuertatur in poteſtatē dñi, quia non ab ipſo dño, ut manifeſtū eſt nec ab alio, qui ea recipit a domino, quia tunc transfertur dominium, & ideò recipiens non poteſt plus dominus fieri, ut ff. de uſucap. l. ſequitur. §. lana. Sol. Verum eſt quòd res furtiua in poteſtatem dñi reuerſa, non poteſt uſucapi ab ipſo domino, nec etiam ab eo qui eam a domino recipit, ut prætendit oppoſitio; ſed ab eo, qui eam recipit a non domino, poſt quam. ſ. eſt reuerſa in poteſtatem domini. Et ideo qd' hic dicitur, quòd res furtiua ſic pōt uſucapi, debet intelligi hoc modo, quod ſcilicet talis res tunc ſit uſucapibilis.

§. Res fiſci noſtri.

1 *Res fiſci, an poſſunt vſucapi diſting. nu. 2.*
3 *Prēſcriptio an habeat locum in rebus Principis, & quanto tempore.*
4 *Prēſcriptio an admittatur in rebus ciuitatis Romanē.*
5 *Prēſcriptio an perficiatur & quanto tempore, in rebus eccleſiē.*
6 *Praſcriptio non currit contra deputata ad vſum publicum.*
7 *Prēſcriptio an habeat locum in rebus pupilli.*
8 *Res filij exiſtentis in patris ptāte, an poſſint vſucapi, aut prēſcribi.*
9 *Prēſcriptio non currit cōtra res datas prēſidi, cōtra l. repetundarum.*
10 *Prēſcriptio an currat in in rebus dotalibus, vel vſucapio.*

1 Summatur † ſic; Res fiſci non poſſunt uſucapi, ſi tamē aliquis bona fide recipiat rem ex bonis uacantibus, nondum fiſco denunciatis, ille poteſt talem rem uſucapere. Hoc di-
2 cit. ¶Notandum † primò, quòd res fiſcales, aut ſunt incorporatæ patrimonio fiſci; aut nō. In primo caſu, res mobiles fiſci non uſucapiuntur triennio, nec res immobiles præſcribuntur decennio uel uigennio, poſſunt tamen præſcribi

ſpatio

Digitized by Google

ſpatio triginta vel quadraginta annorũ, vt in l. omnes. C. de preſcriptio. triginta uel quadraginta anno. Fallit hoc tñ in hæreditate, legato, uendito, vel donato ut C. de ſacroſ. eccl. l. fi. Fallit. ẽt ĩ fundo patrimoniali, vel tẽplorũ, ex quo ſoluit vectigal, ut C. de fun. patrimõ. l. pen. & per Bar. in l. fi. C. de ſacroſan. eccl. Si vero nõ ſunt incorporatæ, ſed sũ l. de latæ fiſco, tũc vel ſunt delatæ, q̃a vectigal non eſt ſolutũ vel ex alia cauſa. In primo caſu p̃ſcribuntur quinquennio, vt C. de. vectig. & cõmiſſ. l. jj ſi ex alia cã, tunc vel ſunt denuntiatæ fiſco, vel nõ. In primo caſu p̃ſcribuntur quadriennio, vt l. intra quatuor ff. d̃ diuer. & tẽp. p̃ſcr. aut nõ ſunt denũtiatæ, tunc cũ ti. p̃ſcribunt̃ 10. vel 20. annis vt ff. de vſuc. l. q̃uis. & ſine ti. 30. vel xl. annis, ut l. in omnib. ff. de diuer. & temp. præſcri. Circa quã Bar. virtualiter not. iſtã diſtin.

3 ¶ Notandum † ſecundò, quòd res principis nõ p̃ſcribuntur niſi quadraginta annis, vt C. de præſcrip. 30. vel 40. annos l. omnes, & hoc etiam tenent Iac. Butrig. & Aug. in l. i. C. ne rei dominicæ uel templorũ, Si tñ Imperator ſeu princeps aliquid ſibi reſeruaret in ſignũ uniuerſalis dominij, contra illud non curreret præſcriptio aliquo tempore, vt contra publicas ſanctiones per l. cõperit. C. de præſcri. 30. vel 40. annorum, ſicut etiam non currit præſcriptio contra reſeruationes curiæ apoſtolicæ, vt eſt gl. ſuper uerb. nõ obſtante in c. vnico. de cleri. ęgrot. lib. 6. Et contra alias res principis, etiam non currit præſcriptio, niſi ſicut cõtra res eccleſiæ, ut in l. fi. C. de ſacroſan. eccl. q̃a quantum ab hoc, gaudet imperium eodẽ priuilegio, ſicut eccleſia, ut in Authen. de non alienan. rebus eccle. §. vt autẽ, in glo. & Ang. in l. ſicut, C. de præſcrip. 30. uel 40 annorum. ¶ Notãdum

4 † tertiò quòd in rebus ciuitatis Romane, nõ perficit̃ p̃ſcriptio niſi cẽtum anuis currat, & idem dicunt aliqui in reb⁹ alterius ciuitatis uel municipij, vbi eſt reſpublica, quia reſpublica, & eccleſia æquiparantur. ut C. de ſacro. ecc. l. fi. & ff. ex quib. cauſis maiores, l. reſpublica licet gl. in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de dã. infẽ. uideat̃ dicere, quòd res alterius municipij uel uillæ poſſunt p̃ſcribi 10. uel 20. annis. ¶ Notãdũ † quartò, quòd, res eccleſiæ poſſunt p̃ſcrib.

40. annis

40.annis,niſi eſſent eccleſiæ Romanæ, qa in illis reqrunt centũ anni,ut in c.cum nobis,extra de pſcri.& in Auth cõ ſtitutio, quæ eccleſiæ Romanæ pſcrip. centũ anno. dabat, id principio coll.8.& hic eſt verũ in reb. immobilibus, ſed in re mobili,nõ ſacra,cõplet vſucapio triẽnio, ut in Auth. de eccleſiaſti.tit.§.p tẽporalibus, coll.9.Et de iſta materia latius tractat p doct.p gl.in Auth quas actiones. C.de ſa-
6 croſ.eccl.¶Not.†quinto,quòd cõtra ea,q̃ ſunt depotata ad vsũ publicũ,nõ currit pſcriptio,ut.eſt via ad ſanctũ Iacobũ vel alia publica uia.Et eſt ratio, quia eſt quædã facultas in ducta gratia publicæ utilitatis,contra quam non præſcribi tur,etiam in centum annis,vel l. viam,& ibi gloſ. ff. de uia
7 publica.¶Notandum ſextò,† quòd res pupilli non poſſunt præſcribi,quandiu durãt pupillaris ætas,ut ff de acq.rer.do mi.l.bonæfidei.§.nec intereſt.Põt tamen pupillus alteri p-ſtare cauſam vſucapiendi,uel pręſcribendi uidelicet,ſi rem alteri uendat,vel iuſto titulo tradat,ut in l.2.§. ſi a pupillo
8 ff.pro emptore.¶Notandum † ſeptimò, quòd res filij exi-ſtentis in ptãte patris, in quibus pater habet uſumfructum & eſtlegitimus adminiſtrator,nõ poſſunt uſucapi vel pſcri bi.ut C.de anna.excep.§.fi.l.1.quandiu filius eſt in poteſta te patris,ſed poſtquam eſt ſui iuris, incipit currere uſuca-pio vel pſcriptio,vt C.de bonis mater.l.1.Sed illæ res filij in quibus pater non habet uſumfructum, vt ſunt bona ca-ſtrẽſia,uel quaſi caſtrẽſia,bene poſſunt vſucapi vel pſcribi, vt in l.licet ff.ex quib.cauſis maio. Et licet in illis rebus,in quibus pater habet uſumfr.non currat præſcriptio uel uſu capio contra filium,ſi tamen pater illas res alienauerit, be ne currit pſcriptio vel uſucapio,cõtra cõmoditatem ueluti litatem patris,ut in l.male agitur C.de præſcri.39. vel 40. anno.vbi dicit.quod colonus põt pſcribere penſionẽ licet
9 nõ præſcribat rẽ cõductam.¶Notan.† octauo,quod in illis rebus quæ dantur præſidi cõtra l.repetundarum,nõ currit præſcriptio ut ff.ad leg.Iul.repetundarum l. quod contra.
10 ¶Notandum † finaliter,quod in rebus dotalib. non currit præſcriptio vel uſucapio,niſi eſſet inchoata antè,quam res fuerint dotales,ut ff.de fun.dota.l.ſi fundum. Et ratio eſt

quia

quia tales res non pñt alienari in præiudiciũ uxoris, ut inſ. a q. alie. nõ licet §. 1. & iõ ẽt non pñt uſucapi uel præſcribi. ut ff. de uerb. ſigni. l. alienationis verbo. Et ꝑ iſta notabilia clare intelligitur gl q̃ eſt hic ſatis cõfuſa ſuꝑ uerbo non põt. Opponitur contra prædicta & uř, ꝙ res pupilli etiam durante pupillari ætate poſſint pſcribi, ꝑ l. Æmilius Largianus, & ibi per Bar. ff. de mino. Sol. Illa lex loquitur de re pupilli, in qua præſcriptio fuit inchoata contra maiorem, quo caſu res pupilli præſcribi põt ẽt durante pupillari ætate, ut in d. l. in oppoſitum allegata probatur. ¶Sed tunc replicat de l. ſicut. C. de prçſcrip. 30. uel 40. annorum. Sol. Illud ꝙ dictum eſt, debet intelligi de uſucapione, uel de prçſcriptione longi temporis, quod ſcilicet illa currit tempora pupillaris çtatis, quando inchoata fuit contra maiorem, ſed hoc non eſt uerum in præſcriptione longiſſimi temporis, quia licet illa fuerit inchoata contra maiorem, dormit tamen toto tempore pupillaris çtatis. Et hoc uult illa l. ſicut.

§. Nouiſsimè.

1 *Error falſç cauſa, impedit vſucapionẽ ac praſcriptionem. Iimi. n 3.*
2 *Vitia realia vſucapionẽ, & prçſcriptionẽ impediũt. Et qua nã illa.*
4 *Error iuſtiſſimus quis.*
5 *Titulus pro ſuo, non ſufficit ad vſucapionem, vel praſcriptionem.*
6 R*em vitioſam, quid efficiat.*

1 Sicut uitium † rei impedit uſucapionem uel pſcſiptionem ſic etiam error falſæ cauſç, ut ſi quis poſſideat illam rem, q̃ putat ſe emiſſe, & nõ emit, uel ſibi donatã eſſe, quæ ſibi donata nõ eſt, h. d. ¶Notandũ † primò, ꝙ uitia reali ſunt, uiolenta ablatio, uel poſſeſſio, impulſio uel expulſio. Et iſta ſẽper impediunt uſucaptionem, & prçſcriptioné, ut ſupra eo. §. furtiuç, & res fiſcales uel pupillares, uel datç prçſidi contra l. repetundarum ſunt uitioſç, quaſi uitio reali. Et ideo etiam in eis impeditur uſucapio uel prçſcriptio, prout notatũ eſt ſupra eo. §. proxi. Sed uitia ꝑſonalia nõ impediunt uſucapionem in ſucceſſore ſingulari regulariter. Quod dicitur ideò, quia dolus dans cauſam contractui l. 1. C. de prçſcrip. lon. tem. & mala fides & ſcientia de re aliena, ſunt ui

Digitized by Google

via,perſonalia,& tñ ẽt impediunt vſucapionem in ſucceſſo re ſingulari,ut notat in Auth.malæfidei,C.de præſcrip.lon
3 gi temporis,10.vel 20.annorum. ¶Not.† ſecundò,ꝙ erro, falſæ cauſæ, ideſt, titulus putatiuus & non uerus impedit vſucapionem,ut hic dicitur.ſecus tñ eſt,ſi ſit error iuſtus in alienationib.omnibus,propter q̃ in emptione, & uenditione,ubi requiritur error iuſtiſſimus,ut not.Bar. in l. Celſus, ff.de vſucap.Et non eſt error iuſtus,qñ eſt error iuris, ſed error facti,uel mixtus poteſt eſſe iuſtus,ut in regula ignoran-
4 tia,de reg. iur.lib. 6. Eſt † autem error iuſtiſſimus,ut ſi ſeruus uel procurator domini uendat equũ,& dicat,ꝙ dominus donauit ſibi;illum equum,quẽ tñ in ueritate non donauit dñs.hic error ementis eſt iuſtiſſimus,quia etiam diligẽs
5 indagator poſſet in iſto errare. ¶Not.† finaliter,ꝙ ad uſucapionẽ uel præſcriptionem non ſufficit titulus pro ſuo,niſi ei adhæreat alius titulus ſpecialis,ut pro hærede,pro emptore,pro legato,pro donato,uel ſimilis.Et ideò ad probandum præſcriptionem alicuius fundi alieni inter præſentes non ſufficit probare, ꝙ poſſidens talem fundum tanquam ſuum & pro ſuo 10.annis poſſedit,& fructus collegit,niſi ẽt probetur cum iſto tit.generali,pro ſuo, aliquis titulus ſpecialis,cui adhæret iſte titulus generalis, vel econtra. Qui quidem titulus ſpecialis debet eſſe uerus,vel putatiuus,ſaltem iuſto errore.Et hoc eſt, quod innuit hic glo.ualde obſcurè,in uerbo error.¶Opp.& videtur,ꝙ res uitioſa poſſit pſcribi,ut eſt precaria,uel litigioſa,per l.Põponius,§. cum
6 quis,& no.in gl.ff.de acqui.poſſ.Sol.Res† precaria non eſt vitioſa,vt ff.communi diuidun.l.cõmuni, nec etiam res litigioſa, ut C. de longi temporis præſcr. l. 1. Similiter nec poſſeſſio clandeſtina,facit rem uitioſam, quia res non dicitur clãdeſtina,ſed poſſeſſio,ut in gl.l.uitia,C. de acq.poſſ.

§. Diutina quoque poſſeſsio.

1 *Poſſeſſio diutina quæ dicatur. Et inter quos fiat.*
2 *Tempus vſucapionis uel præſcriptionis, quomodo continuetur inter emptorem & venditorem.*
3 *Malafides ſerui nocet domino,monachi,monaſterio.*

Digitized by Google

Tempus uſucapionis uel præſcriptionis inchoatũ à defuncto cõtinuaẽ ab hærede uel bonorum poſſeſſore, licet ipſe hæres uel poſſeſſor habeat malã fidẽ. Similiter tẽpus uſucapionis uel præſcriptionis inchoatũ à uenditore, cõtinua
1 tur ab emptore. h.d.¶Not.† primò, ꝙ illa poſſeſſio dr̃ eſſe diutina, quæ eſt tempore illo quo cõpletur præſcriptio ut in l. ſed cum fidei, §. Ariſto ff. qui & à quibus manumit. nõ licet. Et continuatur illud tẽpus inter defunctum, & hęredẽ, qui ſuccedit de iure ciuili, uel bonorum poſſeſſorem, q ſuccedit de iure pretorio vt infr. de bo. poſſeſ. §. quos ait, licet hæres, uel bonorũ poſſeſſor habeat malam fidẽ ut hic dr̃: & hoc de iure ciuili. Sed illud nõ eſt uerũ de iure canonico, quia illo iure hæres & bonorũ poſſeſſor, ẽt debẽt habere bonã fidẽ, ſicut defunctus, ſi tẽpus uſucapionis uel p̃ſcriptionis debet cõpleri, ut in c. quõ omne, extra de p̃ſcriptio. Et in iſta materia ius canonicum eſt p̃ferendũ iuri ciuili, qa agitur de periculo aĩarũ, ut pulchre no. Anto. de But. i c. ſanctorũ, extrà de p̃ c. Si uero defunctus habuiſſet malã fidẽ, & hęres uel bonorũ poſſeſſor bonã nõ cõtinuaẽ
2 tẽpus, ut hic patet in tex. ¶Not.† ſecundò, ꝙ inter uenditorẽ & emptorem ẽt continuaẽ tẽmpus, ſed nõ omnino eodẽ modo, ſicut in caſu p̃dicto, quia requiritur bonã fides in utroq;. ſ. uenditore & emptore. Nam in ſucceſſore ſingulari non ſolum nocet mala fides authori, ſed etiã mala fides
3 propria, ut ff. pro emptore, l. 2. §. ſi eam rẽ. Et ita † mala fides ſerui nocet domino, & mala fides monachi nocet monaſterio, ut ff pro emp. l. 2. § ſi ſeruus. Secus in ſucceſſore uniuerſali, quia tunc ſolum nocet mala fides authoris. Et rõ eſt, quia hæreditas complet tẽpus ante aditionem, ut ff. de uſucap. l. nunquàm, §. uacuum Et hæres cõputaẽ una p ſona cum defuncto, ut in Auth. de iureiu. à moriente præſtit. § 1. colla. v. & ff pro empto. l. 2. §. emptori, §. ſi defunctus. ¶ Opponitur, & uidetur, ꝙ tempus uſucapionis uel p̃ſcriptionis, non continuetur inter defunctum & hæredem per l. eius, alias hæres, ff. de uſucap. Solut. Illa lex loquitur quando res primo traditur hæredi habenti malã fidem, & non fuit tradita defuncto. ¶ Sed tunc replicatur de l. quæſi

tum.

Digitized by Google

tum, 2. reſpon. ff. de acq. rer. dom. ubi res fuit tradita defuncto, & tamen tempus non continuatur in hæredem. Solu. Hoc fuit ideo, quia hæres ſciebat rē eſſe, eius, qui cauſam habeat a defuncto, ut legatarij uel donatarij. Sed tex. hic loquitur quando hæres habet malam fidem, quia ſcit rem eſſe alterius, qui non habet cauſam a defuncto.

§. Edicto.

1 *Zenonis conſtitutio, circa eum, qui accepit rem a fiſco ut ſtatim fiat ſecurus. Limit. nu. 3. 5.* 2 *Fiſcus habet duo priuilegia.*

4 *Vxor Imperatoris, vel Principis, an gaudeat ijſdem priuilegijs, quib. maritus.*

1 Summaſ † ſic: Quãuis is, qui acceperat rē a fiſco, olim nō ſtatim fiebat ſecurus, quia dñs rei poterat eam infra quinquennium repetere. modo tñ per conſtitutionem Zenonis ſtatim fit ſecurus. Sed pōt dñs rei agere ad eius æſtimationem uſq. ad quadriennium contra fiſcum. Et cōſtitutio Zenonis etiam obſeruatur in rebus quæ accipiuntur a domo Imperatoris, uel uenerabilis Auguſtæ, id eſt, uxoris eius. h. d. & patet intell. tex. uſque ad finem tituli. ¶ Notandum
2 † primò, quòd fiſcus hēt duo priuilegia. Vnum eſt, qđ licet priuatus uendens rē aliená, non auferat dño rei actionem uendicationis, uel actionem perſonalē, ut in l. rem alienā, ff. de contrah. emp. hoc tñ facit fiſcus. Aliud eſt, quod priuatus non præſcribit actionem, niſi longo, uel longiſſimo tēpore. Sed fiſcus præſcribit actionem, quam dominus habet ad pretium quadriennio, ut hic dr̃ in uerſi. aduerſus ¶ No-
3 tandum † ſecundo, ꝙ quando aliquid emitur a fiſco, tunc fiſcus intelligitur hoc uendere tanquã ſuum, uel tanquam alienum. Si tanquã ſuum, tunc emens ſtatim eſt ſecurus, niſi res eſſet minoris vel alterius habentis reſtitutionem, ut C. ſi aduerſus fiſcum, l. fin. Si tanquam alienum, videlicet quia non ſolutum tributum tunc emens ſtatim eſt ſecurus, ſiue res ſit minoris ſiue maioris, dum tamen tria concurrāt. Primo, ꝙ hoc tributum ſit debitum. Secūdo, ꝙ ſit ceſſatum biennio a ſolutione. Et tertiò ꝙ ſit facta ſubhaſtatio, id eſt, quod ſint obſeruata ſolennitates requiſitæ, uidelicet

T 2 quòd

Digitized by Google

ꝙ ſit factum proclama,& res ſit uendita plus offerenti, ut in gl.in l.ſi quos.C.de reſcin.vend. Si tamen res ſit minoris vltra decretũ iudicis, requiritur authoritas tutoris, vel curatoris,ut in l.fi.C.ſi propter publicã penſitationẽ, & in gl.in l ſi tempora C.de fid.inſtr.& iure haſtæ fiſcalis.li.10.
4 Et per Bar.in l.licitatio.ff.de publica ¶Not.final.† ꝙ uxor imperatoris,uel principis,gaudet priuilegijs, ſicut impera tor,ut ff de legi.l.princeps.non tñ in omnibus, q̃a nõ põt leges cõdere,ut ff.de leg.2.l.ꝙ principi.¶Opp.ſic,& uidetur,ꝙ emens a fiſco non ſit ſtatim ſecurus, per l.nec vllã.ff. de petitione hæred.Sol.Iſtud ius corrigit illud, quia loqui-
5 tur illud ius.ſ. ſm conſtitutionem diui Marci. † Et iſta eſt melior ſolutio,quam alia quæ eſt in gl.Dicit tamen Io.Pa. ꝙ iſta conſtitutio Zenonis eſt iniqua, & de iure canonico non obſeruatur,& ideo illi iure obſeruatur hodie conſtitu tio diui Marci,ut ſatis probatur in c.quicunque in tex.& in gl. 12.q.2.in ver.conſenſu,& 16.q.3.placuit in fi. quaſi.

DE DONATIONIBVS. TITVLVS VII.

1 *Donatio,quid.*
2 *Donatio ſimplex,quinque requirit.*
3 *Diuiſio huius tituli in quatuor partes.*

CONtinuatur ſic.Dictum eſt ſup.qualiter res acquirantur iure ciuili per vſucapionẽ,& longi tẽporis pręſcriptionem. Hic conſequenter tractatur, qualiter res acquiruntur eodem iure,per donationem. Et notandum eſt cir-
1 ca rubricam,ꝙ ſecundum Goffre.donatio† eſt quædam libertatis in accipientem collata.quæ ſtipulatione,traditione, vel pollicitatione virtute recipit & effectum,facit l.donari.ff.de reg.iur.Et ad donationem ſimplicem quinque re
2 quiritur.† Primo,ꝙ fiat liberaliter ſine aliqua neceſſitate, ut ff.de donatio.l. 1.& hoc iure. Et ideo quando donatur ſic,do ut des,non eſt propriè donatio,ſed contractus innominatus. Secundo requiritur,quod non fiat ob cauſam, ut C.de don.l.fi.fac.§.Labeo.l.hoc iure.ff eo. Tertio,ꝙ fiat libere,ut donãs nullo vinculo ſit ad hoc adſtrictus,l.donari, ff.eo.

ff.eo.Et dēt hoc intelligi, de vinculo inducente actionē uel impediente repetitionem,& non de uinculo naturali ad antidota,ut in l.hoc iure ff.de dona.Quartò, requiritur quòd fiat abſolute,ſine repetitione,vt ff.de do.cau.mor.l.Senatus
3 §.1.Quintò,ꝙ fiat inter viuos,vt infr.eo.§.aliæ.† Et diuiditur præſens titulus in quatuor partes.In prima ponitur diuiſio donationis,& proſecutio vnius membri.ſ. donationis cau.mor.In ſecunda ibi,aliæ, tractatur de don. inter uiuos. In tertia ibi,eſt & aliud,de don.propter nuptias. In quarta ibi,erat,ſoluitur incidens quæſtio de don.facta ſeruo.

§. Eſt & aliud genus.

1 *Donatio eſt duplex. Et poſſunt dici duo genera, nu. 4.*
2 *Donatio cauſa mortis,tripliciter reuocatur.*
3 *Donatio quo iure inuenta.*
5 *Donatio cauſa mortis poteſt fieri tripliciter.*
6 *Lex Falcidia quæ,& quotuplex,nu.7.*
8 *Donans cauſa mortis,tripliciter poteſt donatum reuocare.*
9 *Donatio cauſa mortis,in quo conueniat cum legato. Et in quo diſſideat nu 10 11.13.14 15.16.17.18.& 19.*
12 *Donatum qualiter petatur.*
20 *Poetarum aut Medicorum dicta in iure allegata, an & quando probationem faciant.*
21 *Donatio nudo pacto facta,an poſſit reuocari,diſting.*

1 Summatur ſic: † Duplex eſt donatio. ſ. cauſa mortis, & nō cauſa mortis. Cauſa mortis donatio eſt,quæ fit propter
2 ſuſpicionē mortis,& reuocatur tripliciter. † Primo,ſi donator ſuperuiuat:ſecundo,ſi eum donaſſe pœniteat,& tertio, ſi donatarius ante donatorem decedat. Et comparatur donatio cā mortis fere legato, & in ſumma donatio cau.mortis eſt,qñ donator potius vult ſe habere rem, quam donatarium.ideſt,illud cui res donata eſt, & potius donatarium,
3 quā hæredem ſuū h.d.& patet intel.tex.¶Notandum † primo, quòd donatio inuenta eſt iuregentiū, quia olim fiebat per traditionē:q̃a eſt de illo iure.vt ſup.de re.diui.§ per traditionē, ſed approbata eſt per ius ciuile, quo iure donatio fiebat per ſtipulationem. Sed poſtmodum dñs Iuſtinianus,

Digitized by Google

conſtituit, ꝙ donatio poſſet fieri nudo pacto ut C.de dona. l.ſi quis argentum,§.ſit aũt,& infr.de actio.§. de conſtitutæ pecunia,& eſt gl. q̃ hoc indicat in l.legiti.ff.de pact. ¶Not.
4 † ſecundo, ꝙ donatio cã mortis, & donatio non cã mortis, poſſunt dici duo genera donationis,ut cõtinuãt ſub ſe alias ſpecies,vt l 2.ff.de.do.cau.mor.vbi tres ſpecies donationis cauſa mortis enumerantur, vel etiam poſſunt dici duæ ſpecies donationis. & ꝙ eis adiunguntur aliȩ,l.donatio pp nuptias de qua infr.eo. §.eſt & aliud, & donatio,de qua infr.
5 eo.§.fi.¶Not.tertiò,† ꝙ donatio cauſa mor. põt fieri dupliciter. Vno modo,quando donans eſt in periculo mortis,& tũc ſi ſuperuiuat,ipſo iure reuocatur.ut ff.de don.cau.mor. in gl.in uerſ.accipientis,l.2. Alio mõ, quando donans non eſt in periculo mortis. Donat tñ cauſa mortis futuræ,quia dies mortis eſt incertus, & mors ſemper eſt timenda, ut ff. de do.l.ſenatus,§.mortis.Et iſta donatio nõ reuocatur, no. in l.2. ff. de don. cau. mor. Et debet fieri mentio de morte in hac donatione,ut.ff. de don.cau.mor. l. Seia. alias dicetur,donatio inter uiuos, & ſic non poſſet donator pœnitere,ut hic dicitur,& l.cum maritus,§.1.C.de pact.nec ẽt abſtraheretur falcidia,ut C.ad leg.Falc.l.ſi excederet ſummã quingentorum ſolidorũ, reqritur inſinuatio, ut C de do.l. ſancimus.Sufficit tamen ut ſit donatio cã mortis, ꝙ appareant aliqua ſigna,quod donator non voluerit donare, niſi
6 cã mortis,ut in gl.in d.l.Seia, in verb.initium.¶Not.† quarto,quòd lex Falcidia eſt quæ prohibet ne quis in teſtamento plus extraneis legare poſſit. quam ut quarta pars ſit hæredibus ſalua. Dicitur autem falcidia a Falcidio tribuno, authore, uel ſecundum Azon. dicta eſt a falce fabri, ideſt, à diminutione, quia in ſingularibus relictis reſecat legata, ſicut falce reſecantur ſegetes. Nam olim licebat cuilibet totam hæreditatem ſuam alteri relinquere, ſed Falcidius tunc ſtatuit, ꝙ quarta pars relinqueretur hæredibus legi-
7 timis. Et † eſt triplex,vna debita iure naturæ, alia iure inſtitutionis, tertia dicitur quarta Trebellianica, quæ competit hæredi inſtituto, qui rogatus eſt hæreditatem alij re-
8 ſtituere. ¶ Notandum † quinto,quòd donans cauſa mortis,

tripli-

tripliciter poteſt donatum reuocare. Primo ſi ſuperuiuat, quia tunc ſi donatio ſit facta in periculo mortis, ipſo iure reuocatur, vt dictum eſt ſupra in notab.3. Secundo, ſi pæniteat eũ donaſſe, vt hic, & ff. de do. cau. mor. l. ſenatus, i. reſp. in fin. quia voluntas eſt ambulatoria vſq; ad mortẽ, vt ff. de adim. leg. l. 3. in fin. & l. ſeq. Tertio, ſi donatarius præmoriatur, vt hic, & ff. ſi cer. pet. l. nõ omnis, & no. in ver. deceſſiſſet, quia donatio tunc fit caduca, vt C. de cad. tol. l. unica.

9 ¶Notandũ † ſextò, ꝙ donatio cã mortis, cõuenit cũ legato, quia cõfirmatur morte, ſicut legatũ, vt ff. de dona. l. *Marcel*lus. §. Paulus. Et abſtrahitur falcidia, vt C. ad l. Falc. l. fin. Et conuenit cũ ſimplici donatione inter viuos, quia vtraq; fit liberaliter, ut ſupra circa rub. dictũ eſt, de ſimplici donatio
10 ne. Sed differt à legato multipliciter. Primo † quia donatio facta in ſingulos annos eſt vna, & non plures, vt ff. de dona. cau. mor. l. ſenatus. §. fin. ſed legata in ſingulos annos ſunt plura, & ideo in donatione, & ſtipulatione ſolum inſpicitur tempus, quo fit donatio, ut l. ſi filiusfa. ff. de ver. obl. Sed in tali legato. ſ. per ſingulos annos, inſpicitur idoneitas legatarij ſingulis annis. Et ideo licet tale legatum primo anno ſit abſolutum, ſequentibus tñ annis eſt conditionale. ut
11 ff. de ann. leg. l. ſi in ſingulos. † Secundo, quia legatum traditur ſemper ab hærede, vt infr. de leg. in prin. in diffinitione
12 legati, ſed donatum ẽt traditur ab alio. Sed † qualiter donatum petitur no. Bar. in l. 1. ff. de don. quia aut donatio facta eſt ſtipulatione, & tunc agitur certi condictione ex ſtipulatu, & habet effectum irreuocabilem. vt ff. de do. l. ſenatus, uel fit nudo pacto, quod fieri poteſt, ut in l. cũ pater. §. Menio. ff. de leg. 2. Et tunc agitur ex l. ſi quis argentum. §. fi. C. de don. Vel fit in codicillis, non in teſtõ, & agitur utili
13 actione ex teſtõ, ut in l. fi. C. de cod. † Et requiritur præſentia partium in hac donatione, alioquin non valeret, niſi iure fideicõmiſſi, ut notatur in K fideicommiſſa, in verbo quoties. §. 1. ff. de leg. 3. Et licet donatiò cauſa mortis, habeat quaſi omnes effectus teſtamenti, vt in l. fin. C. de donatio. non tamen eſt teſtamentum, neque codicillus, ſed ultima uoluntas, quæ confirmatur morte donatoris, ut in gloſſ.

in l. tam his, ff. de don. cau. mor. Tertiò, quia donans obliga
14 tur, ſed non legans. Quartò, † quia accuſans teſtm̃ tanquam falſum, perdit legatum, ſed non donationẽ, ut ff. de his, qui-
15 bus, vt indignis, l. poſt legatum, §. qui mortis cā. † Quinto, q̃a in legato pōt fieri ſubſtitutio directa uel indirecta, ſed in donatione non pōt fieri ſubſtitutio ſaltem directa, licet fortaſſis bene fideicōmiſſaria, ut ff. de don. cau. mor l. ſi cui
16 mortis cauſa. Sextò † quia filius exiſtens in poteſtate patris, poteſt donare, ut ff. de dona. l. tam his, ſed non poteſt legare, ut infr. qui non eſt permiſ. facere teſt. §. 1. Septimò,
17 † quia in legato inſpiciuntur tria tempora, ut infr. de hæredum qualit. & differentia, §. in extraneis, ſed in donatione ſolùm inſpicitur vnum tempus, ut ff. de don. cau. mor. l.
18 in mortis. † Octauo, quia pro legato datur interdictũ quorum legatorum, ſed non pro donato, ut C. quorum legato l. 1. in ſũm. & in l. Marcellus, § Paulus, ff. de dona. cau. mor.
19 † Poteſt addi alia differentia, quia ſi in donat. cauſa mortis conuentum ſit, ꝙ non reuocabitur, tunc non poteſt reuocari: ſed lagatum poteſt reuocari, etiam ſi iuratum ſit. No-
20 tandum † finaliter, ꝙ in iure allegantur interdũ dicta Poetarum, ut hoc in fi. §. interdum ẽt allegantur dicta Medicorum, ut ff. de ſtat hom. l. ſeptimo menſe. Verum tñ eſt, quòd ex illis non habetur firma probatio, niſi innitantur dicta eorum ualidiſſimæ rationi, vt ff. de rer. diui. l. in tantum, §.
21 fi. Opponitur† contra p̃dicta ſic, & uidetur, ꝙ donatio non poſſit fieri nudo pacto, per l. 1. C. de iu. fiſ. li. 10. Sol. Verum eſt, ſi donans ſit obligatus fiſco, tũc donatio facta nudo pacto, poteſt a fiſco reuocari, ſi non præceſſit traditio, ſed in alijs non poteſt. Limitat tñ illud Bart. in l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla, ff. de pact. quia ſi donetur res uel pecunia, tunc poteſt fieri nudo pacto donatio, ſed ſi donetur factum obſeruatur antiquum ius, & requiritur ſtipulatio.

§. Aliæ autem.

1 *Donatio inter viuos, an poſſit reuocari.*
2 *Donatio inter viuos, quomodo fiat.*
3 *Vendens an teneatur tradere rẽ venditam, an ſolum æſtimationem.*

Inſinua-

Digitized by Google

4 *Inſinuatione donationis, quomodo debeat fieri.*
5 *Inſinuatio, cur introducta.*
6 *Inſinuatio an ſit neceſſaria in emptione, & uenditione.*
7 *Inſinuatio quibus caſibus non requiratur.*
8 *Donatio inter viuos, quinque modis ingratitudinis, reuocatur.*
9 *Dominus põt reuocare feudũ a vaſallo ſuo v. modis ingratitudinis.*

1 Summatur ſic. † Donatio inter uiuos eſt, q̃ fit ſine aliqua cogitatione mortis, & ſi ſit perfecta, nõ põt reuocari. Perficit aũt ꝑ manifeſtationẽ uoluntatis donatoris, ſcripto uel ſine ſcripto, & ſicut uenditor cõpellit tradere rẽ uenditam, ſic iſte donator rẽ donatã. Et ſi donum excedat quingẽtos ſolidos, nõ ualet iſta donatio, niſi facta cũ inſinuatione, actis interuenientib. regulariter. Aliq̃ tñ donationes ſine inſinuatione ualẽt. Et põt iſta donatio reuocari ꝑꝑ ingratitudi-
2 nem h.d. & patet in tex. ¶ Not. † primò, ꝙ iſta donatio põt fieri ꝑ uerba de futuro, ad inſtar ſtipulationis, ut ff. de uer. obl. l. 5. §. ſtipulat. & per uerba de p̃ſenti, & tunc põt fie
3 ri nudo pacto, ut C. de don. l. ſi quis argentum §. ¶ Not. † ſecundò, ꝙ ẽm Martinũ uendens tenetur tradere rem uenditam, ff. de uerb. obl. l. vbi non paret, & ſecundum Io. ſufficit tradere æſtimationem, ut ff. de actio. empt. & vend. l. 1. Et poſſunt concordari, quia ſi uendens habeat rem in ſua poteſtate, procedit opi. Mar. Si autem non habet in ſua poteſtate, pcedit opi. Ioã. Et ita notãt Doct in l. 1. ff. de actio. emp. & uend. Eſt ergo aliqua ſimilitudo inter iſtam donationem, & uenditionem, quia ſicut uẽditur tenetur tradere aliquid, ſ. rem uel æſtimationem, ſic donator tenetur tradere rẽ donatam. Et ſi donatio incepit a traditione, non tenetur donator de euictione rei, ut ff. de dona. l. Ariſt. Sed ſi incepit a pacto, tunc tenetur, ut C. de iure dotium. l. 1. niſi eſſet nu
4 da promiſſio, vt C. de euict. l. 2. ¶ Notandum † tertiò, quod inſinuatio debet fieri in ſcriptis coram ordinario iudice ſecundum Bar. in l. Modeſtinus. ff eo. de dona. & coram publicis perſonis, & non oportet adhibere teſtes, vt C. de don. l. data, & l. in donationib. nec oportet interponi decretum iudic s, ut in l. fi. C. de prædijs curialium, lib 10. Et poteſt inſi
5 nuatio fieri poſt donationẽ, ut C. de don. ante nup. l. 1. † Et

fit

fit iſta inſinuatio p̄p duas cās. Prima, ne donationes extor queantur per metū, quia metus ceſſat in iudicio, vt C. de his, qui p̄p metū iudicis nō appel. l.1. Secunda, ne fiāt fraudes in donationibus, quia donare eſt perdere, vt l. filius. ff. de don. Et nemo p̄ſumit rē ſuā velle iactare, vt l. cū de indebito. §. qui. n. ſoluit. ff de proba. Et nō ſolū requirit illa inſinuatio in donatione, ſed ēt in liberatione, ſi excedat quingētos ſolidos, vt ff. ad l. Falci. l. Neſennius. §. fi. ¶ Sed in ſo-
6 lutione† indebiti, Bar. diſtingit in l. 1. ff. de do. q̄a vel eſt indebitū oī iure, & vterq; ſ. ſoluēs & recipiens ſcit hoc eſſe indebitū, & tunc requiritur inſinuatio, ſi ſit vltra ſummam prædictā, vt l. ſi donatarius, C. de cōtrah. emp. Sed ſi ſoluēs ſciat & recipiens ignoret, & putat ſibi eſſe debitū, tunc nō requiritur inſinuatio, vt in l. abſenti. C. de dona. In acceſſione aūt debitorum non requiritur inſinuatio, licet excedāt prædictam ſummam, nec requiritur vocatio ipſorum debitorum, vt probat Bal. in Auth. eo diſcurſo C. de don. per l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de carbo. edi. & per gloſ. in l. 3. ſi cauſa cognita, ff de bo. poſſ. Si tamen ſumma in donatione excedat quingentos ſolidos i. quingentos aureos, ſed abſtractis gabellis & expenſis, ac alijs oneribus nō excedit, tunc non requiritur inſinuatio, vt in l. quoties. ff. ad l. Falci. & ibi te-
7 net hoc Bar. ¶ Notandum† quartò, quòd aliquæ ſunt donationes in quibus non requiritur inſinuatio, licet excedant prædictā ſummam, vt in donatione, quæ fit pro redemptione captiuorum, & in illa quæ fit militibus a magiſtro militum, vel quæ fit in refectionem domus Dei, vt C. de dona. l. pe. Similiter non requiritur in donatione quæ fit Imperatori vel quam ipſe facit, vt in Authen. de nōn alienam. §. ſi minus colla. 2. & in Auth. vt non fiant pignorationes. §. fi. colla. 5. Nec etiam requiritur inſinuatio, in donatione propter nuptias, vt in Authen. vt ſponſali largi. in prin. coll. 9. Non etiam requiritur in remiſſione vſurarum, vt ff. de dona. l. Modeſtinius. Et quia tex. dicit ꝙ dominus Iuſtinianus inuenit alia ad vberiorem exitum donationis, idcirco ſciendum eſt, quod vnum illorum eſt, qđ donationes ſeparatim factæ, nō debent aggregari, vt ſic neceſſaria ſit inſinuatio,

nisi

Digitized by Google

niſi fiat in fraudẽ, ut C. de don. l. ſancimus §. ſi qs ſũt. Aliud eſt, ꝙ qñ donatio fit ꝓ redẽptione captiuorũ prẽſtatur iuramẽtum, qđ debet expẽdi id quod donatur, ad redimendum
8 captiuos, ut C. de do. l. pen. ¶Not. † finaliter, ꝙ quinq. ſunt modi ingratiudinis, pp q̃ reuocatur donatio inter viuos. Primus, ſi donatarius intulit donatori atroces iniurias. Secũdus, ſi iniecit in eũ manus impias vel violẽtas. Tertius eſt, ſi intulit in bonis ſuis graue danũ. Quartus ẽ, ſi intulit ei periculũ uitæ. Quintus ẽ, ſi legi donationis nõ paruit. Vñ verſus.

Quinque modis perdo mihi quæ donata fuere,
Infero ſi damnum grauiter donantis in ære
Si per me ſit huic atrox iniuria facta,
Vel ſit perſona manuali vulnere tacta,
Quando ſuæ vitæ crudeliter inſidiabor,
Ingratus dono confeſtim iure priuabor,
Ingratum factum dic me, dum fregero pactum.

9 Et habentur iſti modi C. de reuo. dona. l. fi. Poteſt † etiam ex iſtis modis ingratitudinis, dominus reuocare feudum a uaſallo ſuo, ut in authen. ut liberti de cætero §. illud vero colla. 6. Sed donatio facta liberto a patrono ſuo reuocatur, ſi non præſtet obſequium, nõ tamen ſic reuocatur libertas, ut C. de reuoc. dona. l. 1. Reuocatur etiam iſta donatio, ſi ſit facta per non habentem libertos, poſtea ſuperuenientibus libertis, ut C. de reuo. dona. l. ſi vnquam.

§. Eſt & aliud genus.

1 *Donatio propter nuptias, augetur etiam poſt matrimonium, & nu. 2.*
3 *Donatio propter nuptias, quid.*
4 *Donatio propter nuptias & dos pari paſſu ambulant Et in quo conueniant nu 5.*
6 *Sponſalitia largitas, quid Et an poſſit repeti.*
7 *Nomina debent conuenire rebus, & nu. 8.*

1 Summatur ſic. † Donatio olim antè nuptias, mõ propter nuptias uocata, non ſolùm ante, ſed etiã poſt matrimoniũ augetur, & de nouo conſtituitur ſicut dos. Hoc dicit, & pa-
2 tet intell. text. ¶Notandum primo † ꝙ iſta conſtitutio Iuſtini, habetur, C. de don. ante nup. l. pen. ſed cõſtitutio Iu-

ſtinia-

3 ſtiniani hr ibidē l. fi. ¶Not †ſecūdò, quòd donatio propter nuptias, eſt illud, quod donatur à marito uxori, ſed dos eſt illud, quod donatur ab uxore marito, ut hic in gl. ſuper uerbo, exequentur, & in c. dona. extr. de don. inter uir. & uxo. Et ideo licet uir, & uxor nō poſſunt ſibi inuicē donare ſimpliciter, ut patet per totum titulū extr. de dona. inter uir. & uxo. poſſunt tñ facere donationē propter nuptias vel do-
4 tē, ut hic dicitur: † Et ambulant iſte donatio & dos pari paſſu. ut in Auth. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nup. Et debet eſſe inter eas æqualitas poſt matrimoniū, ut ſi de nouo cōſtituat dos, uel uetus augeatur. Idē debet fieri de don. propter nuptias, ut C. de do. ante nup. l. fi. §. ſi igitur dote. Sed ante matrimoniū iure. C. pōt eſſe inæqualitas, ut C. de pac. cōuen. l. i. ſed modo eſt æqualitas ante & poſt, niſi una in aliquo recōpenſetur. Iure aūt Auth. cōtigit quòd hic dicitur, quia neq; dos, neq; donatio propter nuptias conſtituit poſt matrimoniū, ut in auth. de æqualitate dotis, in princ.
5 colla 7. ¶Not. † tertiò, quòd donatio ꝓpter nuptias & dos conueniunt, primò, quia ſicut dos nō pōt alienari à marito et conſentiente uxore, ut infra tit. proxi. §. i. licet poſſit renunciari alteri hypothecæ, ut D. ad Velleianum. l. etiā, & l. iubemus. & Auth. ſiue à me. ſic donatio propter nuptias non pōt alienari. Secundo, quia ſicut dos redit ad mulierē ſoluto matrimonio, ſi donatio propter nuptias ad uirū, & conſulitur mulieri ex donatione, ſi res dotales non exiſtant, vt in Auth. de æqualit. dot. §. i. coll. 7. Tertio, quia ſicut maritus efficitur dñs dotis, ſic uxor efficitur dña donationis propter nuptias: ſed differunt, quia maritus habet uſumfructū dotis, non aūt uxor donationis, quia neceſſe eſt dotem ſeruire matrimonij oneribus, & æquitas ſuggerit, ut ibi ſint dotis & donationis emolumenta, vbi ſunt matrimonij onera, ut ff. de iure dot. l. dotis fructus & l. plerun-
6 que. §. ſi ſerui. ¶Notandum† quarto, quòd illud quod datur à ſponſo ſponſæ, vel econtra, vocatur ſponſalitia largitas, & habet etiam conditionem annexā, ſicut donatio & dos, ſi ſic licet ſequatur matrimonium, & ideo ſi non ſequatur matrimonium, uel hoc fit caſu, uel propoſito. Si caſu, tunc

illud

Digitized by Google

illud quod ſpōſus dedit ſpōſæ, pōt a ſpōſo mediatim repeti, quia una medietas debet apud ſpōſam remanere, ſed qđ ſponſa dedit ſpōſo totaliter repetitur, ſi uero nō ſequatur matrimoniū a propoſito, & ſi ſtat impedimētum per donātem, tunc illud quod ſponſus dedit ſponſæ & interuenerit oſculū, nō repetitur: ſed quod ſpōſa dedit ſpōſo bene repetitur. Ita diſtinguit Bal. in l. cū ueterū. C. de do. ante nup.

7 ¶Not. † finaliter quòd nomina debent eſſe cōuenientia rebus, ut hic dr̃, ſimile. C. de epiſ. & cle. l. decernimus. ¶Opp. ſic, & uĩ, ꝙ nomina non debent eſſe conuenientia rebus, vt C. de cōſti. pec. li. 2. & ff. de adimen leg. l. 3. §. cōdictio. Sol.

8 † Nomina debent eſſe conuenientia rebus, qñ nō inſurgit abſonus intellectus, qui ſi inſurgat, recedendum eſt a proprio ſignificatu nominis, extēdēdo ipſum ad ſignificatū bonum. nam qñ cognoſcitur res, tunc medicum curādum eſt de nomine, ut in l. non aliter. ff. de leg. 3. Nec ualet argum. ab interpretatione nominis, nec facit probationem, & non ſequitur, iſte vocatur Valentinus, ergo eſt ualens, uel uocatur Victor, ergo ſemper vincit, vt ff. de municipa. l. ſi §. pen.

§. Erat olim & alius.

1 *Seruus habens rem communem cum alio, ſi ei dabat libertatem ſolus, tunc pars accreſcebat illi alio, hodie ſecus.*

2 *Pretium debet accipi ſecundum communem fori aſtimationem. Et quid ſit ille nolit accipere, nu. 3.*

4 *Statuta multa ſpecialia inducta ſunt fauore libertatis.*

5 *Rem ſuam vendere, an & quando quis cogatur, limit. nu. 6. 7.*

8 *Rem emere, quando quis cogatur.*

1 Summatur ſic: † Olim habens ſeruum cōem cum Titio, ſi dabat ei libertatē ſolus, tunc pars ſua accreſcebat Titio, & quia hoc ius erat plenum inuidia, & contra libertatē, cuius fauore multa ſtatuta ſunt et contra cōes regulas, ideo hodie eſt ſublatum, & cogitur Titius hoc caſu recipere pretiū pro parte, quā habebat in ſeruo, & ita ſeruus fit liber. Hoc dicit. ¶Notandum primò, ꝙ iſta conſtitutio habetur. C. de cōi ſeruo manumiſ. l. 1. §. ne aūt, & §. fin autē ſocius.

2 ¶Notandum † ſecundò, ꝙ pretium debet accipi ſecundum commu-

cōem æſtimationē publici fori, ut not. in l. ſeptem, C. de et roga. mili. anno. li. 12. & in l. hi qui. C de prædijs & reb. nauicular. lib. 11. Sed pretium ſerui exprimitur in l. 1. C. de cōi ſeruo manumiſ. q̃a vel ſeruus eſt ſine arte, uel cū arte. Si ſine arte, tunc æſtimatur ad 30. ſolidos, niſi eſſet minor 10. annis, nam tunc ſolum æſtimat̃ ad 10. ſolidos: ſi uero ſit cū arte, tunc æſtimat̃ ad 30. ſolidos, niſi fuerit notarius, q̃a tunc æſtimat̃ ad quinquaginta, uel medicus, quia tunc æſtimabit̃ ad 60. ſolidos. Et illud uerū eſt, niſi fuerit ſeruus eunuchus, q̃a tunc ſine arte æſtimat̃ ad quinquaginta ſolidos, & cum arte, ad 62. & minor 10. annis eunuchus æſtimatur
3 ad 30. ſolidos. ¶Not. † tertio, ꝙ ſi Titius nō uelit recipere illud p̃tiū pro parte ſua, tunc dēt deponi ſub manu iudicis, & nihilominus aſſeq eṫ libertatē, ut C. de cōi ſeruo manu
4 miſ. l. 1. §. ſin autem ſocius. ¶Not. † quartò, ꝙ fauore libertatis multa ſpecialia ſtatuta ſunt. Nam a libertatib. non abſtrahit̃ falcidia, ſicut ab alijs rebus, ut ff. de fideic. liber. l. generaliter, §. ſi quis ſeruum. Et licet teſtm̃ ſit inofficioſum, libertates tñ tenēt, ut ff. de inoff. teſta. l. Papinianus, §. ſed & an libertates. Et ex iſto patet, ꝙ ſi teſtator uelit locum cōmunem, quem habet cum alio facere religioſum, & alius non vult, tunc ſoluto ſibi p̃tio, iuxta cōem æſtimationem, locus erit religioſus, ſiue uelit, ſiue nolit, & hoc fauore religionis, ut ſatis notatur in l. locum, ff. de uſufruct. Patet etiam, quòd ſi duo ſint, quibus vnus eſt obnoxius, ita quod poſſent ſibi infligre mortem, uel abſciſſionē membri, tunc ſi unus vult ſibi remittere, alter non poterit procedere ad mortem eius, vel abſciſſionem membri. arg. iſtius tex. ¶No
5 tandum finaliter, † ꝙ ex iſto tex. colligitur, quòd interdum cogitur quis rem ſuam uendere, contra cōem regulam.
6 quæ duplex eſt. † Primò, quòd nullus compellitur rem ſuā vendere, ut l. inuitum, C. de contrah. emp. Secundò, quòd nemo compellitur rem emere, ut in l. nec emere, C. de iure delib. ¶Opponitur contradicta, & primò contra iſtam primam regulam, per iſtum tex. ut dictum eſt in fin. notab. So
7 lu. Iſta † regula primo fallit hic. Secundo fallit, qñ pater uendidit filium ſuum neceſſitate famis, quia poteſt pater

poſtea

poſtea ꝑ illo filio pꝛiū dare, uel ſeruum æquiualentē, & cōpellitur ille alius filium patri uendere, ut C. de patrib. qui fil. diſtraxe. l. 2. in fi. Tertio, fallit in odium dominorum, qui ſeruos ſuos crudeliter tractāt, ut ſup. de his qui ſui uel alieni iu. ſunt §. fi. Quartò fallit modiū mentiēriū, quia. ſ. dñs agrū eſſe pluriū iugerū, uel uirgarū, q̄ ſit, ut i l. Iulianus, §. ſi Titius ff. de actio emp. & uēd. licet iſta nō ſit propꝛie fallētia. Quinto fallit in comeſtibilibus, qa pt quis cōpelli ad uēdendū comeſtibilia iuſto pꝛio ut in l. munerū, §. itē, ff. de mun. & hono. Oppo. ſcđo contra ſecundam regulā, per l. Iulianus, §. itē Ceſſ. ff. de act. emp. & uen. & per l. cōia diui. §. ſi debitor, ff. cōia diui. Sol. † illa regula etiā fallit, primo

8 qñ quis emit partem fundi, q habetur pro indiuiſo, & alia pars adiudicatur uenditori, tunc iſte compellitur illam partem ēt emere. Fallit ſecundo, qñ maritus recipit pro dote fundum indiuiſum, quæ tunc oportebit eum aliam partem emere, ut ff. de iure dotium l. cum in fundo §. ſi fundus. Fallit tertio, fauore ultimæ uoluntatis, ut qñ hæres grauatus eſt aliq̄ rem emere, & dñs illius rei paratus eſt uendere, tunc hæres cōpellit emere, ut in l. ſi æquo ff. de leg. 1. Quarto fallit, fauore eccleſiæ, quia ſi eccleſiæ habeat creditorē, cui nō pōt ſoluere, & neminē inuenit, qui rem ſuam uelit emere, tunc creditor compellitur talē rē ab eccleſia emere, ē adiecta decima parte æſtimationis, ut ſi res ualeat 10 tenet emere ꝑxi. ut in Auth. hoc ius porrectū, C. de ſacroſ. eccl. Fallit quito, fauore fiſci. ſic, ſi fiſcꝰ locauerit alicui fundū ex quo cōductor habuit maximos fructus, ſi conductor poſtea non uelit retinere fundū illum ꝑ tali pꝛio, & fiſcus non pōt reperire aliquē, qui uult fundū cōducere pro illo prætio, tunc cōpellitur iſte fundum adhuc retinere, ut in l. cotem ferro §. qui maximos, ff. de publica. & uectigalibus.

QVIBVS ALIENARE LICET, VEL NON. Titulus VIII.

Alienatio prohibetur varijs de cauſis.

Diuiſio huius tituli in tres partes,

Dictum eſt ſupra qualiter dominia rerum acquiruntur, iure gentium & ciuili. Et qa affectus dñi eſt rē poſſe

al.c.

Digitized by Google

alienare, ut ff. de re iud. l. fructus rei, & non dñi, non poſſe alienare, idcirco tractatur hic de quadam ſpecialitate circa dñia, qua ſ. dñs non poteſt alienare, & non dñs poteſt alienare. Et iõ rubricat̃ iſte tit. quib. alienare licet uel non. Et
1 notandum circa rubricam, † q alienatio interdum prohibetur ex parte pſonæ alienãtis, & hoc interdum pp delictum, vt in l. Manichæos. C. de hær. & Manichæis, & interdũ pp defectũ cõſilij, ut ſunt pupilli & minores, de quib. inf. eod. §. fi. Interdũ prohibet̃ alienatio propter rẽ, ut ſunt res ſacræ ſup. de rer. di. §. ſacræ, uel hõ liber, quia non põt æſtimari, vel res q̃ non p̃t ab alia ſeparari, ut ſeruus adſcriptitius ſine gleba. Interdũ prohibet̃ alienatio prop er eũ, in quẽ fit alienatio, & ſic arma non p̃nt uendi infidelibus, ut in c. ita quorundã, extra de Iudæis. Et interdum prohibetur alienatio, propter defectũ ſuperioris, ut in c. hoc cõſultiſſimo, de re.
2 ecc. non alie. lib 6. Et † diuidit̃ iſte ti. in tres partes. In prima tractat̃, qualiter dñs rei nõ p̃t eã alienare ex parte rei. In ſecunda ibi, econtrario, determinatur qualiter nõ dñs p̃t rem alienare. In tertia ibi, nunc admonendi, docetur qualiter dñs non poteſt alienare ex parte perſonæ alienantis.

§. Accidit.

1 *Maritus dominus fundi, an poſſit eum alienare vel obligare, etiam conſentiente muliere & nu. 6. 7.*
2 *Lex Iulia de non alienando vel obligando fundo, cum conſenſu vxoris, correcta eſt, & nu 5. 8.*
3 *Fundo quaſi dotalis, quis dicatur.*
4 *Dominus põt fundum dotalem a ſe alienatum uendicare, & nu. 7.*
6 *Mulier an ſit domina fundi dotalis.*

1 Quamuis † maritus ſit dñs fundi dotalis, tñ non poteſt eum alienare, nec ẽt obligare, etiã muliere cõſentiẽte. Hoc dicit. Sed intell. tex. eſt iſte, quod aliquando dominus rei non põt rem alienare, & aliqñ non dominus poteſt rem alienare. Exemplum primi, ut maritus dominus fundi dotalis tamen per l. Iuliam prohibetur talem fundum alienare,
2 quæ quidem l. Iulia † corrigitur hic in duobus. Primò, quia ſolum prohibebat iſtam alienationẽ in Italia, quæ tñ prohibita

bita eſt in oī ꝓuincia. Secūdo,q̄a prohibebat ſolū hac alie nationē muliere inuita,& hypothecationē ēt eā uolēte,ſed neutra earū.ſ.nec alienatio,nec hypothecatio fieri pōt,etiā cōſentiēte muliere, ne ꝑp fragilitatē ſexus ſubſtātia mulierū cōuertatur in pernicie earū,h.d.& patet intel.tex.¶No. primò ꝙ illud non ſolum, intelligitur de fundo dotali, ſed

3 ēt quaſi dotali.Et † eſt fundus quaſi dotalis,ille fundus qui datus eſt ſeruus dotali,ut ff.de fun.dota.l. 3. Etiā intelligitur illud de reb mobilibus dotalib.quæ ſeruādo ſeruari poſſunt,maxime ſi nō cōſiſtant pondere,numero,& menſura, vt vult Bar.in l.1.ff.ſol mat.& in l.ſi ſine.C.ad Velle.Secus in rebus mobilibus, q̄ ſeruando ſeruari non poſſunt.¶Not.

4 †,ſecundo, ꝙ ſi maritus de facto alienauerit fundū dotalē, poterit ipſe nihil hominus eū vēdicare,veniendo contra factū propriū, ut C. de rei vēd.l.doce. Sed tenet de euictione,ſi alienauerit ignoranti.ſecus ſi ſciēti, niſi hoc eſſet promiſſum,ut C.de euictio.l.ſi fundū.Et ſoluto matri.ipſemet mulier uendicabit,ut C.de iure dot.l.in rebus . Sic ēt plātus,qui rē eccleſiæ alienauit,poterit eā uendicare.c. ſi quis presbyterorum,extr.de reb.eccl.nō alienan.Et intelligitur illud,non ſolum de alienatione dominij,ſed ēt ſi cōſtitutū ſit aliquod ius in re,vt emphyteoticū, vel uſusfructus, uel uſūs,vt C.de reb.alie.non alien.l.fi.¶Not.finaliter, quòd cōſtitutio corrigens l.Iuliā ēt habetur C.de rei uxo.actio.

5 l.unica §.& cum lex.†Et eſt duplex ratio confuſionis . Prima eſt, ne propter fragilitatem ſexus ſubſtantia mulierum in perniciem earum conuertatur,ut hic in fi.illius §.Secunda ratio eſt,quia expedit reipub.mulieres non eſſe indotatas,ut ff.ſol.mat.l.1.Et non pōt mulieri huic fauori renūtiare,ēt ſi interuenerit iurām,& hoc de iure ciuili:ſed de iure canonico ipſa ſeruabit iuramentum quod ſemper ſeruandum eſt , dummodo non uergat in interitum æternæ ſalutis,vt in c.cum contingat,extra de iureiuran. ¶Opponitur primò ſic,& videt, quòd mulier ſit domina fundi dotalis ꝑ

6 l.in rebus,C.de iure dotium.ergo nō maritus.Sol.† Quod in illa lege dicitur, intelligendum eſt, quod mulier eſt domina fundi dotalis iure naturali , quo dicitur, quicquid

Digitized by Google

calcauerit pes tuus,tuũ erit. Sed non eſt domina illius fundi dotalis iure gentium,uel ciuili,niſi in ſpe, quia nutritur ex rebus dotalibus,ſicut filij dicuntur eſſe domini in bonis patris,infra de hæredũ qua.& differentia.§ ſui. vel q̄ ipſa eſt domina cõſiderato exitu rei,qñ.ſ.ſoluit̃ matrimoniũ,ſicut etiã filij ſunt domini in bonis patris,conſiderato exitu rei,ſ.poſt mortẽ patris,ut ff de lib.& poſth.l.in ſuis. ¶Opponitur ſecundò,& vr̃,quod maritus ,p̃õt fundum dotalẽ
7 alienare,per l.quotiens.C.de iure dotiũ.Solu.† Illa lex loquitur,qñ fundus dot.eſt æſtimatus,tunc.n.maritus poteſt eum alienãre,& mulieri æſtimationem dare,ut in l.ſi æſtimatus.ff.ſol.matr.& ibi per Bar.Põt tamen aliquando mulier eligere rẽ,uel æſtimationem, ut C.de iur.dot.l.in reb. Sed iſte tex.loquitur quãdo fundus non eſt æſtimatus, uel quando eſt æſtimatus, ut ſciatur quantum ualeat,ut C. de rei uxo.actio.l unica.§.cum lex.¶Sed replicatur de l. cum lex.ff.de fideiuſſ.& manda.Solu. Ibi alienatio fundi dot.tenet in præiudicium uiri alienantis, & ſine præiudicio mulieris.¶Sed rerũ replicatur de l.fi.C.de fun.dot.q̄ ibi alienatio p̄cedit,non in p̄iudicium uiri.Sol. Q̄ò d adhuc ſunt aliquis caſus in quibus fundus dotal.põt alienari a marito.
8 †Primò,ſi maritus uocetur ad diuiſionem fundi dot. quia nõ fuit diuiſus,& in illo caſu loquitur d. fi.l. in oppo.alle. Secũdò,propter neceſſitatem,ut ff.de libe.cau.l.1. Tertiò, cũ uniuerſitate rerum,ut ff.de fun.dot.l.1. Quartò,in utilitatem mulieris,ut ff.de iur.dot.l.fi. ¶Opponitur tertiò, & videtur,ꝙ res dotales mobiles poſſint alienari a marito, ꝑ l.1 C.de ſeruo.pigno.da.manumiſſ.Sol.Illa lex loquitur de rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. ¶Sed replicatur de l.in rebus.C.de iur.dot.quia ibi alienatur ſeruus dotalis,qui poteſt ſeruando ſeruari.Solu. Caſus eſt ibi ſpecialis, ut ſcilicet ſeruus dotalis manumittatur a marito fauore libertatis propter quam multa fiunt contra communes regulas,ut ſupra de donatio.§.ſi

§.Econtra autem.

1 *Creditor põt pignus alienare,quamuis non dominus Lim.nu.4 6.7*

2 Rem

2 *Rem alienare quibus caſibus poſſit non dominus.*

3 *Pignus,eſt triplex.* *(debitori.*

4 *Creditor qualiter denuntiationem diluendo pignore facere debeat*

1 Hic declaratur,qualiter nõ dñs poteſt alienare.Et † ſummatur ſic.Creditor põt pignus alienare ſm modum in iure determinatum,quis ipſe non ſit dñs pignoris.h.d.& patet

2 intel.tex.¶ Not † primò quòd præter illum modum, qui hic ponitur in tex. ſed adhuc alii modi, quibus nõ dñs põt rẽ alienare. Primus eſt,per iudicem,qui non eſt dñs rei, & tñ per ſñiam ſuã dñium rei trãsfert ad alium, ut ff.ſ.ex noxa.cau.aga.l.2.& inf.de off.iud.§.fi. Secundus modus eſt, per àlluuionem,ut ff.de acq re.dom.l.ergo §.alluuio Tertius modus eſt,per Imperatorem,ut ſup de vſuca.in princ. Quartus modus eſt, per p̃latũ eccleſiæ, ut in auth.hoc ius porrectum C.de ſac.ſan.ecc. Quintus,per tutorem,ut ff.de fur.l.interdum.§.qui tutelã.Sextus,per procuratorem habentem liberã adminiſtrationẽ,ut ſup.de rer.diui.§.nihil. Septimus,p ſeruũ habẽtẽ peculij adminiſtrationẽ, ut ff. de pig.act.l.ſi conuenerit,§.fi.¶Not.ſecundò,quod modus alienationis pignoris habetur in l.fin. C. de iur.dot.impetr.& ibi per Doct.†Nã triplex eſt pignus.ſ.conuentionale,

3 iudiciale,& prætoriũ vel contumaciale.De pignore cõuentionali,& quod.ſ.capitur ex conuentione creditoris,& debitoris,ſic diſtinguendum eſt,quia vel actum eſt inter eos,

4 qualiter illud pignus debeat alienari,uel non eſt actum.† Si primum,in alienatione,ſeruanda eſt forma conuentionis; ſi ſm,tunc creditor dẽt debitori denunciare, per ſe uel per ſñiam interlocutoriam iudicis,ut pignus luat.i. liberet ſiue redimat, quod ſi non fecerit, debet creditor expectare per biennium,a tẽpore denuntiationis uel proteſtationis,ſi debitũ ſit liquidũ,uel a tempore ſententiæ debitum liquidãtis,qñ debitũ non eſt liquidum,& tunc p̃t pignus alienare, videlicet uendere,ſi reperiat emptorem. Quòd ſi non reperiat emptorẽ,tunc uel debitor eſt pñs,uel non eſt pñs. Si ſit pñs,debet ſibi denunciare,ut prius luat,& ſi tũc pignus non luat,poterit ipſum uendere. Sed ſi nõ eſt pñs,datur a iudice triplex tempus. Primus,ad inquirendum debitorẽ,

Digitized by Google

& ſibi nunciãdum, ut pignus ſuum redimat. Secundum tp̃s quo debitor põt uenire, & pignus ſolum luere, ſi fuerit inuẽtis, ſed ſi nõ fuerit inuẽtus dat̃ tertiũ tp̃s, inf. quod ſi non uenerit, põt pignus adiudicari ipſi creditori. Debet tñ pignus æſtimari, & ſi plus ualeat quã debitum, hoc reſtituet̃ debitori uel alteri creditori eius, cũ fideiuſſione. Et ſi minus ualet, manet creditori ſalua actio cõtra debitorem de reſiduo hẽt tñ debitor poſt iſtã adiudicationem adhuc biennium, quo põt pignus luere, ſoluẽdo dãnũ & intereſſe, & hoc habet ex urbanitate. Dicit tñ Ang. quod iſtud intelligitur de creditore fęneratore in l. debitore. ff. de re. iud. Sed ſi creditor nõ ſit fœnerator, & nõ ſit actum inter creditorẽ, & debitorẽ, tunc ſtatim qñ debitor eſt in mora, p̃t creditor poſt denũciationẽ ẽt ext. iudicialẽ pig uẽdere, ut ff. de pig. acti.
5 l. ſi conuenerit. Et † ſi actum ſit inter eos, qđ pignus nõ dẽt alienari, nihilominus tñ poſt trinam denũtiationẽ poterit creditor pignus alienare, ſed nõ dẽt iſtæ denũtiationes ſub uno pretextu fieri, ut dicendo tribus uicibus, ſolue mihi ſed inter unã & aliã ad minus dẽnt mediare tres dies, ut in d. l. ſi cõuenerit. Et poſt hoc creditor expectabit biennio de iure. Sed per ſtatuta & conſuetudines locorũ aliter fit, ut in gl. in d. l. ſi. C. de iure do. impetrã. Sed pignus iudiciale ẽ
6 quod capit̃ in cã iudicati. Et † iſtud p̃t alienari iuxta tp̃s datum iudicãtis, quod cõiter eſt quadrimeſtre, i. quatuor menſiũ, ut in c. in quod ad conſultationem ext. de ſen. & re iud. Sed pignus p̃torium eſt, qđ capit̃ in cõtumaciã patris non comparentis, & iõ uocatur etiam pignus contumatiale, & iſtud alienatur arbitrio iudicis, ut in l. cum proponas, de bonis auth. iudicis poſſiden. Et ita tenet Dyn. in l. ſi finita. §. Iulianus ff. de dam. infec. ¶Opponitur contra prædicta ſic, & vr̃, quòd creditor nullo modo poſſit alienare pignus, quia nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quam ipſe habet, ut in regula, nemo, de reg. iur. lib. 6. & per l. traditio
7 de acq. rerum domi. Solutio. † Creditor non poteſt pignus alienare abſolute, ut probant iura in oppoſitum allegata, ſed bene poteſt cum uoluntate ipſius domini ſaltem præſumpta. & ita procedit iſte textus.

§. Nunc

Digitized by Google

§. Nuncadmonendi.

1 *Pupillus, an poſſit rem ſuã alienare, ſine authoritate tutoris, et nu. 3.*
2 *Pupillo poteſt quid donari ſine tutoris authoritate.*
4 *Condicere, quid. & unde tractum.*
5 *Adultus minor an poſſit alienare, diſting.*
6 *Res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ dicantur.*
7 *Licitatio quid.* 8 *Dare, captum impropriè.*
9 *Pecuniam qui credit maiorem, dicitur bona fide a pupillo accipere.*
10 *Pecunia quando dicatur conſumpta.*
11 *Debitor ſoluens pupillo, poteſt habere ſecuritatem aut plenam aut pleniorem, aut pleniſſimam.*
12 *Pupillus, quando dicatur factus locupletior.*
13 *Solutio facta a pupillo, creditori ſuo, an teneat, diſting.*
14 *Solutio, & alienatio, an differant.*

1 Summatur ſic: † Quamuis pupillus ſit dñs rei ſuæ, eam tñ ſine tutoris authoritate non põt alienare, nec transferre dñiũ, ſibi tñ poteſt aliqui dari. h. d. Vel aliter pro clariori in tex. in quo continetur tria reſponſa. Ex quo pupillus rem ſuam alienare non poteſt, ſi mutiuã pecuniam deberit, non facit eam accipientis, ſed põt ipſa pecunia uendicari ſi extat, ſed ſi conſumpta ſit, tunc ab eo, qui bona fide eam recepit, põt condici, ſed contra eum, qui mala fide eam recepit agitur ad exhibendũ. Hoc primò. Tunc ibi, at ex cõtrario.
2 † Pupillo põt aliquid dari ſine tutoris authoritate. Ideo ſi debitor pupillo ſoluat ſine authoritate tutoris, non liberatur. Si tñ pupillus ſaluã habeat pecuniam, aut ex ea locupletior factus ſit, & adhuc ſemel petat, poterit debitor eum repellere, per exceptionem doli mali. Sed ſi pupillus male conſumpſit pecuniã, uel furto amiſerit, & adhuc petat eum à debitore, oportebit debitorem iterum ſoluere, nec proderit ei doli mali exceptio. Sed ſi debitor ſoluit cum decreto iudicis, tunc pleniſſimè eſt ſecurus. Hoc ſecundo. Tunc ibi, ſed ex diuerſo. Pupilli non poſſunt ſine tutoris authoritate creditoribus ſuis ſoluere, quia id quod ſoluunt, non fit
3 accipientis, h. d. tertio. ¶ Notandum † primò, ꝙ pupillus ſine authoritate tutoris nõ põt rem alienare nec transferre,

 neque

Digitized by Google

neq. quo ad proprietatem, quia dominium non transfert, neq; quo ad poſſeſſionem, quæ animo retinetur. Corporalem tamen poſſeſſionem naturalem pōt pupillus perdere, & alius poteſt eā occupare, ut ff. de acq. rer. do. l. pupillus. Et rō iſtorum eſt, quia non pōt conditionem ſuā deteriorare, vt ſupra de auth. tut. in prin. ¶ Not. † ſecundò pro in
4 tellectu uerbi tex. condici, ꝙ condicere, eſt rem ſua in iudicio petere, pſonā pulſando uel inquietādo ipſam ſibi obligatā eſſe ad dādū aliquid vel faciendum, vñ dr̄ indebiti cōdictio. Et tractum eſt a ueteri obſeruatione, quia olim erāt in uſu ſolēnia uerba, quæ oportebat actorē, cum litigabat corā iudice, cōdicere, i. ſimul dicere, qñ litigaret, vt ſi caderet à ſyllaba, caderet à tota cā. Et qa in pſonalib. actionib. hoc obſeruat̄, iō perſonales actiones dicebant̄ cōdictiones. Deinde probata ſolēnitas in deſuetudinē abijt, & tñ nomē māſit, ut perſonales actiones adhuc dicant̄ cōdōne, q̄uis nō ſit neceſſe hanc ſolemnitatē obſeruare, & hæc uerba condi
5 cere. ¶ Notandum † tertiò, ꝙ de adulto minore qualiter, ſ. illa poſſit alienare, ſic diſtinguendum eſt, quia uel iſte adultus habet curatorē uel nō. Si habeat, tunc aſſimilat̄ prodigo, ut C. de integ. reſt. mino. l. ſi curatorem, & tunc aut loquimur de alienatione rerum immobilium, & mobilium, quæ inter immobilia cōputantur, ut ſunt penſiones, & reditus, & ſic iſte adultus, & pupillus olim & hodie pari paſſo ambulant, i. neuter eorū pōt alienare ſine authoritate tutoris uel curatoris, ut in l. magis puto, § non paſſim, ff. de rebus eo. Aut loquimur de reb. mobilib. quæ ſeruando ſeruari non pñt, & tunc olim fuit differētia inter iſtum adultum & pupillum, quia pupillus tales res alienare non pōt, ſine tutoris authoritate, vt l. alienationis verbo, ff. de verb. ſign. ſed adultus olim potuit ff. pro emp. l. 2. §. ſi a pupill. ¶ Et di
6 cuntur res, † quæ ſeruando ſeruari non pñt, illæ res, quæ nō pñt durare tribus annis, vt in glo. l. vnica, C. ſi aduerſus vſucapio. Sed hodie ptās pupilli, & iſtius adulti, habentis curatorē, eſt exæquata, ut. ſ. iſte adultus tales res ſine curatore alienari non poſſint, ut in l. lex quæ tutores, C. de adm. tut. Sed ſi iſte adultus non habet curatorē, tunc pōt contrahe-
re

re,& ſe obligare,ſed deceptus reſtituitur,ut ff.de mino.per totū.Si tñ iuraſſet ſe nō petiturum reſtitutionem, habetur pro maiore,Auth.ſacramēta puberum,C. ſi aduer.vendit. Illud tñ fallit in iudicijs,vbi adultus carēs curatore. cōpellitur recipere,§.item inuito,ſupra de cura.Sed non pōt iſte adultus res immobiles vel mobiles, quæ ſeruando ſeruari poſſunt alienare ſine decreto iudicis,ut C.de præd. mino. l.non ſolum,& ſine legitima cā,ſ.quia imminet æs alienum ſoluendo,ꝙ aliàs ſolui non pōt, ut in l.magis puto §. non paſſim ff.de reb.eo. Et tunc debet iſta alienatio fieri cū licitatione,vt tradat̄ plus offerēti,ut in l. & ſi ſine,§.q̄ſitum,ff. de mi. Et licet pecunia ſeruando ſeruari poſſit, illa tñ ſine decreto iudicis pōt iſte adultus alienare, ut in Auth. nouiſ-

7 ſime,C.de adm.tu.¶Not.†quarto.ꝙ licitatio,eſt venditio, ꝓpoſita ſicut cū aliqs res publice uenalis exponit̄ & unus offert decē & alter quindecim,qñ proclamatū eſt,ꝙ q plus offert,cā habebit,ille q plus offert,dr̄ alterū uincere licitatione,uñ cū alterū qs intendit ſuperare plus offerendo, in quacūq. negociatione licitatio eſt,ut qui licitatione uincet rē feret,C.de ſacroſ.eccl. Auth.qui res,& hoc modo intelligi debet,quod dictum eſt in notabili præcedenti,ꝙ alienatio debet fieri cum licitatione,ut ſ.tradatur plus offerenti.

8 ¶ Notandum † quinto, ꝙ qñ dr̄ hic in tex.ſi pupillus pecuniā mutuam dederit,ibi dare,capitur improprie,quia dare eſt accipientes facere,ut infra de actio.§.ſit itaq. Nec contrahit iſte pupillus obligationem,vt hic,& infra quib. modis re cōtrahitur obli.in pn̄o. Nec eſt mutuum,quia mutuū

9 dr̄,qñ de meo fit unum,ut ff. ſi cer. pen.l.2.¶Notandū†ſexto,ꝙ ille dicitur pecuniam à pupillo bona fide recipere, q credit eum eſſe maiorem,ut ff.pro empto.l.2. §. ſi a pupil-

10 lo. Et† dr̄ pecunia conſumpta, qñ eſt expoſita, ut ſupra de vſu fructu,§. conſtituitur uel quando eſt cum alia miſta,ut ff.de ſol.l.ſi alieni.Et iſta pecunia conſumpta poteſt condiri ab eo, qui bona fide accepit condictione ex mutuo recōciliato per conſumptionem,ut ff.ſi cer.pet.l.ſi à furioſo. Et reconciliatur mutuum ſtipulatione ut C.ſi cer.petat.l.quāuis, uel vſucapione, ut ff. de iure dotium l. Proculus. Sed

Digitized by Google

ſi conſumpta ſit ab eo, qui mala fide eam recipit, agitur ad
exhibendum q̃a ille, qui dolo fecit, quo minus pecunia ex
tet, tenetur ad exhibendum, vt C. ad exhibendum, l. ad exhi
bendum, & iuratur in litem, quia intereſt pupilli citius pe-
cuniã redditã fuiſſe: vt ff. de in lit. iur. l. in actionib. ¶ Notan-
11 dum † ſeptimò, circa ſecundum reſponſum, ꝙ debitor ſol-
uẽs pupillo põt habere aut plenam, aut pleniorem, aut ple
niſſimam ſecuritatem. Nam q̃n ſoluit pupillo ſine authori-
tate tutoris, habet plenam, nam ipſo iure non liberatur, ſed
habet exceptionem doli mali, per quam liberatur, ut hic in
tex. ſi pecuniam ſaluam habeat pupillus. Sed ſi male con-
ſumpta eſt, vel pupillo ablata, tunc neq; ipſo iure, neq; per
exceptionem doli mali liberatur, vt hic, & ff. de ſol. l. in pu-
pillo. Sed põt pupillus vel alius nomine eius, & non extra
neo nomine, adhuc iſtã ſolutionem petere, vt ff. de ſolu. l. fi
lius. Sed ſi debitor ſoluat eũ authoritate tutoris, habet ple-
niorem ſecuritatem, quia ipſo iure liberatur, & quod legiti
mè factũ eſt, nõ reuocat, ut l. ſancimus. C. ad Treb. & l. ſan
cimus. C. de adm. tu. Si tñ pupillus pecuniam ſolutã non ha
beat, ſed perdita eſt, reſtituitur, vt C. ſi aduerſus ſol. l. 1. Sed
ſi debitor ſoluat cũ decreto iudicis, habet pleniſſimã ſecuri
tatẽ, & tollitur reſtõnis remediũ, ut ff. de min. l. ait prætor,
§. ꝙ tñ. Et dr̃ iſtud decretũ, iudicis præceptũ, quia iudex di
cit, p̃cipio, vel volo, vt ſoluas, vt ff. de min. l. ait p̃tor. §. per
mittitur. Et debet iſtud decretum iudicis fieri ſine ſportulis
& expẽſis pupilli vel debitoris, vt C. de fruct. & li. expẽſis.
12 l. fi. ¶ Not. † octauò, ꝙ pupillus dr̃ factus locupletior, q̃n nõ
eſt pauperior, vt ff. de ſol. l. in pupillo. Et hoc eſt tripliciter
ſ. ſi pecuniã ſaluã habeat, uel l. ſi habeat, rẽ emptã pro pecu
nia, vel ſi cõſumpſit rẽ, quã ſua propria pecunia fuiſſet em-
pturus, vt l. eũ qui. C. de vſuca. pro empt. Dr̃ ẽt locupletior,
ſi dolo conſumpſit pecuniã, ut in l. 1. §. an in pupillũ. ff. depo
13 ſiti. Notandum † finaliter circa tertiũ reſponſum, ꝙ q̃n pu-
pillus ſoluit creditori ſuo, diſtinguendum eſt, quia aut facit
cum tutore, vel ſine tutore. Si cum tutore, tunc aut res, quæ
ſoluitur nõ potuit alienari ſine decreto iudicis, vel potuit.
Si nõ potuit, ſolutio nõ tenet, & poteſt res ſoluta repeti, vt
ff. de

Digitized by Google

ff.de reb.eo l.ſi pupillorum. §. pupillus, & l.magis.§.ſi pupuillus eo.tit.Si aũt potuit alienari ſine decreto iudicis.tũc tenet ſolutio facta à pupillo cum tutore,uel ab adulto cum curatore, ſi habeat curatorem, vel ſine curatore,ſi non habeat,& hoc ſi debitum ſit ciuile & naturale. Si.n.debitum eſſet naturale tm̃,poſſet repeti,qđ ſolutum eſt,ut ff.de con. indeb.l.interdum. Sed ſi ſine tutore ſoluerit pupillus, non tenet ſolutio,quia non transfertur dominium,niſi res ſoluta fuerit conſumpta,ut ff.ſi cer.pet.l.non oẽs §.fi. ¶Oppo. primo cõtra prædicta,& vr̃,ꝙ debitũ ſoluẽs pupillo ſine tutoris authoritate,liberatur ipſo iure, per l.ſi ſtipulatus fuero.ff.de ſolu.Sol.in illa lege pupillus fuit adiectus, & nihil ſibi debebatur, ſed fuit conuentũ inter contrahentes, quòd ſolutio poſſet illi pupillo fieri. ¶ Opp.ſecundo,& vr̃.quòd ſi debitor ſoluat cũ tutoris authoritate ſine decreto iudicis ſit pleniſſime ſecurus.Et licet pecunia ſit perdita, pupillus non reſtituitur, per l. ſancimus. C. de adm.tut.Sol.Illa lex loquitur,qñ ſolutio fit ex redditib.vel penſione.hic autẽ loquimur,qñ ſolutio fit ex cã mutui,vel ſimili cauſa.¶Oppo: tertio,& videtur,ꝙ decretum iudicis non tollat remedium reſtitutionis,C.de præ dijs min.l.ſi quidem §.fi.Sol.Illa lex loquitur in alienationibus,hic autem loquitur in ſolutioni

14 bus. Et † ratio diuerſitatis eſt, quia ſolutio fit ex neceſſitate,ſed alienatio fit ex voluntate Sed iſta ratio non placet Io.Fab. quia alienatio, ut puta uenditio,interdum ẽt fit ex neceſſitate.Et ideo dicit aliam rationem, quia.l. pupillus plus damnificatur in alienatione,quam in ſolutione.

PER QVAS PERSONAS NOBIS, ALIAS cuique acquiritur. Titulus IX.

1 *Titulus hic,quid differat a titulo,per quas perſ nob. acqu. oblig.*
2 *Acquiſitio nobis,per quot & quas perſonas fiat.*
3 *Diuiſio huius tituli in ſex partes.*

CONtiuatur ſic. Dictum eſt ſuprà, qualiter res nobis iure gentium & ciuili acquiruntur.Sed quia non ſolũ acquirim⁹ res per noſmetipſos, ſed etiam per alios,idcirco in iſto ti.tractatur,qualiter res nobis acquirãtur per alios.

Et

Digitized by Google

Et ideo rubricatur iſte tit. per quas perſo. nobis acquiritur.
1 Et differt eſt titulus a quodã alio titulo, de quo infr. §. per quas perſonas nobis obligatio acquiritur, quia ille titulus loquitur de acquiſitione obligationum. iſte vero de acqui-
2 ſitione rerum. Et ſunt octo † perſonæ, per quas poſſumus acquirere. Primo, per noſmetipſos. Secundo per liberos nr̃os. Tertio, per ſeruos noſtros. Quartò, per ſeruos in quib. vſum fructum habemus. Quinto, per ſeruos alienos, quo bona fide poſſidemus. Sexto, per liberos homines, quos bona fide tanquam ſeruos poſſidemus Septimo, per ſeruos, in quibus nudum vſum habemus. Octauum per liberos hoĩes quos
3 non poſſidemus, uidelicet per procuratores. † Diuiditur igitur iſte ti. in ſex partes. Nam in prima tractatur qualiter acquiramus per liberos noſtros. In ſecunda ibi, item uobis acquiritur, qualiter acquirimus ꝑ ſeruos noſtros. In tertia ibi, de his qualiter per ſeruos, in quib. vſumfru. hẽmus. In quarta ibi, idem placet, & de eo qualiter acquiramus per ſeruos alienos, & liberos homines, quos bona fide poſſidemus. In quinta ibi, ex his, infertur una cõſequẽtia ex prędictis. Et in ſexta ibi, hactenus, ponitur cõtinuatio ad ſequẽtẽ materiã.

§. Acquiritur vobis.

1 *Filius quicquid quærit an acquirat patri.*
2 *Seruus vſuarius an & ex qua re nobis acquirat.*
3 *Antiquitates ſcire confert.*
4 *Peculium, eſt quadruplex.*
5 *Profectitium eſt, quod datur filio, occaſione patris.*
6 *Pater quot & quibus caſibus nõ habet vſumfructum in aduentitijs.*
7 *Peculium in dubio præſumitur profectitium.*
8 *Pater, an habeat medietatem vſusfructus, pro tertia parte, in emancipatione filij diſting.*
9 *Res an debeant decreſcere propter honoris acceſſionem.*

Non ſolum acquiritur nobis per noſmetipſos, ſed etiam per libero & ſeruos noſtros, & per ſeruos, in quibus habemus vſumfru. & ꝑ ſeruos alienos & liberos hoĩes, quos bo
1 na fide poſſidemus. † Et licet olim quicquid liberi exiſtenter in poteſtate acquirebant, hoc totum ad parentẽ pertinebat, excepto caſtrenſi peculio, ita ut parens poſſet hoc ad

alium

alium transferre, hodie tñ quicquid liberi acquirunt ex re ipſius parentis, hoc pertinet ſibi, ſed quod aliunde acquirunt: in illo parens habet vſumfruct.ſed proprietas manet apud liberos,& olim parens pro emancipatione habebat tertiã partẽ in bonis,q̃ ſibi non acquirebantur, ſed mõ habet dimidiã,quantũ ad uſumfr.ſed proprietas manet tota-
2 liter apud emancipatum h.d. ¶ Notandum † primo,ꝙ per ſeruum vſuarium non acquirimus,niſi ex re noſtra, & non ex opera ſua,ut ff.de vſu & habita,l.per ſeruum, & infra ꝑ quas perſo.nob.obiligatio acquirit̃,§. per eũ quoq. Sed ad hoc, ut per ſeruũ alienũ uel per liberũ hoĩem tanq̃ ſeruum poſſeſſum acquiramus requirit̃ bona fides,vt infra eo.§. itẽ placet,quæ quidem bona fides dẽt eſſe in poſſidente,& nõ poſſeſſio,vt ff.de acq. poſſ.l cũ hæredes,§. ſi. Ex quo patet, ꝙ ſi ſit monachus unius monaſterij in alio monaſterio,& illud monaſterium habet eum, tanq̃ ſuũ,bona fide licet monachus habeat malã fidẽ,ſciẽs ſe pertinere ad aliud monaſterium,tum qcq̃d ipſe acquirit, pertinet ſo monaſterio,& nõ primo. Sed iſta bona fides aliter reqritur in libero hoĩe q̃ in ſeruo alieno,quia in libero hoĩe cõtinue debet eſſe bona fides,nec põt vſucapi,ut ſupra de vſucap.§.ſed aliqñ,& ff.de acqui.rer.do l. qui bona fide,§. 1. Sed in ſeruo alieno ſufficit bona fides in prin. vt per eum nobis acquirat̃, & põt
3 vſucapi,ut ff.de vſuca.l. qui ſit.¶Not.† ſecundo,ꝙ utile eſt ſcire antiquitates,vt infra ti. prox.in prin. quia id quod tollitur,& corrigitur dẽt cognoſci, ut C. de cad.toll.l.unica.
4 ¶Notand. † tertiò, ꝙ quadruplex eſt peculium,ut ſupra in parte tactum fuit,ſ.caſtrenſe,quaſi caſtrẽſe,profectitium & aduentitum.Caſtrẽſe eſt,quod filiusf. acquirit in caſtris rõne militiæ,ut ff.de caſt.pecul.l. ſi forte. Quaſi caſtrenſe eſt, qđ magiſtri artium,medici,clerici,aduocati,acquirũt, ut in l.ſi C.de inof.teſta. Tale ẽt eſt quod acquirunt notarij,præcipuè curiarum & officialium,ut in gl. in l.fin. ſuper uerbo, memorialibus,C.de inof.teſt.Et quod acquiritur de publico,eſt quaſi caſtrenſe ut in l.cum oportet, C. de bonis quæ liberis. Etiã quod acquirunt aduocati ſuis clientulis, quia accedit loco ſalarij publici,ut in glo.in l.fori, C. de aduoc. diuerſo.

Digitized by Google

diuerſo. iudicio. & facit, l. uelut. C. de aſſeſſor. licet Spec. in ti. de actionib. verſ. quaſi caſtrēſe cōtrariū dicat. Sed ꝓfectitiū eſt, quod filius familias acquirit ex re, uel propter re patris, ſeu occaſione patris, ut ff. de incen. rui. naufrag. l. j. §. 2. & l. Pedius, §. 2 niſi fili⁹ fuiſſet talem rē acq̃ſiturus, ut. ff. de iure do. l. 1. §. ſi pater. Bar. tñ in l. cū oportet, C. de bon. q̃ libe. dicit, ꝙ ſi filius ex cētū denariis patris lucretur alios centū, tūc iſtud lucrū mediatim eſt ꝓfectitiū, & mediatim aduētitium. Ex quo patet, quòd ſi aliquis tradidit negociatori quingētos florenos, vt emeret uina, & negociator emit uina, q̃ uēdidit octingētis floren nō dēt iſte qui tradidit quingētos florenos, iſtud lucrū habere ſolus. ſed nagociator habebit medietatē.

5 †Si igiť filio deť aliq̃d occaſione patris, dř profectitiū, ſed ſi ſibi detur proter merita ſua, licet donator cognoſcat patrē eſt aduētitiū, ita diſtinguiť te. in ſimili in l. ſocium, ff. pro ſocio. & ibi per Bar. Ex quo patet quòd ſi ambaſciatori prīcipis uel ciuitatis deñť aliqua enelodia, illa pertinent ambaſiatorib. quia pręſumunť data propter merira ſua. Sed aduētitium eſt qđ filius acquirit per induſtria, vel labores ſuos, uel à fortuna, uel ex reb. matris, vel ab extraneo. Dicendū eſt ergo, ꝙ caſtrenſia & quaſi caſtrenſia pertinent filio, ſed profectitiū pertinet patri, & aduentitium pertinet patri, quo ad vſumfructū, & filio quātum ad proprietatē.

6 ¶Sunt † tñ aliqui caſus, in quibus pater non habet vſumfruc. in aduentitijs Primo, ſi pater vſumfructū remiſit ut in l. cum oportet, §. ſi autem res, C. de bonis, quæ lib. Secūdo, ſi filio aliquid donatū ſit, eo pacto, ut pater uſū fructū nō habeat, in Auth. vt liceat matri, & auiæ. in prin. coll. 8. & hæc conſtitutio habetur etiam C. de bonis, quæ libe. l. cùm oporter. Auth. excipitur. Tertio, ſi filius cum patre ſuccedat, in hæreditate fratris vel ſororis, ut in Auth. de hær. ab inteſt. uenientibus, §. ſi vora, colla. 9. Quarto, ſi ſeruus datus ſit filio, ut per eum ſtatim manumittatur, ut C. de bonis, quæ lib. l. fin. Quinto, in hæreditate, quam pater prohibuit filio adire, ut C. de bonis, quæ lib. l. fin. §. 1. & 2. Sexto, ſi pater diuertat ſe illegitime ita bona adiudicentur filio, ut in Authen. vt nulli iud. §. quia uero colla. 9.

Septimo

Septimò, ſi pater cõtraxit inceſtas nuptias,ut in Authẽ. de
7 inceſtuoſis nuptijs,in prin.col.3. † Si tñ ſit dubiũ an pecu-
liũ ſit aduẽtitiũ,uel profectitium,tunc dñt aliqui,ꝙ p̄ſumi
tur eſſe profectitiũ, ſicut qñ eſt dubiũ,an uxor acquiſiuerit
ex reb.ſuis an ex reb.mariti,tunc p̄ſumitur,ꝙ ex reb.mari
ti,ut C.de dona.inter uir.& vxorem,l.ẽt.Sed melius uř di
cẽdum,ꝙ inſpicietur,an filius ſit diues & diligens,& pater
nõ,uel ẽcõtra,& p̄ſumitur iſtud acquiſitũ eſſe ex re diuitis
& diligentis,& ita dicetur aduẽtitium uel profectitium,ut
C.arbitrium tute.l.ſi defunctus ¶ Not. finaliter,ꝙ olim pa
ter pro emancipatione filij habebat tertiam partem in bo-
nis filij pleno iure. Sed modo habet medietatem quantum
ad uſumfruc ut hic,& in l.cum oportet,§.cum autẽ. C. de
bon.quæ lib.Ex quo patet,quòd medietas uſufru. non ua-
let minus,quam tertia pars in pleno iure, quod facit con-
tra illos, qui uolunt habere duos denarios in penſionibus
uitalibus,pro uno in hæreditarijs. ¶ Opp.contra prædicta
& uř primo, quod iure antiquo non acquirebatur patri to
tum, quod acquirebat filius exceptio caſtrenſi peculio per
l.1.§.nec caſtrenſe,ff.de colla.bono. Sol. Quòd illa regula
antiqui iuris,quæ habetur hic,& in l.placet,ff. de acq. hæ-
re.non ſolum fallebat in caſtrenſi peculio, ſed etiam falle-
bat, & hodie fallit regula noui iuris in quaſi caſtrenſi pecu
lio,ut in l.alle.in oppoſitum.Fallit etiam in illicitẽ acquiſi
tis,ut ff.de acq.poſſ.l.quod ſeruus. Fallit etiam in dote ad-
uentitia,cuius actio non acquiritur patri,ſed filio,ut in l.2.
§.quod ſi in patris poteſtate,ff.ſolu.matrimonio.Fallit ẽt,
quando filius eſt inſtitutus hæres, quia pater eſt furioſus,
ff.de acq.poſſe.l.cum hæres.Fallit etiam,quando pater ro-
gatus eſt filio reſtituere hæreditatem, ut in l. Imperator,
& in l.cogi. §. ſi pater, ff. ad Trebellianum. ¶ Opponitur
ſecundò & uidetur, quòd non ſit idem, ex re, & propter
rem patris acquiri, ut peculium ſit profectitium, per l. Iu-
lian.& ſi quid ſeruo,ff.de actio.emp.& uendi.& per l.eo.tẽ
pore,ff.de peculio.Sol.in illo §.ſi quid ſeruo non diſtingui
tur an datum ſit contemplatione emptoris uel ſerui,ſed be
ne diſtinguitur an contemplatione uẽditoris uel ſerui. ut

Digitized by Google

mētum, ibi dēt eſſe onus, ſed nō dr. ꝙ pro honore deberent res decreſcere. Ex quo patet ꝙ uani ſunt illi, q faciunt magnas expēſas, & dāt multa ut pmoueātur ad honores, ut l. ſi nt in cōſulatu ciuitatū. Patet ēt ꝙ uani ſunt, q in actibus doctoralib. ad hēdū honores ſup alios, faciūt expēſas magnas cōtra ordinationē cle. cū ſit. de magiſtris, q a p hoc nō acqrunt honorē, ſed potius uanitatem. Niſi eſſent potētes, & multum diuites, ut in l. memini, C. de conſulibus. lib. 1.

§. Item vobis.

1 *Seruus ſi quid ſtipuletur, obligatio acquiritur domino ſuo* Item, *quo uis modo acquirat Fallit, nu.* 5.

2 *Aditio hæreditatis per ſeruum quæ requirat. Quid fideicommiſſaria reſtitutio nu.* 3 *Quid poſſeſſio nu* 4.

6 *Monachus quod acquirit, an acquirat monaſterio.* Et *quid de beneficiato.*

7 *Seruo aut monacho an poſſit quid legari, & an ſibi acquirant.*

Quicquid acquiritur p ſeruum noſtrum, pertinet nobis, ſed ſi ſeruus hæres inſtituatur, non pōt adire hæreditatem ſine iuſſu noſtro, & tunc nobis acquiritur hæreditas. ſed legatum ſeruo relictum acqrit nobis ſine iuſſu. Et non ſolum acquiritur nobis proprietas p eos, qui in poteſtate noſtra ſunt, ſed etiam poſſeſſio & uſucapio, & etiā pſcriptio h. d.

1 ¶ Notandum primò, † ꝙ ſi ſeruus aliquid ſibi ſtipuletur, obligatio nō acquiritur ſibi, ſed dño ſuo, ut infr. per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. in prin. Si etiā ſeruus acquirit aliquid per occupationem, ſpecificationem, uel inuētionem acquirit dño, de quibus ſupr. de rer. diui. & feræ. & §. ſi quis ex aliena mate. & §. theſauros. Et iſta acquiruntur dño etiam ignoranti, & inuito, ut hic, & ff. de acq. rer. do. l. etiam inuitis, quia ſeruus nihil acquirit ad utilitatem ſuā. ut ff. ad leg. Iul. de adult. l. ſic eueniet, ſed omnia acquirit ad utilitatem domini, ut infr. de ſtipu. ſeruo. per totum. ¶ Notan-

2 dum † ſecundo, quòd in adeunda hæreditate p ſeruum tria requiruntur. Primo, iuſſus domini, ut hic. Secundo quod iuſſus ille pcedat, ut ff. de acq. hær. l. ſi quis mihi §. iuſſum, Tertio, requiritur uoluntas ſerui, C. de hære. inſti. l. cum

3 proponas. † Sed in fideicommiſſaria reſtitutione ſeruo fa-

cienda

Digitized by Google

cienda non oportet, quòd iuſſus dñi præcedat, ſed ſufficit ſuus cōſenſus ante uel poſt, ut ff. ad Treb. l. ſeruo inuito. Et rō diuerſitatis eſt, qa in aditione hæreditatis actiones directæ tranſeunt ad hæredē, & non pñt eſſe in ſuſpenſo ſed in reſtitutione fideicōmiſſaria, ſolum trāſeunt actiones utiles ad fideicōmiſſariū, q̄ poſſunt eſſe in ſuſpenſo. In legatis autē ſeruo relictis, non requiritur iuſſus, ſed immediatè tranſeunt ad dominum, quia non continēt aliqđ onus, ſed ſolū emolumentum ut ff. mand l. ſi hæreditatē, & licet dicatur hic in tex. ꝙ qñ hæreditas eſt adita per ſeruum, perinde eſt ac ſi dñs fuiſſet inſtitutus hæres, non tñ eſt oīno perinde, quia ſi dñs ſubſtituat filio ſuo eos quos fecit ſibi hæredes, tunc nō uocātur ad ſubſtitutionē ill', qui facti ſunt hęredes per ſeruum, ſed tm̄ illi qui facti ſunt hæredes per ſeipſos, ut ff. de uulg. & pup. ſubſti. l. q liberis, §. hæc uerba. † Notā.
4 tertio, † quòd in poſſeſſione acquirenda per ſeruum, non requiruntur illę tria, quæ dicta ſunt, ſed ſufficit dñi uolūtas uel ſerui, ut ff. de dona. cur. mor. l. fi. & ſtatim quādo ſeruus incipit poſſidere, dominus incipit uſucapere, ſiue ſciat, ſiue ignoret, & hoc eſt uerum in reb. peculiaribus, ut ff. ꝓ ſolu. l. 2. Secus in dominicis, quia requiritur ſciētia domini, ut ibi dicitur, & non ſolum uſucapit dominus per ſeruum, ſed ēt acquirit longi temporis poſſeſſionem, ut hic, cuius effectus
5 eſt præſcriptio, ut ff. de uſucapio. l. 3. ¶ Notandum † quarto, quòd licet quicquid ſeruus acquirit, pertineat dño, hoc tñ non eſt uerum, ſi acquirat aliquid illicitè, ut ff. de acquir.
6 poſſ. l. quod ſeruus. ¶ Notandum † finaliter, quòd ex iſto tex. poteſt colligi, quod quicqd monachus acquirit, hoc acquirit monaſterio, ut ext. de ſtatu mona. c. cum ad monaſterium, & quòd beneficiatus acquirit, hoc acquirit ſuo beneficio, ut in Auth. licentiā. C de epi. & cle. facit. c. 1. extra de pecul. cle. & c requiſiſti. extra de teſtamentis. & ideo ſi monachus præficiatur ꝑpetuo alicui eccleſiæ, tunc non acquirit monaſterio ſuo, ſed illi eccleſiæ, de quo eſt bona glo. in c. ſtatutū, 18. q. 1. Et licet dictū ſit, quòd beneficiatus acquirit beneficio ſuo, ſi tamen acquirat aliquid ex ſuo patrimonio, vel ex laboribus. & ex induſtria ſua, hoc eſt ſuū, & pōt

de

5 tum patris ſcd̃m Azonem, C. eod. Et ſic † duplex poſthumus, unus q̃ naſcit̃ poſt mortẽ patris. alius qui naſcitur poſt quã pr̃ in ægritudinis lecto teſtamentum condidit. Et de illo dicimus ſi pr̃ condit teſtamentum, & non facit mentionẽ de poſthumo, qui adhuc eſt in utero, & poſtea conualeſcit, & penes ſe teſtamẽtum ſeruat, & poſthumus naſcit̃. ſed tractu tpis mo itur ante patrẽ, tunc teſtm̃ prius factum eſt ualidum. ſed ſi poſthumus ſuperuixerit, tenet pr̃ teſtm̃ mutare,
6 & in ipſum in teſtõ ponere. ¶ Notandũ † tertiò quòd differẽtia eſt inter teſtm̃, in quo filius iam natus eſt præteritus, & in quo poſthumus eſt præteritus, quia primum eſt nullum, & ſecundum ualet. Et ideo legata in primo teſtõ ſubſiſtunt, per Auth. ex cauſa. C. de lib. præt. uel exhæ. quia non depẽdẽt a teſtõ. ſed legata in ſecundo teſtõ nõ ſubſiſtunt, rupto teſtõ per agnationem poſthumi, quia depẽdent ex teſtõ, ut
7 in Auth. ut cum de appe. cognoſci §. ſi igitur, col. 7. Not. † finaliter, quòd ſi mulier pariat abortum, ualet teſtm̃, q̃a non eſt animal uiuum, ut l. qui mortui. ff. de uerb. ſig. & l. 1. C. de poſth. hæred. ſed ſi partus ex ſectõ uẽ re eſt æditus, rumpit teſtm̃ ſi hẽat ſpiritum uitalẽ, ut l. quod dr̃ ff. de lib. & poſth. ſi tñ talis filius non implet conditionẽ poſitam in teſtõ, ſi peperit, quia nõ dr̃ mulier peperiſſe, qñ filius exſectus eſt, uel extractus ex uentre, ut eſt tex. in l. aniculas ãm nitit ff. de uerb. ſig. ubi dicitur, ꝙ falſe peperiſſe dicitur, qui mortuæ extractus eſt filius. Sed ſi naſcatur monſtrum non rumpitur teſtamentum. ut in l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu hom. ¶ Opponitur ſic, & uidetur, quòd qñ poſthumus exhæredatur, tunc omnes poſthumi exhæredẽtur per l. 3. §. pen. ff. de iniuſ. rup. & irri. teſta. Solutio. Ibi exhæredatio fiebat per uniuerſalem terminum, ut dicẽdo, omnes poſthumos meos exhæredo, uel quemlibet poſthumum exhæredo.

§. Poſthumorum ante. in loco.

1 *Pater compellitur etiam inſtituere nepotem vel neptem ex filio. Et qualiter fiat illa conſtitutio.*

Nepos

Digitized by Google

2 *Nepos vel neptis, differt a uero poſthumo.*

3 *Legis Velleię conſilium circa inſtitutionem nepotum vel neptum an habeat locum in teſtamentis mulierum.*

4 *Teſtamentũ an poſſit inualidari per agnationem ſui hæredis, diſtin.*

Sũm natur; Præteritio nepotis uel neptis ex filio exiſtẽte in patria ptãte, inualidat teſtm̃ aui paterni, ſi teſtatore viuo idẽ filius moriatur, uel exeat ptãtem, eius quaſi agnatione ſui hæredes, ad ſimilitudinem agnationis poſthumi. h. d. &
1 patet intell. tex ¶Notandum ꝑ primò, ꝙ pr̃ compellitur nõ ſolum inſtituere filium ſuum quẽ hẽt in ptãte, ſed ẽt nepotem ex filio, nõ ꝑciſe, ſed caſualiter. Primum patet, q̃a inſtituto filio, valet teſtm̃, ut ſupr. eo. §. 1. & filius hẽt primũ locum ſuccedẽdi. Scd̃m patet quia in caſu quo filius eius eo viuo moreretur, uel exiret ptãtem eius, tunc nepos quaſi agnaſceret̃, ideſt, ſubtus uel poſtea naſceretur, ſicut poſthumus uerus vel agnaſceret̃ ideſt, incipit agnatus eſſe, quo ad ius ſuccedendi, ideſt agnaſceretur ſuus hæres ſicut exponit gl. Et ſic in illo caſu oporteret nepotem inſtituere vel nominatum exhæredare, alias teſtm̃ patris annullaret̃. Et ꝓp hoc inuentum fuit cõſilium legis Velleię, ut qñ pr̃ uellet teſtari, diceret ſic in teſtõ. Inſtituo filium meum hæredẽ, & ſi filius meus in uita mea moriatur, uel exeat a ptãte mea, tũc ſubſtituo ei nepotem meum, uel nepotẽ ex eo. De quo habetur in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. ff. de liber. & poſthu. Conſilium autem Galli, fuit de inſtitutione nepotum poſthumorum, ut teſtator ſic diceret; Inſtituo filium meum iam natum hæredem, & ſi contingat eum mori me uiuo, tunc ſi quis mihi nepos ex eo natus fuerit intra decem menſes poſt mortem filij mei, illum ſubſtituto, ut d. l. Gallus,
2 ideſt, reſponſo. ¶Notãdum ꝑ ſecundò, ꝙ iſte nepos uel neptis, dr̃ quaſi poſthumus, & differt a uero poſthumo, quia iſte non rumpit teſtamentum poſt mortem teſtatoris, ut v. g. Si pater inſtituit filium, nepote præterito, tunc ſi pater moriatur ante filium, firmum eſt teſtm̃, quãuis filius poſtea ſtatim moriatur, & nepos ueniat in locum eius; Secus eſt in vero poſthumo, quia ille rumpit teſtamentum, ẽt poſt mortem teſtatori, ff. ut de iniuſto, rup. irri. teſta l. ſi quis filio.

¶Not.

3 ¶Not. † finaliter, quod consilium legis Velleiæ eſt etiam ſeruandū in teſtis mulierum; differenter tamen, quia ſi non ſeruetur in teſtis paternis, teſtamentū fit nullū, ſed in teſtis fœminarū, licet nō ſeruetur, nō facit teſtamentū nullum, ſed dat querela inofficioſi. Et rō eſt, quia præteritio matris habetur pro exhæredatione, ut inf. eo. §. mater. & C de inoffi. teſta. l. 3. ¶Oppo. ſic, & uī, qd' teſtamentum non poſſit inualidari per quaſi agnationē ſui hæredis, ut hic dī, quia factū legitime per ſuperuenientem cauſam non irritatur, ut l. patre furioſo. ff. de his qui ſui uel alie. iuris ſunt. Solu. Duplex eſt actus, quidā, cuius confirmatio non dependet a futuro, & de illo procedit argum. Alius eſt, cuius confirmatio dependet a futuro, ut teſtamentum, cuius confirmatio dependet a morte teſtatoris, ut in c. cum Marthę. extra de celebbra miſ. & talis actus bene irritatur per ſuperuenientem cauſam.

§. Emancipatos.

1 Liberorū emancipatorū præteritio, iure ciuili nō inualidat teſtamentum. Et quid ita nu 3. Et an nihilominus poſſit impugnari. n 4.
3 Emancipationis & patrię poteſtatis differentia hodie ſublata eſt.

1 Præteritio† liberorum emancipatorū iure ciuili nō inualidat teſtamentū, quia nō ſunt ſui hæredes. Sed iure prætorio datur eis bonorum poſſeſſio, contra tabu. teſtamenti, ſi nō inſtituantur hæredes, uel exhæredentur maſculi nominatim, & fœminę inter cæteros. h. d. ¶Notandum † primò, quod
2 emancipati iure ciuili non fuerunt cogniti, ſed hodie differentia emancipationis & patrię poteſtatis ſublata eſt, ut infra de hæredi. q ab inteſta. deferun. §. emancipati. ¶Notādū
3 † ſecundo, quod ratio quare pręteritio emancipatorē liberorū iure ciuili nō inualidat teſtamentū ponit hic in tex. ſ. quia non ſunt ſui hæredes. Sed glo hic ſuper uerbo hæredes dicit, quòd iſta ratio non eſt bona, niſi ſuppleatur, quia ſcilicet deſierunt eſſe ſui hæredes, quia pater reſpectu filij ſui non eſt ſuus hæres. & tamen filius tenetur patrem inſtituere, uel exhæredare. Sed quicquid dicat gl. ratio tex. ſimpliciter eſt bona, quia ad validitatem non requiritur, quòd aliquis inſtituatur; ſed ſolum requiritur, hoc, quod ſit ſuus hæres.

Et præſupponit gl. ꝙ ſi filius non inſtituat patrem uel exhęredet, teſtamentum filij eſſet nullum, quod non eſt uerũ ſm
4 Ioan. Fabr. † quia teſtamentum filij in hoc caſu ſubſiſtit, ſed poteſt impugnari per contratab. ut in l. 1. ff. ſi quis a paren. fuerit manumiſſus, uel per querelam inofficioſi, ut vult Bar. in l. in ſuis. ff. de libe. & poſt. hu. ¶ Opponitur ſic, & vr. ꝙ non ſufficiat exhęredatio ad hoc, quòd emancipato non detur bono. poſſ. contratabu. iure pretorio, per l. non putauit. §. non quæuis, ff. de bono. poſſe. contratab. Solutio. Sufficit exhæredatio, quando eſt ritè facta, ſed in illa l. non fuit ritè facta. & ergo ea non obſtanter, datur bonor. poſſeſſio cõtratabu. quæ etiam datur inſtitutis, ſi alius committat ei hoc edictum, ut ff. de bonor. poſſ. contratab. l. 3. §. plane.

§. Adoptiui liberi.

1 *Præteritio liberorum adoptiuorum exiſtentium in poteſtate adoptantis, an inualidet teſtamentum ipſis adoptantis.*
2 *Liberi emancipati de iure ciuili, quo ad ſucceſſionem, hodie ſunt cogniti, olim incogniti*
3 *Adoptius filij, an & qualiter inſtituendi vel exhęredandi, diſting.*
4 *Filius adoptiuus, quando ſit in numero extranearum perſonarum.*
5 *Ius unum ciuile, tollitur per aliud.*

1 Summatĩ ſic, † Præteritio liberorũ adoptiuorũ exiſtẽtiũ in ptãte adoptãtis, inualidat teſtm̃ ipſius adoptãtis, ſicut pteritio filiorum naturaliũ & legitimorum, ſed nõ inualidat teſtamẽtum patris naturalis, ſi fuerint pteriti, qñ ſunt ĩ ptãte adoptãtis. Sed ſi fuerint emãcipati a patre a dopt iuo, tunc iure ciuili & prætorio, põt pater adoptiuus eos pterire; ſed nõ pater naturalis, ſaltẽ iure pretorio. h. d. & patet intell.
2 tex. ¶ Notandum † primò, ꝙ liberi emãcipati de iure ciuili, ꝙ ad ſucceſſionẽ erant incogniti, hodię tñ ſunt cogniti, q2 hodie ſublata eſt differẽtia patriæ ptãtis & emãcipatio nis
3 ut inf. dicetur in §. ſequenti. ¶ Not. † ſecundò, qualiter filijs adoptiui inſtituendi ſunt uel exhæredandi, & cõcludẽ ſic, ſecundũ l. cum in adoptiuis C. de adoptionib. Vel adoptiuꝰ eſt in ptãte patris adoptãtis ſicut qñ adoptatur ab auo materno uel paterno, qui non habuit eum in ptãte, ut dictum

eſt

eſt ſup.de adoptionib.in § ſed hodie. & tūc filius adoptiu' ſe hēt ad patrē adoptantē,acſi eſſet filius ſuus naturalis & legitimus,ideſt. pr̄ tenetur eum inſtituere uel exhæredare, alias filius rūpit teſtm̄ patris adoptiui, & tunc talis adoptatus hēt ſe ad patrē naturalem,ſicut extraneus,ideſt,non curatur inſtōne uel exhæredatione patris naturalis. Qñque filius talis adoptiuus eſt emancipatus a patre adoptante,& tunc iure ciuili, & prætorio, pōt eum p̄terire,& recuperat iura patris naturalis,& nō uocat̄ ad ſucceſſionē patris adoptiui , vnde tunc non eſt inſtituendus, uel exhæredandus a patre adoptiuo . Qñq. uero filius adoptiuus non tranſit in ptātem adoptantis patris,puta qñ adoptatur ab extraneo, & tunc pr̄ natur alis tenetur eū inſtituere uel exhæredare, & pr̄ adoptiuus nō tenet̄,& tñ ab inteſtato ſuccederet patri adoptiuo ſolum,& non alijs agnatis uel cognatis patris adoptātis. De iſto latius in §. ſed hodie,ſup. de adop.& in §.ſed hi,inf.de hæ.q̄ ab inteſt.defe. Arrogatus aūt filius retinet oīa iura,in bonis p̄ris arrogantis, ſicut ſuus hæres,de quo p Bar.in l.ſi arrogator,ff de edop.& in d.l.cū in adopti

4 uis.¶Notandum † tertiò,ꝙ filius adoptiuus quandiu eſt in ptāte p̄ris adoptantis, eſt de numero extranearū pſonarū, quo ad patrē naturalē.ff.de contratab.l.1.§.ſui iuris.¶ No

5 tandū† quartò,ꝙ ex iſto tex.patet,ꝙ unum ius ciuile tollitur per aliud,nā filiatio adoptiua,eſt de iure ciuili,quæ tollitur p emācipationē,ut hic hr̄,quæ emācipatio,ēt eſt de iure ciuili.Simile dictū eſt ſup.de legit.agna.tute.§.ſed agnationis.¶Opponit̄ ſic,& uī,ꝙ liberi adoptiui emancipati,licet non ſint inſtituendi uel exhæredandi iure ciuili,hoc tñ vr̄ faciendum iure prætorio. per §.prox.ſup.eo.Solut. Non eſt ſimile de emancipatis a patre naturali, de quibus eſt §. in oppoſito allegatus,& a patre adoptiuo de quibus loquitur iſte tex.quia primi licet ſint emancipati, adhuc tamen manent filij,ut inf.de hæredi.quæ ab inteſt.defe.§. minus, ſed ſecundi poſt emancipationem non manent filij.

§.Sed hæc quidem.

1 *Liberi debēt aut inſtitui,aut nominatim exhæredari Et n. 8.&.*

Digitized by Google

2 *Iuris media prudentia.*

3 *Maſculorum, & fœminarum differentia, quibus de cauſis hodie ſublata nu, 4 5 & 6.*

7 *Deſcendentes per virilem ſexum poſſunt hodie exhæredari.*

1 Summatur ſic; † Prædictis drijs inter maſculos & fœminas, & inter ſuos emancipatos, & inter iā natos, & poſthumos ſublatis, hodie oēs ſimiliter debent inſtitui hæredes, vel nominatim exhæredari, & eundē effectū habent infirmandi teſtā parentum, & in adoptiuis ſeruanda eſt d. u ſio, q̄ in conſtōne dñi Iuſtiniani de adoptionib. edita hī. ſub l. cum in adoptiuis. C. de adop. h d. & patet intel. tex. ¶ Notā

2 dum † primò circa uerbum, uetuſtas, in fronte huius. §. poſitū, quia uocatur media iuris prudentia, de qua tractatur in l. unica. C. de cad. tol. nā illa multa mala aduenit & ſtatuit; uia tpe bellorū inteſtinorum & paupertatis fuit, & multa fiſco applicauit, & ideo Iuſtinianus eam tpe pacis in multis correxit, & doctores eiſdem ſcribendo multa detraxerunt, & uocatur media iuris prudentia, quia fuit media inter ius duodecim tabularū, antiquum, & nouum Iuſtiniani. ¶ Notā

3 dum † ſecundò, quòd triplex rō tangitur hic in tex. quare

4 dria inter maſculos & fœminas ſit ſubla. Prima † eſt, quia in hoīum procreatione tā neceſſaria eſt fœmina, ſicut maſculus, & iſto rō tangīt in textu ibi, q̄a utraq. perſona. alias .n. eſſemus accuſatores naturæ, quæ produxit fęminā ſicut

5 maſculū, cōcor. l. maximum uitium. C. de lib. præt. † Secunda rō eſt, quia antiqua l. fęminæ uocabantur ad ſucceſſionē ab inteſtato, ſicut maſculi, ut l. lege 12. tabula. C. de legit. hæred. & iſta rō tangitur in tex. ibi, & l. antiqua, & ex iſta rōne patet, q̄ cā teſtati regulatur per cauſam inteſtati, & ideò ſi ſtatuto alicuius loci ordinaretur, q̄ filia non ſuccederet exiſtente maſculo, & in teſtō patris filia præteriretur, non haberet querelam ipſa filia, quia rupto teſtō nihil ha-

6 beret, pp ſtatutum. † Tertia rō eſt, quia prætores dederunt fœminis bonorum poſſeſ. cōtra tabu. ſicut maſculis, quę rō

7 tangitur in textu ibi, quod & prætores. ¶ Notādum† tertiò, quia dicitur notanter, in tex. & in Authen. quibus mod. na. eff. ſui. §. non autem colla. 7. quòd ſublata eſt differentia

inter

jnter maſculos & fœminas deſcẽdentes per uirilẽ ſexũ, qa deſcendentes per ſęmininũ ſexum, hodie poſſunt inter cæteros exhæredare, qui olim ſuccedebant cum deſcẽdentib. per uirilẽ ſexum, cum diminutione tertiæ partis infr. de hęre. quæ ab inteſta. deferun. §. diui. Hodie tñ ſuccedunt cum eis ſine diminutione, ut in Auth. de trien. & ſemi. §. neq; illo col. 3. ¶Not. finaliter, quòd illa diuiſio de adoptiuis dicta
8 eſt ſup. eo. §. prox. in primo notabili. ¶Opponitur, † & vr̃, ꝙ oẽs iſti, de quibus loquitur te. hic, non habeant eundem effectum ad confirmandum teſtã parentum, quia ſui præteriti dicunt teſtm̃ nullum, & ẽt rumpunt ipſum per contratab. ſed emancipati non dicunt nullum, licet rumpant per contratab. ut l. maximũ uitiũ, §. ſancimus. C. de lib. præ. & nota. gl. in uerbo uetera iura, in l. omni modo. C. de inoffi. teſta. Solu. Oẽs habent eundẽ effectum ad infirmandũ teſtã parentum, ſed difformitas eſt in modo ſeu in cauſa infirmãdi. Propter quod ſic diſtinguitur. Aut teſtator aliquid reliquit iure inſtitutionis filijs ſuis, aut non. Si ſic, tunc uel reliquit legitimam, uel minus legitima. Si primum, non habent filij remediũ ad infirmandum teſtm̃, ut infra de inoffi. teſta. §. tam autem. & §. igitur. Si minus legitima, tunc agunt ad ſupplementum, ut l. omni mõ. C. de inoffi. teſta. Si nihil reliquit, tunc aut ſunt præteriti, aut exhæredati. Si ſunt præteriti, tunc aut ſunt ſui, aut emancipati. Si ſunt ſui, tunc pñt dicere teſtm̃ nullum, aut rũpẽt per contratab. ſed ſi ſunt emãcipati, tunc ſolum rumpunt per contratab. & nõ dñt teſtm̃ nullum, ut probatur in l. maximum uitium. in oppoſitione allegata: ſed ſi ſunt exhæredati, ſi tunc non ſit inſerta cauſa exhæredatione, teſtm̃ ipſo iure eſt nullum, ut in Authen. vt cum de appell, cognoſci. §. aliud. col. 3. Si autem cauſa eſt inſerta, ſed non probata, tunc rumpitur teſtamentum per querelam inofficioſi. ut l. omnimodo, §. ſi tamen non ingrati. C. de inofficio. teſtam. ſed ſi cauſa ſit probata, tunc filij nullum habent remedium contra teſtamentum, ut in § exhæredatos. in Authen. de hæredi. & fal. collat. i. & illud intelligitur de præteritione & exhæredatione patris, uel aliorum aſcendentium in linea paterna; nam præteritio matris

Digitized by Google

7 hi pro exhæredatione, ut inf. eo. §. mater. † Et idem in illa præteritione ſic diſtinguendum eſt, quia uel cauſa non eſt inſerta, & non ualet teſtm̃, uel eſt inſerta & non probata, & tunc rumpitur per querelam inofficioſi, ut in Auth. non licet, C. de lib. præt. Et ſicut diſtinctio facta eſt in præteritione in teſtamentis aſcendentium, reſpectu deſcendentium, ſic ſimiliter diſtinguendum eſt in teſtamentis deſcendentium, reſpectu aſcendentium, reddendo ſingula ſingulis, ut in l. 1. ſi quis a paren. fuerit manu.

§. Si in expeditione.

1 *Præteritio liberorum natorum, vel poſthumorum facta ſcienter per militem in expeditione, habetur pro exhæredatione, ſecus ſi ignoranter nu 3. Limit. nu 4.*

2 *Miles extra expeditionem faciens teſtamentū, dēt ſeruare ius cōe.*

1 Præteritio † liberorū natorum, vel poſthumorum facta ſciēter per militē exiſtentē in expeditione, hr̃ pro exhære
2 datione nominatim facta h. d. ¶ Notandum † primo, ꝙ ſimiles faciat teſtm̃ non exiſtēs in expeditione dēt ſeruare cōe
3 ius, ut ſup. de teſt. mili. §. 1. Notandum † ſecundo, ꝙ ſi miles ignoret ſe hr̃e liberos, tūc eorū præteritio non hr̃ pro exhæredatione C. de teſt. milit. l. ſic ut certi iuris. In qua l. dicit Bal quod iſti liberi præteriti, nō dicunt teſtm̃ nullum, q̃a p̃teriti, ſed quia contra uoluntatem factam, inter quę eſt magna dr̃ia, quia in primo caſu filij poſſent teſtm̃ approbare, & in ſecundo caſu non poſſent. Si tamē miles ignorans ſe hr̃ liberos, poſtquam ſcit, manet eiuſdem uoluntatis, quia non mutat teſtamentum, præteritio habetur pro exhæredatione, ut ff. de teſta. mil. l. qui iure militari. ¶ Notandum
4 † finaliter, quòd glo. dicit hic ſuper uerb facta, ꝙ iſtud intelligitur de milite, qui eſt ſui iuris, ſi enim ſit filius familias, teſtm̃ eius non ſubiacet querelæ, & ſic eius præteritio non intelligitur eſſe exhæredatio, de quo dictum eſt ſupra de teſt. mil. in §. ſed teſtari. Hodie tamen in præteritione militis, debet eſſe cauſæ inſertio, ut in gl. in l. ſi cum in utero. C. de teſta. mil. & probatur per §. ſi quis autem, in Authen. ut cum de appel. cognoſci. colla. 8.

Digitized by Google

§. Mater uel auus.

1 *Præteritio matris, & aliorum aſcendentium per matrem, habetur pro exhæredatione.*
2 *Præteritio filiorum in teſtamẽto matris, habetur pro exhæredatione.*
3 *Præteritio matris, uel aui materno, & aliorum aſcendentium, an habeatur hodie pro exhæredatione.*

Præteritio facta a matre uel äuo materno, & alijs per matrem aſcendentibus, habetur pro exhæredatione, iure ciuili, & prætorio. Tantum enim facit ſilentium matri, aui materni, & aliorum aſcendentium, quantum exhæredatio patris. Datur tamen præteritis querela inofficioſi. Hoc dicit.
1 ¶ Notandum † primo, quòd ſicut in teſtamento matris, & aſcendentium per matrem, præteritio habetur pro exhæredatione, ſic etiam in teſtamento deſcendentium, præteritio matris, & aliorum aſcendentium, per matrem habetur pro exhæredatione, ut l. cum filium. ff. de inoffi. teſta.
2 Notandum † ſecundo, quod de iure ciuili præteritio filiorum in teſtamento matris, habetur pro exhæredatione, quia mater non habet eos in poteſtate, ut infra de hæredum qualit. & differ. §. cæteri. nec habent bonorum poſſeſſionem contratab. de iure prætorio, quæ datur emancipatis, ut ſupra eod. §. emancipatos, quia mater non poteſt eos emancipare: fa l. illud. §. ad teſtamenta. ff. de bonorum poſ
3 ſeſſione contratab. ¶ Notandum † tertio, ꝙ hoc quod dictum eſt, ꝙ præteritio matris, aui materni, & aliorum aſcendentium, habeatur pro exhæredatione, hodie ſecundum Ioannem Fabri correctum eſt, quia nullus poteſt præteriri ſine cauſa, ut in §. aliud in Authen. vt cum de appella. cognoſc. & notatur in l. filiam. C. de inoffic. teſta. Quæ autem ſint cauſæ exhæredationis, & quot, patuit ſupra eo. circa rubricam. ¶ Opponitur ſic, & uidetur ꝙ non bene dicatur in textu, quòd iſtis ſeruatur adminiculum querelæ inofficioſi teſtamenti, per l. fina. C. de inoffic. teſtam. Solutio. Iſte tex. non uult dicere, quòd illud adminiculum ſolùm ſeruetur iſtis, imò etiam alij habent querelam inofficioſi, quando ſine iuſta cauſa exhæredantur.

DE HÆREDIBVS INSTITVENDIS. Titulus XIIII.

DIcto iam de exhæredatione, dicendum eſt de hæredis inſtitutione, quæ eſt caput & fundamentum teſtamẽti, ut infra de leg. §. ante hæreditas, ideo iſte titulus rubricatur de hęredibus inſtituendis. Partes patebunt in proceſſu.

§. Hæredes.

1 *Seruus etiam, tam proprius, quam alienus, poteſt hęres inſtitui.*

2 *Hęres inſtitui, quid.*

3 *Hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto, fictione iuris.*

4 *Seruus proprius, in quo alius hẽt uſumfructum, poteſt hęres inſtitui.*

1 Summatur ſic. Non † ſolum liber homo, ſed et ſeruus, tã proprius, quam alienus, põt hřs inſtitui, & licet olim proprius ſeruus non poſſit inſtitui, niſi cum libertate, hodie tñ ſine libertate poteſt, & manet ſeruus proprius, in quo alius
2 habet vſumfructum h. d. ¶ Not. † primo ꝙ hæres idem eſt, quod dñs, ut infra de hæredum qualit. & differ. § fi. & iõ hæredem inſtituere, eſt facere aliquẽ dñm illorum bonorum, in quo hæres inſtituitur. Et per aditionem hæreditatis iura hæreditaria, & dñia transferuntur in ipſum hæredẽ, & continuãtur in ipſo quaſi eadẽ, ſicut fuerunt in defuncto, quia
3 † fictione iuris cenſetur hæres eadem perſona cũ defuncto, vt in Auth. de iureiu. à moriẽte præſt. §. 1 col. 5. l. antiquitas. C. de vſu & habita. & l. fi. de hær. ff. de vſucap. Dř autem fictione iuris, quia ſm Io. Fab. Iac. & Pet. non eadem iura numero tranſeunt ad hæredẽ, quę erãt penes defunctum, quia mors oĩa ſoluit, ſed fingũtur eadem. Secus aũt de poſſeſſione, nã poſſeſſio hæredis non eſt eadẽ, nec continuatur cum poſſeſſione, quam habuit defunctus, quia hæreditas iacens non propriè poſſidetur, nec tenet uicẽ defuncti, ex quo nõ hẽt aĩum, qui requiritur in poſſeſſione, ut l. cum hęredes ff. de acqui. poſſ. Intelligitur tñ poſſeſſio ſemper fuiſſe continuata, ſi interim a nemine fuerit occupata, ſecundum Ang.
4 ¶ Notandum † ſecundò, ꝙ ſeruus proprius, in quo alius habet vſumfructum, põt hæres inſtitui, & per hoc cõſequitur

liberta-

libertatem ut hic dr̄ Vſufructuarius tñ non dēt defraudari, ſed manebit ſeruus apud eum,& quicquid acquirit ex re ipſius vſufructuarij,uel ex opera ſua ipſius ſerui,hoc pertinet vſufructuario,alia aũt acquirit ſibiipſi, qñ inſtitutio habet effectum,ut C. cõia de manumiſ.l.1.§. ſin autem. ¶ Oppo. primo ſic, & vr̄, ꝙ non bene dicatur in textu, ꝙ iſta conſtitutio non ſit introducta per innouationẽ,per §. idem iuris. vbi dr̄ de iſta conſtitutione noua humanitatis rõne, ſupra quib.man.non lic. Sol. Iſta conſtitutio fuit apud antiquos, ſed poſtea abiit in deſuetudinem, & abrogata fuit, ſed per Iuſtinianum iterum reducta eſt ad legis neceſſitatem, & ſic §.in oppoſitum allegatus intelligitur per reſpectum ad tertium tempus, quo ſ. fuit renouata,ſed iſte tex.loquitur per reſpectum ad primum tempus,quo ſ. iſta conſtitutio fuit apud antiquos.¶ Oppon.ſecundo.& uidetur,quòd proprius ſeruus bene poſſit inſtitui ſine libertate,per l.ſeruus. §.1.ff. de hæred.inſtit.Solut.Illa lex loquitur,quando libertas expreſſe eſt retractata,& tunc non ualet inſtitutio, ut in d. §. idem iuris. hic autem loquitur quando nihil eſt dictum de libertate,& ſi libertas ſit data ſub conditione caſuali, quæ deficit,nihilominus tamen ex humanitate, & fauore tenet datio libertatis, ſicut etiam ex humanitate tenet legatum ſeruo relictum,vt l.quædam.C de neceſſa. ſeruis inſtitu.

§. Eſt autem caſus.

1 *Seruus committens adulterium cum domina ſua,an poſſit ab ea manumitti,& hæres inſtitui.Et nu 3.*
2 *Maculatum pro accuſatum*
4 *Mulier,quę commiſit adulterium cum extraneo, non poteſt manumittere infra 50. dies Et iur ita.*
5 *Directè quod non poteſt fieri an poſſit obliquè*
6 *Antecedente uel principali deſtructo,deſtruatur ne conſequens,ſi ue acceſſorium.*

1 Seruus † cõmittens adulterium cum dñia ſua,non põt ab ea teſtõ manumitti,& per cõſequẽs nec inſtitui hæres,poſt
2 accuſationem adulterij inchoatam.h.d. ¶ Not. † primò, ꝙ maculatum hic exponitur,ideſt,accuſatũ,ut ff.de hęred.inſti.

Digitized by Google

ſti. l his uerbis. §. interdum, in qua lege ponuntur iſta uerba, ſed dr̃ ibi accuſatum. Et ſic dicitur in libro ſapientiæ, de Ioſeph: Maculauerunt me impij, id eſt accuſauerunt. ¶ No-
3 tandum † ſecundo, quòd illud intelligit de ſeruo q cõmiſit adulterium cum domina ſua, cuius adulterij pena habetur. C. de mulie. q̃ ſe ſeruis proprij imminuſcue l. 1. ubi dicitur quòd ſeruus cõmittens adulterium, mõ præfato, debet pri-
4 mo flagellari, poſteà comburi, & mulier decapitar. † Si uerò mulier commiſit adulterium cum extraneo, tunc non poteſt infra lx. dies manumittere, ut ff. ad leg. Iul. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. iuber. Et rõ eſt, ut interim ſerui examinent & torqueantur, ut ſciatur ueritas, an mulier adulterium cõ miſerit, nam de his, quæ ſecretè fiunt in domo, poſſunt ſerui & alij domeſtici eſſe teſtes ut eſt gl. notabilis, in l. 3. C. de adult. intelligitur ẽt illud poſt accuſationem, ſi. n. antè manumiſerit, tenet manumiſſio, ſecus in crimine læſæ maieſtatis, quia cõmittens tale crimen ẽt ante accuſationem, non põt manumittere. neq. teſtari. ut C. ad leg. Iul. maieſt. l. ſi. ¶ Not. finaliter, ut innuitur hic in gl. ſup uerbo, habeat.
5 ex illo textu duo eliciunt. † Primũ, ꝙ q̃do aliquid non põt fieri directè, tunc ẽt nec fieri põt obliquè, ut ff. de condi. in ſtitu. l. qui ſub condi. § ſi quis. Et hoc ſecundum Io. Fab. hic
6 quãdo eſt eadem ratio & cauſa & modus. † Secundũ, qđ deſtructo principali uel antecedente, deſtruitur etiam conſequẽs, ſeu illud qđ ex eo ſequitur, ut C. de legib. l. nõ dubiũ.

§. Alienus ſeruus.

1 *Vſufructuarius non poteſt ſeruum inſtituere cum libertate.*
2 *Vſusfructus non ſufficit ad rei uendicationẽ, ſed requiritur dominiũ.*
3 *Vſusfructuarius, an ſit loco domini.*

Sũmatur ſic Seruus in quo teſtator habet uſumfructum
1 tantum, dicitur alienus. h. d. ¶ Notandum † primò, quòd iſte tex. uult dicere per argumentum à contrario ſenſu, ꝙ uſufructuarius non põt ſeruum inſtituere cum libertate, & cõ cord. l. ſi alienum. ff. de hæredi. inſtit. ¶ Notandum † ſecundò, quòd licet uſusfructus ſit pars dominij, uti in eo poſſit fieri executio, ſicut in rebus alijs non tamen ſufficit quoad rem

rem uendicandam,quia ad uendicationem requirit dñium rei,& non ſufficit vſusfructus.Et ideo ſi petā aliquam rem, & producam duo inſtrumēta,& in uno habeatur, ꝙ ad me ſpectat vſusfructus,in alio ꝙ ad me ſpectat dominium, ſuccumbam in cauſa,tanquam allegans contraria, ut notabiliter dicit Ange.in l.qui vſufructu.ff.de uerb.obli.& allegās contraria,nō debet audiri. ¶ Opponitur ſic,& uidet,quòd vſufructuarius poteſt inſtituere, etiam cum datione libertatis,per.l.in uenditione,ff.de bo.auto iudi.poſſiden.Solu.
3 Vſufructuarius † quo ad alia eſt loco dñi,non quo ad hoc ut poſſit fieri liber, ſed cū alij manumſſi à fructuario ſimpliciter ſine inſtitutione erit tanq̄ liber, q̄ diu duraturus erit vſufructus i. ſi fructuarius manumittat ſeruū fructuariū,ille hētur ꝓ libero q̄ diu uiuit vſufructuarius,ſecus ſi eſt inſtituat cū libertate. Et rō differentiæ eſt, q̄a uiuo vſufructuario vſusfructus non finitur, & per conſequens non conſolidat cū ꝓprietate, ſed tunc demū uenit finiēdus,qñ fructuarius morit,ſecus, ſi fructuarius eū inſtituat, q̄a illa inſtitutio primo locū hēt poſt mortē ipſius fructuarij,& tunc conſolidatur vſusfructus cū proprietate,ut in §. finit. ſupra de vſufr. ergo tunc talis inſtitutus non poteſt haberi ꝓ libero.

§. Seruus a domino ſuo.

1 *Seruus a domino ſuo inſtitutus, an a ſe, an uero a coharede ſuo recipiat libertatem,& nu 4 (tis.*
2 *Inſtitutio ſerui alieni,habet effectum,quo ad acquiſitionem hæreditatis*
3 *Legatum ſeruo an extinguatur per alienationem,diſting nu.5.*

Seruus à domino ſuo hæres inſtitutus, ex teſtamento fit liber, & hæres neceſſarius:ſed in uita teſtatoris ille ſeruus manumittat,uel ēt alias acquirat libertatē, fit hæres uoluntarius ex teſtamento. Sed ſi fuerit alienatus à teſtatore, tūc iuſſu noui dñi debet adire hereditatē teſtatoris primi dñi, ſed ſecundus dominus per eum fit hæres, & ſeruus ille nec
1 liber,nec hæres efficitur.h.d.¶Not.†primo,ꝙ ſeruus à dño ſuo inſtitutus,recidit libertatem à ſeipſo.niſi dñs dicat taliter. Si quis mihi hæres erit, Titius ſeruus meus hæres, & liber eſto, q̄a tūc recipit libertatē à cohr̄de ſuo.ut ff.de acq, hære.

hære. l. ex parte. & pôt aliquis inſtitui hæres, et ſi ignore ſe inſtitui, ut ff ſi cer. pet. l. eius qui. ¶ Notandum † ſecundò, ꝙ directa libertas non hẽt locum ſeruo alieno. ſed inſtitutio ſerui alieni bene hẽt effectũ non quantũ ad dationem libertatis, ſed quantũ ad acquiſitionẽ hæreditatis, ut ff. de hære. inſtit. l. ſeruũ meum, & hoc ſi dñs ſuus ſit capax hæreditatis, ut l. ſi mihi & tibi, ff. de le. i. Si tñ ſeruus inſtitutus, & poſteà alienatus, iterum redeat ad dñm qui eum inſtituit, reuiuiſcit datio libertatis, q̃ ꝑ alienationẽ fuit reuocata, ut ff. de manum. teſt. l. uerum. ¶ Notandum † finaliter, ꝙ licet gl. dicat hic in uerbo, alienatus fuit, quòd legatum ſerui, qui alienatur, eo ipſo extinguitur, quo ſeruus ſit alienatus, per l. ſi cum liberta. e. ff. de adem. leg. quia in legato ſpectatẽ tps, quo cedit, ut ff. qñ dies leg. cedit, l. ſi poſt. §. ſi cum. Sed glo. non dicit uerum, quia ſi aliquis reliquerit ſeruo ſuo libertatẽ & legatum, poteſt contingere, ꝙ ille ſeruus alienabitur, & reuocabitur libertas, ſed legatum manebit, & pertinebit nouo dño, ut ff. de condi. & dem. l. ſi in diẽ, §. fi. ¶ Opponitur † primò ſic, & vr̃, ꝙ ſeruus inſtitutus à dño ſuo non recipiat à ſeipſo libertatem, per l. ſi nõ lex, ff. de hær. inſtit. Solu. Iſtud intelligitur, qñ lex nõ prohibet libertatem, ut in illa l. alleg. in oppoſi. uel qñ non eſt conditio appoſita impediens libertatem, ut in l. quotiens ff. de hære. inſt. uel qñ non recipit libertatem ex lege, ut l. teſta. ff. de hære. inſti. ¶ Opponitur finaliter, & vr̃, ꝙ gl. bene dicat, ꝙ per alienationem extinguitur legatũ ſerui, per l. ſeruo cum libertate, ff. ad admin. lega. Solu. Aut † alienans ſeruum expreſſe reuocat libertatẽ, aut tacitè. Si primò, reuocatur etiam legatum. Sed in ſecundo caſu non reuocatur legatum, ſed ſolum libertas. Ratio primi eſt, ut ademptio libertatis expreſſa aliquid operetur, quando alienatẽ ſeruus.

§. Alienus quoque ſeruus.

1 *Seruus alienus, qualiter poſſit hæres inſtitui*

2 *Seruus alienus, inſtitutus hæres debet adire hæreditatem iuſſu domini ſui. Quid in legato nu. 3.* *(ter nu. 7.*

4 *Seruus alienus, an poſſit inſtitui poſt mortem domini ſui. Et quali-*

Hære-

Digitized by Google

5 *Hæreditas iacens, repręſentat defunctum.*
6 *Seruus poſthumi poteſt inſtitui hęres.*

Alienus ſeruus, hæres inſtitutus iuſſu dñi ſui dēt adire hęreditatē: ſed ſit uiuo teſtatore uel mortuo teſtatore, ante aditionē hæreditatis fuerit alienatus, tūc iuſſu noui dñi debet hęreditatē adire, & ſi ante aditionē hæreditatis manumiſſus fuerit, ſuo arbitrio pōt hæreditatē adire. Et alienus ſeruus pōt ēt hæres inſtitui poſt mortem dñi ſui, quia ſeruus hæreditarius habet teſtī factionē, ex quo hæreditas iacens repræſentat pſonam defuncti. Pōt ēt hæres inſtitui ſeruus
1 poſthumi. h. d. ¶ Not. primò, † qp ſeruus alienus poteſt hæres inſtitui, cum iſta conditione, cum liber erit, ſed ſic non pōt inſtitui ſeruus porprius, ut ff. de condi. inſtit. l. ſeruus alie-
2 nus. ¶ Notandum † ſecundò, quod quando ſeruus alienus inſtituitur hæres, tunc debet adire hęreditatem iuſſus domini ſui cui etiam acquiritur hæreditas; qui iuſſus præcedere, & authoritas ſequi debet, ut ff. de acq. hæred. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. Si tamen ſeruus non uellet adire hæreditatem, propter iuſſum domini, quod poteſt, non acquireret hæreditas domino ſuo, ut C. de hæredi. inſtit. l. cum propo nas. Et ſi dominus alienauerit ſeruum inſtitutum ante aditionem hæreditatis, etiam poſt iuſſum non acquireretur il la hęreditas tali domino, ſed ei, in cuius poteſtate ē ſeruus
3 tpē aditionis ut ff. de acqu. hæred. l. antiſtitis. §. j. Secus † eſt autem in legato, in quo non ſpectitur tempus aditionis, ſed tempus mortis legantis. ſi. n. ſeruo meo ſit aliquid legatum, qui eſt ſeruus meus tēpore mortis tectatoris, quāuis poſteà alieno illum ſeruum, legatum tamen pertineat mi-
4 hi, ut ff. q̃do dies lega. ced. l. ſi poſt. §. 2. ¶ Notandū † tertio, quod q̃do dicitur hic, quod ſeruus alienus pōt inſtitui poſt mortem domini ſui, habet duplicem lectura. Vna eſt, ut teſtator ſi dicat, Inſtituo ſeruum illum hæredem meum, poſt mortem domini ſui, & cum illa lectura uidetur concor. l. q. filio, ff. de hæred. inſtit. Alia lectura eſt, ut ſeruus inſtituat hæres, q̃do dominus ſuus erit mortuus, & licet glo. plus uideatur declinare ad primam: ſecunda tamen eſt cōformior textui, nā textus probat illud, quia ſeruus hæreditarius po-

teſt

Digitized by Google

teſt habere teſtamenti factionem paſſiuè, vt ē infra de hæredum qualita. & differ. § teſti, & debet iſte ſeruus adire hæreditatem iuſſu hæredis, licet ille non habeat teſtī factionē. ſi defunctus habuit teſtamenti factionem, ut ff. de hæred.
5. inſti. l. ſerus, quia † hæreditas iacens non repreſentat hæredem, ſed defunctum. Et rō eſt, quia hæres non eſt certus, licet. n. certus ſit inſtitutus, ille tñ pōt non adire, ſed defunctus eſt certus, ut infra quib. modis teſta. infirmantur. §. po-
6. ſteriore. ¶ Not. † finaliter, ꝙ ſeruus poſthumi pōt inſtitui hæres, quia agitur de cōmodo ſuo, & ita hř pro iam nato, ut ff. de ſtatu hom. l. qui in utero ¶ Oppo. ſic, & uř, ꝙ ſeruus alienus non poſſit inſtitui hæres poſt mortem dñi ſui, per §. hæ
7. res. infra eo. Sol. † Secundum ſecundam lecturam iſtud argumentum non procedit: ſed ſm primam lecturam, quæ tñ non eſt ita conformis textui, poteſt dici, ꝙ licet dies mortis ſit certus, qñ tamen eſt incertum, ut ff. de condi. & demon. l. vnde valet, & ſic iſta inſtitutio eſt in diem incertum, & §. hæres, vult, ꝙ inſtitutio non debeat fieri in diem certum.

§. Seruus autem plurium.

1 *Seruus plurium dominorum, ab uno eorum hæres inſtitutus, acquirit alijs ſocijs, pro ſuis portionibus. Et an requiratur omnium iuſſus in eius hæreditatis aditione, nu. 2.*

Seruus plurium dñorum, qui habent teſtamenti factionē paſſiuè, ab extraneo hæres inſtitutus, acquirit hæreditatem illis dominis, pro ſuis portionibus, quorum iuſſu hæredita
1 tem adiuit, h. d. ¶ Notādum † primo, ꝙ ſi ſeruus plurium dominorum inſtituatur hæres ab uno eorum, tunc acquiritur hæreditas alijs ſocijs vt ff. pro ſocio. l. verum. §. ſi ſeruo com
2 muni. ¶ Notandum † ſecundo, ꝙ quando ſeruus plurium eſt inſtitutus hæres, tunc non eſt neceſſe, ꝙ omnes iubeant, nec etiam oportet plures adire hæreditatē, ſed ſufficit una iuſſio omnium conſenſu, & una aditio, ut ff. de acqu. hæredit. l. ſeruus dominorum. Et ſi aliquis eorum non uelit acceptare partem hæreditatis, tunc illa accreſcet alijs conſentientibus, vt ff. de acquiren. hæred. l. ſi ſeruus. Secus eſt in legatis, nam ſi unus legatariorum noluerit habere lega-

tum

Digitized by Google

tum, hoc non accreſcit alijs, ſed manet apud hæredem, vt l. & Proculo. ff. de leg. 2.

§. Et vnum hominem.

1 *Teſtator poteſt unum haredem, vel plures, vſque in infinitum inſtituere Et quid ita. nu. 2. Limit nu 3.*

1 Summatur ſic: † Teſtator pōt unū hæredē uel plures uſq; in infinitum inſtituere. h d. & patet intellectus tex. ¶ Notan
2 dum, † ꝙ ratio iſtius eſt, quia uoluntas teſtatoris habetur pro lege, ut in Auth. de nup. §. diſponat. coll. 4. ¶ Opponitur ſic, & uidetur ꝙ teſtator non poſſit hæredes inſtituere uſque ad infinitum, quia infinitas reprobatur in iure, ut in gl. in l. fi. ſuper uerbo infinitum. C. de ſacroſanct. eccl. Solut. Dicit hic glo. quòd teſtator poteſt inſtituere omnes homines mundi, & quod teſtamentum tale ualeat. licet aditio ſit impoſſibilis Sed Iacob. & Pet. dicunt, quòd talis inſtitutio eſt deriſoria, arg. l. cum poſt. §. gener. de iure dotium, quia cum hæres debeat nominari, ut C. de teſtamen. l. iubemus, uel certis demonſtrari ſignis, ff. eo. l. quoties, §. ſi quis nomen, & §. hæres. ſed hoc non poteſt fieri de toto mundo, cum incertis perſonis legari non poſſit, infra de leg. §. in
3 certis, quomodo poſſent incerti inſtitui? † ideo tenendū eſt, cum prædictis melius ſentientibus, & ad uerbum textus uolentis, ꝙ plures poſſint inſtitui uſque ad infinitū, debet intelligi excluſiue, ut infinitas excludatur, uel eſt locutio hyperbolica; qūo dicimus, tota ciuitas currit ad ſpectaculum, ideſt, multi de ciuitate, & ſic infiniti poſſunt inſtitui .i. multi, quia infinitas ſimpliciter reprobatur in iure, ut notatur in l. fin. ſuper uerbo, infinitum. C. de ſacroſ. eccl.

§. Hæreditas plerunque.

1 *Hæreditas, in quot vncias diuidatur. Et de vnaquaque, ibi. & n. 5.*
2 *Hæreditatis diuiſio, dependet ex uoluntate, & factum hominum.*
3 *Partis appellatione, quid veniat.*
4 *Vncia nomen cur non ponatur.*
6 *Decedere nō pōt quiſquā partim teſtatus, partim inſtatus limi. n. 8.*
7 *Ius an idem ſit de parte, quo ad partē, quod de toto, quo ad totum.*

Hære-

1 Hęreditas † cōmuniter diuiditur in 12.uncias. & ſunt nomi na iſtarū partiū ab uncia excluſiuè uſq.ad aſſem incluſiuę ſeſcunx, ſextās, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as. Poteſt tamē teſtator ſi ve lit plures partes facere, & ſi taſtator aliquē inſtituat in par te hæreditatis, alio non inſtituto intelligitur iſte inſtitutus in tota hæreditate, quia nemo poteſt decedere partim teſta tus, & partim inteſtatus, niſi miles. h.d. facit l. ſeruū. §.fi.ff, 2 de hæred.inſtit. ¶ Not. † primo, ꝙ diuiſio legalis hæreditati eſt ī 12.vncias. Sed q̄a diuiſio depēdet ex uolūtate & facto hominū, iō de ea non pōt certa regula dari, cum ēt diuiſio nihil addat, nec ēt diminuat in ſubſtantia hæreditatis. vt l, 3 ex vncijs, ff.de hære. inſti. ¶ Not. † ſecundo, ꝙ appellatione partis in dubio intelligitur medietas ut in l. nomē filiarū. §.portionis, ff. de ver.ſig. & per partem partis intelligitur in dubio quarta totius, ut l.meminimus. C.quan. & quibus quarta pars debetur. lib. 10. Ille ergo cui debentur duæ par tes, debet eſſe cautus, ut ponat in libello partes totius alio quin nō adiudicarētur ſibi niſi duę partes de duodecim, ut 4 not.Bar. in l.interdū. §. 1. ff.de hære.inſti. ¶ Not. † tertio, ꝙ hic nō ponit̄ nomē uncię, & ratio eſt ſm gl. q̄a plura ſunt negotia, quàm uocabula, ut ff.de præſc.uer. l. nam natura. Sed ſm Io.Fab. ideò eſt, quia uncia, eſt principium, à quo 5 aliæ partes denominantur, & † dicitur ſeſcunx ſiue 10. uncię, cum media. ſextās ſexta pars aſſis, quæ ſunt duæ unciæ quadrans quarta pars aſſis, quæ ſunt tres unciæ, triens ter tia pars aſſis, quæ ſunt quatuor uncię. Et ſumuntur iſta no mina à quota ſeu portionę hęreditatis: ſed ſequentia nomi na ſumuntur à numero unciarum, ut quincunx, ſignificat quinque uncias, ſemis, ſex, ſeptūx ſeptem, bes octo, dodrās nouē, dextās decem, deunx undecim, & as duodecim. ¶ No 6 tandum † finaliter, ꝙ ſi teſtator aliquem inſtituat in parte hæreditatis, & ſi alius non inſtituatur, ille habebit totam hæreditatem, ēt ſi teſtator fuerit miles, ut C.de teſta.mil. l.3. Et ideò, qn̄ dicitur in tex. niſi ſit miles. hoc debet refer ri ad illud uerbum, nemo enim. & nō ad illud, & ſi unum, & nemo poteſt decedere partim teſtatus & partim inteſta tus,

Digitized by Google

ſtus,ut hic,& ff de reg.iur.l.in teſtamentis.niſi miles,& ille etiam non ſemper,ſed qñ fecit teſtm̄ de caſtrenſibus, & nõ fecit teſtm̄ de paganicis,ut C.de teſta.milit.l.1. ¶Opponitur contra prædicta,& uř,ꝙ quis poſſit decedere partim teſtatus,& partim inteſtatus, quia p̄t quis decedere totaliter
7 teſtatus uel totaliter inteſtatus.Sed regula eſt,†ꝙ idem eſt de parte,quo ad partẽ, ſicut de toto quo ad totũ, ut l.q̃ de tota.ff.de rei ven.& l.iuris gentiũ.§.adeo,ff.de pactis.Sol. Iſta regula hẽt ueritatem, qñ eſt eadem rõ partis ad partẽ, ſicut totius ad totũ.& ſic non eſt hic:alia.n.eſt rõ,quod aliquis põt decedere totaliter teſtatus,uel totaliter inteſtatus q̃ partim.&c Simile eſt in l.in hoc iudicio.ut ff.fami. erciſ. ¶Oppo.adhuc per l.nam & ſi parentib.ff.de inoff.Solu. In
8 illa † lege dicitur,quòd partim quis poteſt eſſe teſtatus, & partim inteſtatus ex poſt facto. Sed quod hic dicitur,intelligitur ab initio,facit l.cum duobus,de inoffi.teſta.

§.Si plures.

1 *Hæredes,an æqualiter ſuccedant diſting.*

2 *Inſtitutione hæredum facta,ſi qua pars uacet,illa accreſcit inſtitutis proportione.*

3 *Caſus ſex contingentes circa diuiſionem ætatis.*

4 *Ad dipondium quando ſit procedendum.*

1 Si plures † hæredes ſine denominatione partis inſtituti ſint, æqualiter ſuccedunt, & ſi aliqui cum nominatione partis, & alij ſine nominatione partis inſtituti ſint,tũc illi qui ſine nominatione partis ſunt inſtituti,habebunt partem uocantẽ,ſiue vnus ſit,ſiue plures , expleto tñ aſſe habebunt ipſi, ſcilicet ſine nominatione partis inſtituti , medietatem totius aſſis,ſiue in primo loco,ſiue in medio,uel in fine poſiti
2 ſint.ut l.quo loco ff.de hære.inſti. Et ſi † poſt inſtitutionẽ aliqua pars uacet, illa accreſcit inſtitutis pro ſui portionibus,ut ſi tres ſint inſtitutis ex quartis partibus habebit quilibet tertiam partem , & ſi aliqua pars deeſt poſt inſtitutionem , illa ſimiliter decreſcit a parte inſtitutorum pro ſuis portionibus ,ut ſi quatuor ſint inſtituti ex tertijs partibus, nõ habebit quilibet niſi quartam partem, & ſi teſtator plu-

tres vncias fecerit,quam 12. & aliquis inſtitutus ſit ſine parte, ſit tranſitus ad dipondium,in quo ille habebit partẽ uacantem,ſimiliter etiam ſic tranſitus ad tripondium,ſi dipõdius expletus ſit, & ideo ita poteſt dici cõſequenter ad quadripondiũ.h.d.& patet intel.tex.¶Not.†primò,ꝙ in iſto §.
3 tãguntur ſex cauſæ cõtingentes circa diuiſionẽ hęreditatis, qñ plures hæredes inſtituuntur.Primus,ibi,ſatis.n q loquitur,qñ nullæ partes nominantur.Scđs ibi,partibus,loquit̃, qñ aliqui inſtituuntur cũ nominatione partium & aliqui ſine nominatione earũ . Tertius ibi,ſi uero loquit̃ qñ totus as expletus eſt , & aliquis vel aliqui inſtituuntur ſine nominatione partium.. Quartus ibi uideamus, loquitur,qñ poſt inſtitutionem aliqua pars uacat,Quintus ibi,& ex aduerſo. loquitur qñ poſt inſtitutionẽ aliqua pars deęſt.Sextus ibi, ſi plures unciæ.loquitur, qñ teſtõr fecit plures uncias q̃ 7.
4 ¶Notandum † ſecundò,ꝙ ſi teſtõr inſtituat unũ in ſemiſſe, & aliũ in beſſe,& tertium ſine nominatione patris,tũc procedendum eſt ad dipondium,& inſtitutus ſine parte habebit partẽ vacantem in dipondio,& ita habebit 10.vncias,q̃ tñ 10.unciæ ſolum faciunt quinque uncias,qñ tota hæreditas continetur in aſſe,& in illo primus ſolum habebit quadrantem,nec ſecundus trientem,quia, quincunx,quem habet tertius,quadrans & triens præciſe faciunt aſſem,ut l.q ſitum.ff.eo.¶Opponitur primo,& uidetur,ꝙ qñ aliqui inſtituti ſunt ſub nominatione partis,alijs inſtitutus cum nominatione partis, in ſecundo caſu per l. habeo ant partem uacantem,ſicut hic dicuntur inſtituti ſine nominatione nõ quo loco ff.de hære inſti.Solutio. Illa lex loquitur,quando teſtator ignorabat aliquam partem uacare.¶Opponitur ſecundo, & uidetur , quod quando factæ ſunt plures unciæ, quam 12.non eſt procedendum ad dipondium, ſicut in ſexto caſu,per l.idem quod Sabinus, & per l.ex uncijs.ff.de hęre.inſti.Solutio. Ille leges loquuntur, quando teſtator noluit excedere aſſem,ſed quod ultimus relinquitur, abſtrahitur a primis.¶Opponitur finaliter contra idem dictum , per l.cum quæſtio. C. de legatis.Solutio.Illa lex loquit̃ in dubio, quando ſcilicet non eſt certum teſtatorem uelle ad dipon-

dipondium tranſire:nam tunc relictum vltimis abſtrahendum eſt a primis,ut dictũ eſt,& hoc ſi primis plus relictum ſit.nam ſi ultimis plus eſſet relictũ,tunc non poſſet abſtrahi a primis,quia plus non põt abſtrahi ab eo quod eſt minus.Et hoc vult illa l.cum quæſtio, in oppoſitum allegata.

§.Hæres & purè.

1 *Hæres poteſt inſtitui pure & ſub conditione.*
2 *Hęres quare non poſſit inſtitui ex tempore, nec ad tempus certum. Fallit in milite nu 3.* 4 *Conditio impoſſibilis,eſt quadruplex.*
5 *Teſtator poteſt inſtitutum obligare ad conditionem quantumcunque difficilem.*
6 *Conditionum alia eſt poteſtatiua,alia miſta, alia cauſalis.*
7 *Conditionibus pluribus oppoſitis diſiunctiue in diuerſis partibus teſtamenti,quę nam e rum ſit implenda.*
8 *Teſtatoris ignorantia,non impedit hęredis inſtitutionem.*
9 *Actus quinque non recipientes conditionem neque diem.*
10 *Inſtitutionum & contractus differentia.*

1 Hęres† poteſt inſtitui pure uel ſub cõditione,ſed ſi inſtituatur ex certo tempore, uel ad certum tẽpus perinde eſt, ac ſi purè eſſet inſtitutus.Sic etiam conditio impoſſibilis in inſtitutionib legatis,fideicommiſſis,& libertatib. habetur pro non ſcripta. Et ſi plures conditiones apponantur in inſtitutione copulatiue, omnes debent impleri,ſed ſi alternatiuè,i.diſiunctiue,tunc ſufficit alterã impleri. Non ẽt oportet teſtatorem cognoſcere eũ,uel eos,quem uel quos,hęre
2 dem uel hæredes inſtituit.h.d.¶Notandum † primò, quòd ratio,quare quis non põt inſtitui hæres ex tempore,eſt,ne quis decedat pro parte temporis inteſtatus, & pro parte teſtatus,contra l.ius noſtrum.ff. de reg. iur. Et ratio quare non ad certum tempus,eſt,quia qui ſemel eſt hæres, nõ poteſt deſinere hæres eſſe,ut l. & ſi ſine.§. ſed quod Papinianus,ff.de mino.facit infra.§.notab.quinto & quarto de fideicomm. Et ſi iſto modo hæres inſtituatur,tempus habetur pro non adiecto, & cenſetur purè inſtitutus, & ita eſt hic caſus, ubi utile non vitiatur per inutile: ſed inutile reijcitur, & pro non adiecto habetur, & hoc in fauorem

Digitized by Google

vltimæ uoluntatis. Secus aũt de conditione,quia quantum cunq. tradet impleať,ipſa retrotrahiť,ut l.neceſſario,§.qđ ſi pendente, ff. de peric.& commo.rei emp.& uéd. Et ideò põt aliquis inſtitui ex tẽpore incerto, ut Inſtituo Titium, cum capere poterit ex teſtõ,uel cum Caius morietur,quia dies incertus habetur ꝓ cõditione,ut l.dies incertus,ff. de
3 cõdi.& dem.¶Not.†ſecundo ꝙ miles tñ põt extraneũ inſtituere ex certo tpe,vel ad certum tẽpus,ut ff.de teſta.mili.
4 l.miles.¶Not.†tertiò,ꝙ quadruplex eſt conditio impoſſibilis. Vna impoſſibilis natura,ut ſi ſic dicatur,Inſtituo te hæredem,ſi cœlum digito tetigeris,ut infra,de inut.ſtipu.§ ſi impoſſibilis. Secunda,eſt impoſſibilis iure,quæ eſt contra bonos mores,ut ſi ſic dicatur,Inſtituo te hæredem, ſi patrẽ tuum ab hoſtibus non redemeris,ut ff.de condi.inſti.l. conditiones,& iſtæ duæ cõditiones habẽtur pro nõ ſcriptis,ut hicdř.Tertia,eſt cõditio impoſſibilis facto,ut ſi ſic dicatur, Inſtituo te hæredẽ, ſi montẽ aureum dederis,& ita cõditio vitiat inſtitutionem,ut ff.de teſta.libe.l.cum hæredes. §.1. Quarta eſt q̃ inducit perplexitatem, & illa ẽt uitiat inſtitutionẽ cum non fuerit aĩus dandi,iuris præſumptione,ut ff. de ſta.lib.l.cum hæredes.§.1.ff.de cond.inſti.l.ſi Titius.Rõ autẽ,quare duæ primæ habentur tanq̃ non ſcriptæ,& ualet inſtitutio,eſt, quia nemo põt obligari ad impoſſibile, ut c. nemo,ff.de reg.iur.lib.6.Qñ ergo teſtator apponit tales cõditiones,ſignum eſt,ꝙ facit deriſoriẽ, & ꝙ vult illum hęredẽ eſſe;ſi.n.nõ uellet hoc,nõ faceret mẽtionẽ de eo.ſal.con
5 ditiones,ff.de cõdi.inſti.† Sed aliæ duæ cõditiones rectius dñr difficultates, q̃ impoſſibilitates,& teſtator pt inſtitutũ obligare ad conditionẽ quãtuncunq. difficilẽ, quia difficultas præſtationis non impedit obligationẽ,ut l. cõtinuus.§. illud.ff.de uerb.obl.nã hoc nos facere nõ poſſe p̃ſumit ius, Ex quo ergo teſtator ſciebat,ꝙ talis conditio difficilis poterat impleri licet difficulter,uoluit hęredẽ aſtringere ad illã difficultatem,ſi ergo non expediatur difficultas illa uitiabitur inſtitutio & libertas. Et ẽt conditio impoſſibilis iure,ſi apponatur cõditio cõtra legẽ imperialẽ,canonicã,uel dñicã,ut ſi dicatur,Inſtituo te hęrede, ſi ducas in uxorẽ,quam

de

6 de ſacro fonte leuaſti. ¶Not. † quartò, q̄ cōditionū alia eſt poteſtatiua, ut ſic dicēdo, inſtituo te hæredem, ſi decē dederis. Alia eſt mixta, ut ſic dicēdo. Inſtituo te hæredē, ſi Romam iueris. Alia eſt caſualis, ut ſic. Inſtituo te hæredē, ſi cōſul factus fueris. Cōditionē poteſtatiuā neceſſe eſt impleri, ſi debeat ualere inſtitutio; ſed ſi non ſtat p inſtitutum, q̄ conditio mixta impleatur, ualet tamen inſtitutio, ut l. cōditionū, C. de inſt. & ſubſ. & cōditio & caſualis retrotrahit, ut dictū

7 eſt de natura cōditionis. ¶Not. quinto † quòd ſi plures conditiones apponātur diſiunctiue in diuerſis partib. teſtī. tunc in legatis & fideicōmiſſis implenda eſt ultima conditio, & in inſtitutionib. implenda eſt prima, ſed in directis libertatib. ſufficit aliq̄ implere et leuiſſima, ut l. ſub diuerſis. & l. p fideicōmiſſum, & l. cū tradit. ff. de cōdi. & demō. Et dicit

8 Io. Fa. q̄ illo mō deberet eſſe in gl. ¶Not. † ſi quod ignorantia teſtatoris non impedit inſtitutionem hæredis, ut hic, & C. de hæredi inſti. l. extraneum. Ex quo ſequitur, quod non oportet et teſtes cognoſcere hæredē, debēt tñ cognoſcere conficientē inuentariū, ut in gl. in l. fi. §. ſin autē dubius, C. de iure delib. Secus aūt in cōtractib. ubi teſtes debēt cognoſcere cōtrahētes, ut not. Bar. in l. ſi cum exhiberet, §. 1. ff. de publica ¶Opp. primo, & uidetur, quod hæres non pōt inſtitui ſub conditione, per l. actus ff. de reg. iur. Solu. Illa regu-

9 la loquitur de actib. ibi expreſſis, † qui non recipiunt conditionem neque diem, & ſunt quinque, ſ. emancipatio, acceptilatio, adoptio, hæreditatis aditio, & tutoris datio, inter quos non eſt hæredis inſtitutio, q̄ fieri poteſt ſub conditione, ut actus plures ualeat q̄ pereat, ut l. quoties el 2. ff. de rebus dubiis. Et promptum eſt iura iuribus concedere, ut C. de inoffi. dot. l unica. ¶Opp. ſecundo, & uidetur, quòd conditio impoſſibilis non debet haberi pro non ſcripta, ſed debet uitiare inſtitutionē, quia uitiat contractum, ut infra de inut. ſtipu. §. ſi impoſſibilis. ergo a ſimili uitiat inſtitutio

10 nē. Solu. Non eſt † ſimile, & ratio differentiæ eſt fauor, qui eſt in inſtitutionib. & non in cōtractibus, ut ff. de reg. iur. l. in teſtamentis. Alia ratio ponit in gl. in l. 1. ff. de cond. inſti. quia contractus fit conſenſu duorum cōtrahentium, ſ. ut in

Digitized by Google

7 ¶Not † ſextò, quod inſtrumentum dotale ſeu nuptiale,dicitur eſſe illud,in quo ſcriptum eſt matrimonium contractum eſſe inter tales. puta Titium,& Bertham.& dotem datam eſſe. Et licet Piac. dicat,quòd in caſu iſtius tex.non valeat matrimonium ſine huiuſmodi inſtrumento, melius tamen dicitur , quod valet vt in Auth.de nuptijs.§.nuptias.colla. 4 verum tamen eſt, quòd ſine huiuſmodi inſtrumento filij non fiunt legitimi, ut in Auth de trien.& ſemiſ.§ fi.coll 3. & facto huiuſmodi inſtrumento, non ſolum filij poſtea nati, ſunt legitimi ; ſed etiam ante nati. quia illi dant poſtea natis occaſionem legitimationis , ut dicitur hic in tex. Quod ſic debet intelligi: nam aliqui aſſumunt concubinā & ſi poſſunt ex ea prolem procreare , procedunt ad matrimonium , ſic non repellunt eam;quod in uxore eſt prohibitum, ut in Auth. quib.mod. natu.offic.leg.§.quoniā.nec refert an poſt inſtrumentū dotale,ſint aliqui nati,& viuāt cum anterioribus, an nulli nati ſint;vel nati ſint,ſed poſtea mortui,ut hic in fi.§. & C.de natu.lib.l.nuper. & l. cum quis.nec refert etiam an ſint alij etiam ſine ipſorum cōſenſu filij ex alia vxore mortua . Nec etiā refert,an iſta cōcubina ſit libera,vel liberta, uel ſerua, id eſt ancilla ab eo manumiſſa,vt ſecū poſtea matrimonium contrahatur,ut in Auth.de inceſt.nupt.in fi. & in Auth. de filijs ante dota.inſtr.nat.per totum tit.coll.3.

8 Patet † ergo, quod legitimati per ſubſequens matrimonium,ſunt plus

priuile-

priuilegiati, quam alij legitimati, quia ſuccedunt ét cum prioribus legitimis, poſt quorum natiuitatem ipſi ſunt legitimati, quod non eſt in alijs legitimatis per oblationem curiæ uel per reſcriptum principis, ut ſupra in proxi. notabili circa finem, niſi princeps hoc expreſſerit. ¶Notandum
9 † finaliter circa §. ita demum. quod omnes deſcendentes poſſunt dici liberi, improprie tamen uocantur liberi poſt trinepotem, ut ff. de gradi. l. iuriſconſultus. §. parentes & ff. de uerb. ſignifi. l. liberorum ¶Opponitur primo ſic, & uidetur, quod ſi hodie emancipationis, & patriæ ptãtis ſit hodie ſublata, tunc fruſtra tractatur de ſuis hæreditus. Solu. Li-
10 cet † in multis iſta differentia hodie ſublata ſit. tamen ad huc utile eſt ſcire, qui ſint ſui hæredes, nam hodie ſui hæredes tranſmittunt hæreditatem etiam ante aditionem, quod non faciunt emancipati, ut l. 3. C. de iure delibe. & infra §. emancipati. eo. tit. in 1. notab ¶Opponitur ſecundo, & uidetur, quòd non bene dicitur hic, quòd ad ſuum hæredẽ requiritur, quod nemo præcedens eum in gradu ſit in ptãte, quia poſito caſu, quòd quis habeat unum filium in poteſtate, & ex alio filio nepotem etiam in poteſtate, talis nepos patre ſuo mortuo eſt ſuus hęres, ut infra eo. §. cum filius, & tñ alius præcedens eum in gradu, ſ. filius, cui eſt patruus ipſius nepotis etiam in poteſtate. Sol. Iſtud intelligitur de eo q̃ pręcedit in recta linea, vel poteſt dici, quod iſte nepos obtinet locũ patris ſui, & ita patruus ſuus cum nõ pręcedit.

§. Poſthumi quoque ſi.

1 *Summarium huius §. ex Nicaſii ſententia.*
2 *Poſthumus, quando habeatur pro iam nato. Et quotupliciter dicatur poſthumus.*
3 *Pupilli, & furioſi poſſunt eſſe ſui hęredes.*
4 *Dominiũ dicitur quaſi cotinuati Inter diuerſa aũt ſit continuatio.*
5 *Filius captus ab hoſtibus, an ſit in poteſtate patris. & nu. 14.*
6 *Accuſatore vel accuſato mortuo, non tranſeunt delicta contra hęredes fallit quinque caſibus nu 7.*
8 *Condemnari crimine perduellionis an poſſit quis poſt mortem.*
9 *Duellium, an ſit licitum, aut qur iure & nu. 11.*

Perduel-

Digitized by Google

10 *Perduellis, quam variè fiat.*

12 D*amnati memoria, an moriatur.* Et *qualiter. nu.* 13.

1 Sũmatur ſic. † Poſthumus q̃ in ptãte parentis naſcitͣ, põt eſſe ſuus hæres. & ẽt ignorãtes pñt eſſe ſui hr̃des, ut pupillus & furioſus, ẽt ſine auctoritate tutoris, vel curatoris, q͠a dñium quaſi continuatur inter defunctũ & ſuũ hæredẽ, tũc ibi interdũ. Et q̃ tpe mortis non eſt ſuus hæres interdum poſt mortẽ fit ſuus hæres, ut filius captus ab hoſtibus moriente patre, & poſt mortẽ patris reuerſus, & econtra, qui eſt ſuus hæres tpe morti, interdũ poſt mortem deſinit eſſe ſuus hæres, ut ſi pater poſt mortẽ iudicetur reus perduellionis. h. d.

2 ¶Notandum primo † circa. §. poſthumi. quod quando agitur de commodo ipſius poſthumi, tũnc habetur pro iam nato, ut ff. de ſtatu. homi. l. qui in utero. Et dicitur poſthumus propriè & impropriè: propriè qui naſcitur poſt humationẽ patris, i. poſt mortem eius: ſed impropriè dr̃ poſthumus q̃ naſcitͣ poſt factum teſtm̃, ut ff de iniu. rup. irri. teſta. l. 3 §. 1.

3 ¶Notandum † ſecundò quòd ad ſuitatem hæredis non req̃ritur ſcientia, quia ex quibus cauſis acquiritur hæreditas, ex his etiam acquiritur ſuitas, ad quod iſte tex. ſolet allegari, & ideo pupilli & furioſi poſſunt eſſe ſui hæredes, & fiunt ſtatim poſt mortem parenti. Et de iure ciuili ſuus hæres non poteſt abſtinere ab hæreditate, ſed ius prætorium dat ei licentiam abſtinendi, ut ſupra de hær. quali. & diffe. §. ſui. Et licet pupillus ſine auctoritate tutoris, poſſit fieri ſuus hæres: non tamen poteſt fieri hæres alicuius extranei, niſi interueniat tutoris auctoritas, & actus ipſius pupilli, niſi pupillus eſſet infans, quia tunc ſufficeret auctoritas tutoris, vt l. potuit. & l. ſi infanti, C. de iure delib. ¶Notandum ter-

4 tiò, † quòd dominium dicitur quaſi continuari, ſed non dicitur quaſi continuari inter defunctum, & ſuum hæredem, quia continuatio fit inter diuerſa, & pater & filius, vel defunctus & ſuus hęres ſicti one iuris ſunt vna perſona. ut C. de impub. & alijs ſubſti. l. fi. §. fi. ut vult hic gl. Sed Io. Fab. dicit aliam rationem. ſ. quia ſuus hæres, id eſt, filius uel nepos, fuit quaſi dominus in vita parentis, ut l in ſuis, ff. de

5 libe. & poſthum. ¶Notandum † quarto circa. §. interdum

quòd

ꝙ filius captus ab hoſtib. non eſt in p̄ṫate patris, quia eſt ſer uus hoſtiũ, vt ſudi de iure p̄lo. §. ſerui primo. Si t̃n poſt mortē patris reuertatur ab hoſtibus, dr̄ eſſe ſuus hæres, quia ius poſt liminij fingit eũ ſemꝑ fuiſſe in p̄ṫate patris, vt ſup. q. b.
6 mod ius pat. poteſ. ſolu §. ſi ab hoſtib. ¶Not. † quintò, ꝙ regulariter mortuo accuſatore vel accuſato, nõ tranſeũt delicta cõtra hæredes, nec quãtũ ad crimē, nec quantũ ad pœnã, vt ff. de accuſ. l. ex iudiciorũ, ſiue fuerit crimen publicũ, ſiue priuatum, vt no. in eadē l. ex iudiciorum. Fallit t̃n iſtud pri-
7 mo † in crimine læſæ maieſtatis, p̄cipue in duobus caſib. ſ. ſi quis fuerit molitus contra principē, vel contra rempublicã, vt ff. ad l. Iul. maie. l. fi. Fallit ſc̄do, in crimine legis Iuliæ de reſiduis, q̄ lex punit illos, qui conuertunt in uſum propriũ pecuniã ſuperfluã ex adminiſtratione officij publici, ut inf. de pub iu. §. ſunt p̄terea, & ibi bona gl. Fallit tertiò, in crimine legis Iuliæ peculatus, q̄ lex punit ſubtrahentē rem ſacram, vel religioſam, vel ēt pertinentem ad rempublicã, ut inf. de pub. iud. §. item lex peculatus. Fallit quartò, in crimine legis Iuliæ repetundarũ, q̄ lex punit iudicem corruptũ, ut inf. de pub. 3. §. ſunt p̄terea all e. Fallit quintò in crimine apoſtatatus, vt C. de apoſta. l. 2 & de iſtis latius in d. l. ex iu
8 diciorũ, in tex & glo. in ver. maieſtatis. ¶Not. † ſexto, ꝙ dr̄ hic in tex. ꝙ aliqs pōt poſt mortē condēnari perduellionis reus, & hoc ſic debet intelligi, qa q̄ncunq; aliqs diffamabatur de crimine læſæ maieſtatis, p̄cipue in duob. caſibus præ dictis, tunc ꝑ duellum conſueuit fieri purgatio, & eius, q caderat dãnabatur memoria, & fiſcus ei ſuccedebat, & iõ dãnatus d̄ iſto crimine, dr̄ ꝑ duellionis reus, qa olim crimē
9 tale conſueuit probari ꝑ duellũ, qñ aliàs fuerat dubiũ. † Et q̃uis aliqui dicant duellũ eſſe licitũ ſc̄dm iura Romana, q̄ ſæpe faciũt mētionē de duello, vt ff. ad leg. Aqui. l. qua actione. §. ſi qs in colluctatione. melius t̃n dr̄, ꝙ duellũ non eſt licitum, ēt iure Romano, vt C. de gladiat. l. 1. lib. 11. & multo minus iure canonico, ut in c. 1. & 2. extr. de cler. pugnan. in duello, & iſto iuri canonico plus ſtandum eſt, quia hic uertitur periculum animæ, vt in c. fi. de præſcrip. & c. 1. extra
10 de nou. oper. nuntia. ¶Notandum † ſeptimo, quòd crimen

perduellionis alio modo dr̄, ut dicit gl. ſup illo uerbo, quia ſit per hoſtes principis, unde qui hoſtiliter principem perſequuntur, vel rempublicam, ducendo contra eum exercitū, pduelles i. hoſtes uocantur, & ſic quos ueteres uocabāt perduelles, nos appellamus hoſtes, ut in l. quos nos. ff. de uerb. ſig. Dicit tñ Bal. ꝙ audiuit ab Imperatore & Cardinali Bononienſi, ꝙ quinq. ſunt neceſſaria ad duellum. Primò ꝙ deficiant aliæ probationes. Scdò, ꝙ ille cui indicit̄, ſit ſuſpectus de crimine, ſup quo duellū indicitur, & ſm h. d. Io. Fab. quod ſeruatur in regno Frāciæ, ubi duella admittūtur, licet magnæ ſint circa ea cōſtitutiones. Tertiò, quod ſuperior uel par indicat. Quartò quòd quis incipiat a bello armorum, id eſt, ꝙ prius in iudicio de illo crimine non fuerit litigatū. Quintò, ꝙ fiat cum auctoritate ſuperioris, qui iſtis
11 aſſignet, addit Io. Fab. quòd † conſuetudo, qua in Francia duellū admittitur, eſt corruptela nō excuſās a peccato, arg. in Auth. vt nulli iud. coll. 9. §. 1. Nicolaus tñ de Lyra, primi Regum 17. dicit, ꝙ durum uidetur duella in omni caſu dānare, cum Chriſtianiſſimi principes, ut Carolus Magnus, Sanctus Ludouicus Franciæ reges, ea admiſerint, & multi Archiepiſcopi temporalē habentes iuriſdictionem, ea adhuc in terris ſuis admittant, prout ibi diffuſè declarat, ſolúens argumēta, q̄ in oppoſitum cōiter fiunt. ¶No. finaliter,
12 † ꝙ dr̄ hic notanter, ꝙ memoria eius damnatur, quia mortuus non pōt damnari, niſi a Dño Deo, ut ff. quę ſenten. ſine appel. reſcind. l. pen. Sed memoria mortui bene pōt cōdem
13 nari hoc modo. † Pronuntio talem commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis, contra principem vel rempublicam, & ideo bona ſua debere inferre fiſco, & ita etiam defunctus pōt poſt mortem diffamari, ut ſup. quib. manumit. non licet. §. 1. & alienationes factæ ab eo, qui ſic condēnat̄, non ualent a tempore commiſſi delicti, ut C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. emancipationes, & ff. de dona. l. donationes. §. fi. Præſcribitur autem iure, in hoc crimine de damnando memoriam defuncti quinquennio, ut dicit Io. de Pla. ſicut in crimine hæreſis
14 l. 2. C. de apoſta. ¶Opp. † ſicut, & videt̄ quod filius captus ab hoſtibus, non ſit ſuus hęres poſt mortem patris per l. lex

Cornelia.

Digitized by Google

Cornelia.ff.de teſta.Solu.Ille filius captus ab hoſtibus nõ fuit reuerſus,ſed fuit ibi mortuus.hic autem loquimur de il lo,qui poſt mortem patris eſt reuerſus.

§.Cum filius.

1 *Nepotes & neptes ex filio ſuccedunt in locum patris ſui, in ſtirpes & non in capita & nu 23.*

4 *Nepotes & neptes ſuccedere in ſtirpes, & non in capita, qũo intelligatur.*

1 Summatur ſic.Nepotes† & neptes ex filio ſuccedunt in locum patris ſui,in ſtirpes,& non in capita.h.& patet intell.

2 tex.¶Not.† primo,ꝙ dr̃ hic de nepote vel nepte ex filio, & non ex filia,quia illis iſto iure non habet ueritatem, ꝙ hic dr̃,ut infr.eo.§.diui, q̃uis nouo iure in eis ẽt idẽ ſit,ut infra eo.itẽ uetuſtas,& §.diui inf.eo.& in lege. C. de legi.hære-

3 dit.¶Not.ſecundo, † ꝙ qñ hic dr̃,ꝙ nepotes & neptes ſuccedũt in locũ patris ſui,ut ẽt in Auth.qui.mo.natu.effi.ſui. §.ergo.non ſolũ,habet locũ in ſucceſſione ab inteſtato.titulo hæreditario.Sicus ſi titulo fideicõmiſſario,ſed ẽt qñ uocant̃ ad bon.poſſ.contratab.ut ff.de bo.poſ.contratab.l.1.§.

4 uocantur.¶Not.tertio, ꝙ cum dicitur nepotes † & neptes ſuccedere in ſtirpes, & non in capita, debet ſic intelligi,ꝙ ſi ex uno filio ſint tres vel quatuor proles, illæ debent inter ſe habere patrem, quam pater earum habuiſſet ſi uixiſſet; & ideo ſi ex duobus filijs mortuis relictæ ſunt proles, ex uno una uel duæ,& ex alio tres uel quatuor, ille tres uel quatuor nõ debent plus habere,quã una uel duæ, ut hic & l.nepotes C.de ſuis & legi.hære. & in Aut. de hære.ab inteſt.§.1.colla.9. Et ideo uidetur ex iſto tex. ꝙ dictum Azo. in ſumma ſuã non ſit uetum, quo dicit, quod qñ nepotes ſuccedunt ſine patruis ſuis,tũc ſuccedunt in capita,& nõ,in ſtirpes.Io.Fab.tñ hic dicit dictũ Azo.non ſtare cũ iſto tex. quia iſte tex. intelligendus eſt qñ nepotes ſuccedunt alicui aſcendenti,ſed dictum Azo. intelligendũ eſt qñ ſuccedunt alicui collaterales.¶Opponitur ſic,& vr̃, quod nepotes uel neptes non ſuccedant in locũ patris ſui, per §. totiens. infra de ſerui.cogna.& per.§.ſi plures infra titulo proximo. ubi dicitur,quod proximior in gradu, excludit ulteriorem

Solutio. Illi §§. intelliguntur, quando ulterior in gradu ſuo cederet ex propria perſona, quod autẽ non eſt hic: quia iſti ſuccedunt ex perſona patris ſui.

§. Cum autem quæritur.

1 *Filio exhæredato an exhæredetur filius ex eo*
2 *Nepos conceptus poſt mortem aui an ſuccedat auo.*
3 *Nepos fit ſuus hæres auo, etiam ſi deſierit eſſe hæres*

Summat hic. Videndũ eſt interdum, qs ſit ſuus hæres tpe deſtituti teſti, ut ſi qs habeat filium, & ex eo nepotem, & filium exhæredauit, inſtituendo extraneum hæredem, & filio mortuo, inſtitutus hæres non vult, vel non põt eſſe hæres, tunc nepos fit ſuus hæres, q̃uis natus ſit poſt mortẽ aui, ſi tñ eo viuo ſit conceptus: ſed ſi poſt mortem aui ſit conceptus, tunc non põt eſſe ſuus hæres, ſicut adoptatus a filio emãcipato, non cõputatur inter liberos aui, & iõ ẽt neuter iſtorũ põt petere bonorum poſ. quaſi proximus agnatus. h. d. Not.
1 † primo, ꝙ ex iſto tex elicit, ꝙ exhæredato filio, non exhæredatur nepos ex eo. Elicitur ẽt ex iſto tex. ꝙ p exhæredationẽ non ſoluitur patria ptãs, qa q̃diu viuit filius exhæreda-
2 tus, nepos ex eo nõ põt eſſe ſuus hæres ipſi auo ¶ Not. † ſecundo, ꝙ ſi nepos conceptus ſit poſt mortẽ aui, tunc nullo mõ ſuccedit auo, qa non attinet ſibi naturaliter, ut hic, & l. 1. §. ſi qs proximior. ff. unde cogna. & in l. ſi qs filio exhæredato. ff. de inju. rup. irri. teſta. Ex quo colligitur, ꝙ ſi aliquis banniatur cum filijs & nepotibus, ꝙ illi qui non ſunt conceptis tpe promulgati banni, non ſunt banniti, & ita not. per Bar. in l. Titius. ff. de ſuis & legi. hær. ſed ſi dictum eſſet, cum ſuis poſteris, tunc illi includerẽtur, ut l. iuriſconſultus. ff. de
3 gradi. affi. & eorum nomi. ¶ Notandũ † finaliter, ꝙ ſicut nepos fit ſuus hæres auo in iſto caſu, ſi inſtitutus hæres non vult, uel nõ põt fieri hæres, idem ẽt ſit ſi deſierit eſſe hæres, quia teſtm̃ ſit purgatum per querelã inoffi cioſi, vnde licet olim, qñ filius moriebatur ante aditã hæreditatem, non tranſmittebat querelam non præparatam, hodie tñ ſiue moriatur ante aditam hæreditatẽ, ſiue poſt, eam tranſmittit, l. ſancimus. C. de inoffi. teſt. § pen. & l. ſi quis filium. eo. ¶ Opp. ſic,

& uidetur, ꝙ nep s cōceptus poſt mortem aui, debeat ſibi ſuccedere, quia ſi fundus detur alicui in emphyteoſim, ꝙ ſi pro filijs ſuis & nepotibus, tunc ius emphyteoticum pertinebit etiam ad nepotes illius, qui poſt mortem eius ſunt concepti, per l. Paulus. §. Paulus reſpondet ff. de bon. libe. Solu. Speciale eſt in ſucceſſione hæreditatis, ut illi qui concepti ſunt poſt mortem eius, de cuius hęreditate agitur, nō ſuccedant neque iure ciuili, ut hic dicitur, neque etiam iure pretorio, ut uult gl hic ſuper verbo tetigit. ſed ſecus eſt in ſucceſſione aliorum iurium, ut in l. contrarium alegata.

§. Emancipati autem.

1 *Emancipati, an & quo iure ſuccedant.*

2 *Emancipatus & ſuus hæres, quot modis differant.*

3 *Aequitas præponitur rigori Et quando alias, diſting.*

Sūmatur ſic. Emācipatis iure ciuili, non ſuccedūt, ſed iure prætorio ſuccedunt de bono. poſſ. unde liberi, ſiue ſoli ſint ſiue cum ſuis hæredib. h. d. & patet in tel. tex. ¶ Notan.
1 primò, † ꝙ emancipati hodie etiā ſucceduno de iure ciuili, ut in Auth. in ſucceſſione. C de ſuis & legit. hær. per quam Auth. etiam hodie ſublata eſt differentia emancipationis
2 & patriæ ptātis, ſupra §. emācipatos de exhære. libe. † Quo ad multa tamen permanet adhuc hodie differentia inter emancipatum & ſuum hæredem. Primò, quia ſuus hæres tranſmittit hæreditatem non aditam ad quoſcunq; ſup. §. ſui eod. tit. in pen opp. ſed emancipatur ſolum ad deſcendentes, ut C. de his qui ante aper. tab l. vnica. Secūdo quia ſuus hæres non poteſt pecuniam mutuo accipere, ſicut emancipatus, ff. ad Maced. l. 1. Tertio, quia ſuus hæres non poteſt teſt m facere, niſi caſtrenſi, uel quaſi, emancipatus autē poteſt l. penul. C. qui teſta. facere poſſunt. Quarto quia ſuus hæres non poteſt ſine auctoritate patris in iudicio ſtare, emancipatus autem poteſt. C. de bon. quæ libe. l. fi. §. 1 eceſſitate. Quinto quia ſuus hæres non poteſt habere tutorem, ſed emancipatus poteſt, ſupra de tute. §. permiſſum. Sextò, ſi ſuus hæres recipiat officium publicum, de conſenſu patris, obligatur pater ipſo iure, ſic autem non eſt de

emācipato niſi pr̃ expreſſe ſe obligauerit, ut ff. ad municip. l. 2. Septimò, quia ſub hęrede impuberi pōt ſubſtitui pupillariter, & emancipato non, ut ff. de vulg. & pup. ſubſtit. l. 2. Octauò, quia ſuus hæres ſine cā pōt querelare teſtm̃ patris emancipatus aũt præteritus non pōt, niſi cũ cā, ut eſt gl. ſingularis in §. exhæredatos. in Auth. de hær. & falci. colla 1. Nono, quia pater aſcribens legatũ, vel hæreditatē ſuo hæredi in teſtō alicuius, incidit in falſum, vel quaſi falſum, non aũt ſi aſcribat emanipatio, ut ff. de fal. l. impuberũ. § 1. Decimo, quia ſuus hæres abſtinens ab hæreditate infr. trienniũ pōt pęnitere, rebus hr̃ditarijs non diſtractis, ſed emācipatus non, C. de repud. hære. l. fi. Et ita notat per Ang. in l.

8 Gallus. §. & quid ſi tantam. ff. de lib. & poſt. ¶ Not. † ſecundo ibi naturali æquitate, quod ęquitas p̄ponitur hic rigori iuris. quando autē vel rigor, uel æquitas præponi debet, notatur per Canoniſtas. in c. fi. extra de tranſa. in ver. æquitate. & in c. 1. eo. tit. & in l. 1. C. de legi. & per legiſtas in l. placuit. C. de iud. Et pōt ſic diſtingui; Quia aut ius rigoris, & ius ęquitattis diſponunt vniformiter, & tunc utrunq. eſt ſeruandũ, ut in c. cũ veniſſent. ext. de eo, qui mittitur in poſſeſ. cau. rei ſeruan. Aut diſponunt difformiter, & hoc uel eſt in diuerſis caſibus, & iterum ſeruandũ eſt vtrunq; ut in c. cum apoſtolicam. ext. de hic quæ fiunt a præla. ſine conſen. capi. Aut in eodem caſu, & tunc vel eſt in materia arbitraria, & æquitas præponitur. ut in d. c. fi. extr. de tranſa. vel eſt in materia non arbitraria, & tunc aut neutrum eſt ſcriptum, & præponitur æquitas, aut unũ tm̃ eſt ſcriptũ, & aliud non, & præponit ius ſcriptũ, niſi iudex eſſet talis, ꝙ poſſet ius ſcriptũ mutare, ut c. ſuā. ext. de pę. Vel vtrunq. eſt ſcriptum, & tunc vel utrunq; eſt gn̄ale, vel vtrunq. ſp̄ale, & in utroque caſu p̄ponitur id, qđ eſt poſterius, ut in c. ſuper quæſtionũ. ext. de off. deleg. Si aũt dubitetur quod ſit poſterius, præponitur ius æquitatis. Vel unum eſt gn̄ale, & aliud ſpeciale, & præualet ſpeciale, per regulam generi. de reg. iur. lib. 7.

§. At hi, qui.

1 *Summarium huius §.*

2 *Eman-*

2 *Emancipati a patre naturali, & ab alio adoptati, an admittantur, & quo iure, ad patris naturalis ſucceſſionem.*

3 *Emancipati a naturali, & ab alio adoptati, an poſſint querelare teſtamentum, in quo ſunt præteriti.*

4 *Filius a patre naturali emancipatus, & moriente patre, exiſtens in p̃tāte patris adoptiui, poteſt a patre naturali in teſtamēto inſtitui.*

5 *Hæredes ſui, & emancipati præteriti, an uocentur ſimul ad eandem poſſeſſionem bonorum. Et qualiter.*

1 Summatur ſic. † A naturali patre emancipati, & ab alio adoptati, ſi viuo patre naturali, a patre adoptiuo emācipentur, tunc ſuccedunt patri naturali, ac ſi nunq̃ fuiſſent adoptati, ſed reſpectu patris adoptiui, ſunt tāquam extranei, ſi uero emancipentur à patre adoptiuo, poſt mortē naturalis patris, tūc neutri ſuccedūt, non adoptiuo, quia ēt tūc reſpectu patris adoptiui, ſunt tāquā extranei, nō ēt patri naturali, q̃a ſic diſpō bonorū patris naturalis eſſet in p̃tāte patris adoptiui, qđ eſſet iniquū, & iō minus iuris habent filij adoptiui, q̃ naturales. ſ. & legitimi, nā licet naturales emācipati nō ſuccedāt iure ciuili, ſuccedūt tñ iure p̃torio. Et rō eſt, q̃a licet deſināt eſſe ſui hæredes, non tñ deſinunt eſſe filij, cō ius ciuile non poſſit ius naturale deſtruere. ſed adoptiui emancipati, neq. iure ciuile neq. iure p̃torio ſuccedūt: quia per emancipationē deſinunt eſſe filij, filiatio.n. acquiſita p adoptionē, quæ eſt de iure ciuili. per aliud ius ciuile. ſ. per emancipationē, deſtruitur. tunc ibi, eadē. Et ſicut illi nō ſuccedunt ab inteſtato, ſic ēt non admittuntur ad rumpendum teſtm̃ patris naturalis, vel adoptiui, per cōtrat ab. q̃uis in il

2 lo teſtō ſint p̃teriti. h. d. & patet intel. tex. ¶ Not. † primo, q̃ à patre naturali emancipati, & ab alio adoptati, ſi a patre adoptiuo poſt mortē patris naturalis emancipentur, nō admittuntur iure prætorio ad patris naturalis ſucceſſionem, ut hic dicitur, iſtud tamen infra. eod. §. admonendi. limitatur. l. ſi pater naturalis habeat alios liberos, vel agnatos, nam illis non exiſtentibus iſti admittuntur, non per unde liberi, ſed per unde cognati, ut in alleg. §. ſtatim dicetur. Et licet emancipati a patre adoptiuo, ſibi non ſuccedant, ſi tñ fiant ſui iuris per mortem patris adoptiui, tunc ſuccedunt

Digitized by Google

ſibi, & ius agnationis p̄manet inter eos, & naturales filios illius adoptiui patris non emancipatos, & iſti adoptiui etiā ſuccedunt illis naturalibus filijs, ſicut naturales fratres, ut l. filium naturalem. ff. de grad. affin. ¶ No. † ſecundo circa §. eadē, quòd ſicut à patre naturali emācipati, & ab alio adoptati, ſi poſt mortem naturalis patris emancipentur a patre adoptiuo, non ſuccedunt ab inteſtato. neque patri naturali neq. patri adoptiuo: ſic etiam ſi pater naturalis vel adoptiuus fecerit teſtm̄, in quo iſti ſint p̄teriti, nō p̄nt tale teſtm̄, contratab. Ex quo patet, ꝙ ius rūpendi teſtm̄ per cōtratab. regulatur per cauſam inteſtati, ut qui nō pōt ſuccedere ab inteſtato, ille et non poſſit teſtm̄ rumpere per contratab. ut l. pater filium. ff. de inoffi. teſt. Et illud verum eſt negatiue, ut iā dictum eſt, ſed non eſt verum affirmatiue, ut ſ. ille qui ſuccedit ab inteſtato poſſit teſtm̄ per contratab. rūpere, q̄a collaterales, poſt fratres bene ſuccedunt ab inteſtato, & tn̄ non p̄nt teſtm̄ rumpere. ¶ Not † tertio, pro intellectu gl. ſuper verb. inſtitutis, quod filius a patre naturali emancipatus, & moriente patre exiſtens in p̄tāte patris adoptiui, p̄t a patre naturali in teſtamento inſtitui, & alius emancipatus non exiſtens in p̄tāte alicuius præteriti, & tunc non datur iſti inſtituto hæc bonorum poſſeſ. niſi præteritus rūpat teſtm̄, & præparet ei viam. Et hoc eſt, quòd dicitur, ꝙ iſte inſtitutus nō ſuccedit, niſi præteritus committat edictum, ut ff. de contratab. l. 3. §. ſi quis ex liberis. & ſic iſte præteritus non vult uti iure ſuo, habet inſtitutus hæreditatem iure per contratab. ſed habet eam effectu, ſecundum tabu. ut ff. de contratabu. l. ſi poſt §. fin. Et dicitur filius præteritus, quamuis relictum ſit ſibi legatum, quod valet tantum ſicut legitima ſua, vel plus, quia oportet ꝙ habeat legitimam hodie iure inſtitutionis, ut Auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. Si tamen relictum ſit legatum, & nullus alius inſtitutus ſit, intelligitur relictum iure inſtitutionis, & ita tunc non cenſetur præteritus, ut notāt do. to. in l. cogi. verſi. & generaliter. ff. ad Trebell. Vel ſi teſtator dicat, Relinquo filio meo centum, pro legitima ſua; vel pro Falcidia cenſetur relictū iure inſtitutionis, ut no. Bar. in L. vn̄, & ſi parens. C. de inoff.

teſt.

5 teſta. ¶ Notandum † finaliter, ꝙ ſi ſui hæredes, & emancipati ſint præteriti, tunc vocantur ſimul ad eandẽ bonoꝝ poſſ. ſ. per contratab. quod aliqui dicũt eſſe verũ, ut Az. ſi emancipati cõmittant edictũ, & ꝙ alias ſui hæredes non admittantur ad hꝛ̃ditatẽ, ut ff. de cõtratab. l. 3. §. ſi qs ex liberis. Sed alij dicunt & melius, ut apparet, ꝙ ſui admittuntur, licet emancipati non committant edictũ, quia ſui habẽt duplex remediũ: poſſunt. n. dicere teſt̃m̃ nullũ, uel poſſunt cõtratab. ut ff. de leg. præſtã l. ſi duo. ¶ Opponitur ſic, & vr̃ ꝙ exiſtens in adoptiua familia, tpe mortis ſui patris naturalis, bene admittatur ad ſucceſſionem per unde liberi, per l. 3. §. ſi quis filio. ff. de cõtratab. Sol. Illa lex loquitur, de eo, qui nõ fuit perfecte adoptatus, & ſic adoptatio non nocuit ſibi in ſucceſſione. Vel poteſt dici, & melius, quod illa lex loquitur vbi nepos ex filio non exiſtente in poteſtate patris ſui, datur in adoptionẽ auo, quia talis ſuccedit. Sed iſte textus loquitur quando quis adoptatur ab extraneo.

§. Admonendi.

1 *Emancipati à patre adoptiuo, poſt mortem naturalis patris, an & quo caſu ſuccedant per vnde cognati & nu. 2.*

3 *Emancipati à patre adoptiuo, poſt mortem naturalis patris an poſſint dici cognati iure ciuili, aut prętorio, aut qui dicatur.*

4 *Emancipati poſſunt dici ſui hęredes iure prętorio.*

1 Summatur ſic: Licet † emancipati a patre adoptiuo poſt mortem naturalis patris, non ſuccedant per unde liberi, vel per vnde legitimi: ſi tamen neque liberi neque agnati exiſtant, tunc ſuccedunt per unde cognati, h. d. & patet intell. 2 tex. ¶ Notandũ † primo, ꝙ iſte. §. limitat. §. at hi, ſup. eodem. 3 Notandum ſecundo, quòd iſti nec poſſunt † dici cognati iure ciuili, quia illo iure emancipati ſunt incogniti, ut ſupra eo. § emancipati. nec etiam iure prætorio habentur, ut liberi, ut ſup. eo. §. at hi. nec etiam ut legitimi, ſeu agnati, ut inf. tit. prox. §. 1. ſed iure prætorio vocatur inter cognatos, ut hic. Ex quo patet, quod illi qui non admittuntur ad ſucceſſionem ex primo aut ex ſecundo capite poſſunt admitti ex tertio capite, illud tamen hodie mutatum eſt, ut C. de adoptio.

Digitized by Google

4 ptio l. cum in adoptiuis. ¶ Not. † tertio, ꝙ licet emancipati non ſint ſui hęredes iure ciuili, poſſunt tñ dici ſui iure prætorio, ut ſupra eo. §. emancipati & legitimi dicũtur agnati, qui ſcilicet deſcẽdũt ex maſculis, ut infra tit. proximo §. 1.

§. Sed ea omnia.

1 *Pater adoptiuus, an teneatur filium adoptiuum in teſtamento ſuo inſtituere aut legitime exhæredare.*

2 *Filius datus in adoptionem extraneæ perſonę non poteſt uocare patrem ſuum adoptiuum in iudicium ſine uenia.*

Sũmatur: Correctis illis iuribus, hodie filius adoptiuus retinet omnia iura in bona patris naturalis, ac ſi non eſſet adoptatus niſi in caſu, quo ſcilicet ſuccedit patri adoptiuo ab inteſta. & poteſt pater adoptiuus eum in teſtã ſuo p̃teri re, nec ille filius adopiuus iure ciuili, aut prætorio, habet aliquid in bonis patris adoptiui, ſi ſit præteritus, & hoc ẽt eſt verum, licet ſi adoptatus ex trib. filijs, ſecundum Senatuſc. Sabinianũ, quia nec quarta, nec aliqua actio ad eã ſibi competit: ſi tñ parens naturalis aliquem adoptauerit, tunc ille filius adoptiuus habet oĩa iura in bonis patris adoptiui ſicut arrogatus in bonis arrogatoris h. d. ¶ Notandum

1 primò: ꝙ † qñ textus hic dicit, ꝙ pater adoptiuus non tenetur filium adoptiuum, in teſtõ ſuo inſtituere, neque exhæredare, hoc debet intelligi, quando filius datus eſt in adoptionẽ extraneæ perſonæ, nã tũc bene ſuccedit patri adoptiuo ab inteſtato, ut hic dr̃, non tñ ſuccedit alijs a patre adoptiuo, videlicet liberis naturalibus, vel agnatis, ut C. de adoptio. l. pen. §. & ideò ſancimus. & notat gl. in uerbo tantummodo. Sed ſi aliquis datur ſit in adoptionem parenti naturali, videlicet auo materno, vel in caſu p̃rno, ut ſup. de ado. §. ſed hodie dictum eſt, tunc priſtina iura ſeruantur, ut hic dr̃. i. talis pater adoptiuus tenetur illum filium in teſtõ ſuo inſtituere vel legitime exhæredare, alioquin annullatur vel rumpitur teſtamentum, ac ſi eſſet filius naturalis, propter duplex vinculum ſcilicet naturale & legitimũ, hoc eſt adoptionis, quod in iſta perſona concurrit, ut vult iſte tex. & tunc pater ſuus naturalis non tenetur eum inſtitue-

Digitized by Google

re vel exhæredare,& ſi iſte pater adop.velit iſtũ filiũ emancipare,tenetur ſibi dare quartã, ſicut arrogator filio arrogato,& hęc habẽtur & notãtur in l.cum in adop.in ver.reuerti,C.de adop.de iſta tñ quarta,gl.ibi in ver. reuerti,videtur contrariũ ſentire.& ẽt dicit hic Iac.de Rauen. ſequens illã gl.ſed gl.noſtra hic in uerbo,vocantur, tenet hoc ꝙ dictum

2 eſt de quarta. ¶ Not. † ſcdo, ꝙ qñ aliquis datus eſt in adoptionem extraneæ perſonæ, tunc iſte filius non põt vocare patrem ſuum adoptiuum in iudicio ſine uenia. ff. de in ius vocand.l.cum adoptiuum.& non tenetur iſte pater adoptiuus ad alimenta filij l.in rebus.§.poſſunt ff.commoda, niſi qñ facit ſibi operas,ut ff.de adop.l.ordinari. Dicit tñ Ioan. Fab.ꝙ ſi pater naturalis egeat,tunc iſte pater adoptiuus tenetur ad alimenta, quia ius alimentorum eſt plus priuilegiatũ, q̃ ius ſucceſſionis ab inteſt. ſed iſte ſuccedit ab inteſtato,ut hic dicitur, ergo à fortiori debentur ſibi alimenta, maxime in caſu dicto,l.ſi pater egeat, arg. l. pen.ff. de libe. agn.¶Opp. ſic, & videtur, quòd non bene dicatur in tex. ꝙ filius adoptiuus retinet iura patris naturalis, ac ſi in poteſtate eius permanſiſſet,maxime ſi intelligatur, quando datur in adoptionem extraneæ perſonæ, quia tunc in veritate permanſit in eius poteſtate, ut ſupra de adoptio. §. ſed hodie,Solu.Textus hic loquitur,referendo ſe ad defectum, quia licet iure permaneat in poteſtate patris naturalis, facto tamen,videt tranſire ad poteſtatem patris adoptiui.

§.Item vetuſtas.

1 *Iura corriguntur circa eos, qui ſunt ulterioris gradus.*

2 *Ius antiquum peccauit uocando progenitos ex maſculis ſolos ad ſucceſſionem,& excludendo progenitos ex fœminis.*

Summatur ſic: Veteri iure ſoli nepotes, & neptes ex maſculis deſcendentes, admittebantur ad ſucceſſionem ſuorũ hæredum.& præponebantur agnatis, deſcendentes autem ex fęminis,non ſuccedebant auiæ uel proauiæ paternæ vel maternæ,vel auo aut proauo.niſi poſt agnatos.h.d.& patet

1 intel.tex. ¶ Notandum † primò,ꝙ prius correcta ſunt iura circa liberos naturales, & adoptiuos primi gradus,ſed tũc

corri-

corriguntur iura circa eos, qui ſunt vlterioris gradus. ſup. §. cum filius, eodem. ¶Notandum † ſecundo, quòd iſtud ius antiquum benefecit anteponēdo propoſitos ex maſculis. ſed non benefecit vocando eos ſolos, & excludendo progenitos ex fœminis, ad ſucceſſionem.

§. Diui autem.

1 *Deſcendentes ex maſculis præferuntur deſcendentibus ex fęminis.*
2 *Deſcendentes ex fœminis ſuccedunt duobus caſibus, etiam ſine aliqua diminutione, ſicut deſcendentes ex maſculis.*

Quia diui principes non paſſi ſunt illam iniuriā naturæ. idcirco correxerunt illud antiquū ius, & ordinauerunt, q̄ deſcendentes ex fęminis ſuccederent cū deſcēdentibus ex maſculis abſtrahendo ab eis tertiā partē illius, qd̄ mr̄ eorū vel auia habuiſſet; vel pater ſeu auus paternus, vel maternus ſi fœmina mortua ſit, de cuius hæreditate agitur, ut i. ſuccedāt in locum patris vel matris, ſicut dictum eſt de nepotibus & neptibus ex filio mortuo. h. d. ¶Not. † primo q̄ 1 illi, qui deſcendunt ex maſculis, præponuntur deſcendentibus ex fœminis natura, & ēt ſuffragio veteris legis, & duo vincula fortiora ſunt q̄ vnū, ut dictum eſt ſup. de ado. in §. ſed hodie, circa fi. & ſup. eo. in §. ſed ea oīa circa fi. Et ideo iſti principes dabāt deſcendentibus ex maſculis parū plus, q̄ deſcendentibus ex fœminis, ut dic dr̄, & ex iſto patet, q̄ parū ſeu paulò, ponitur pro tertia parte, ut hic & in Auth.
2 de exhi. & introducē. reis. §. sācimus. ¶Not. † ſecūdo, q̄ hic tanguntur duo caſus de ſucceſſione deſcendētium ex fæminis. Vnus eſt, qn̄ moritur maſculus, quia tūc nepotes & neptes deſcēdētes ex filia. & ſic deinceps, ſuccedūt cū diminutione tertiæ partis. Alius caſus eſt, qn̄ moritur fœmina, quia tūc deſcendentes ſiue ex maſculis ſiue ex fæminis, ſuc
3 cedunt cum diminutione tertiæ partis. ¶Not. † tertio, q̄ aliqui dixerunt iſtum §. corrigi. in §. prox. ſeq. ut Martinus, ſed Bula. dicit, q̄ ille. §. loquitur in alio caſu. & hoc apparet melius, ſed iſte. §. corrigitur in Auth. de trien. & ſemiſ. neq. illo colla. 3. & ſic hodie deſcēdētes ex fæminis ſine aliqua diminutione ſuccedunt ſicut deſcēdentes ex maſculis.

§. Sed

§. Sed vos.

1 *Ius antiquum corrigitur, quo nepotibus ex filia deſcendentib agnati abſtrahebant quartam partem ſubſtantię defuncti in ſucceſſione.*

3 *Hic §. quid differat a §. diui ſupra eodem.*

Deſcendentes per fœminas hodie ſuccedunt uſque in infinitum, excluſis collateralibus

1 Summatur ſic. † Ne tranſuerſales ſint potiores. quã recta linea deſcendentes, correctum eſt per do. Iuſtinianũ quoddam ius antiquum quo nepotibus ex filia deſcendentibus agnati abſtrahebant quartam partem ſubſtantiæ defuncti

2 in ſucceſſione, h. d. & patet intell. tex. ¶ Not. † primo, ꝙ iſte. §. differt a §. diui ſup. eod. quia ille loquitur inter deſcendentes ex maſculis & fœminis, ut ſ. ex fœminis deſcendentes minus habeant tertiam partem, ut ubi dictum eſt. Sed iſte. §. loquitur inter agnatos & deſcendentes per fœmininum ſexum, qui quidem agnati abſtrahebant illis quartam partem. Et ita patet, ꝙ opinio Bulgari præualet opinioni Martini, de correctione. §. proxi. præcedentis. Not. ſecun-

3 do, ꝙ non ſolum deſcendentes per maſculos, ſed etiam per fœminas hodie ſuccedunt, uſq. in infinitum, ſiue ſint in poteſtate, ſiue emãcipati, in totum ſuccedunt, excluſis collateralibus, ut in Auth. de hære. ab inteſt. uenientib. §. 1. coll. 9. & in Auth. ĩ ſucceſſione. C. de ſuis & legi. hære. & l. fi. C. e.

§. Quam conſtitutionem.

1 *Deſcendentes ex filia, cum ſuis auunculis ſuccedant in ſtirpes, & non in capita, & nu 2.*

1 Sũmatur ſic; Sicut † nepotes & pronepotes, & deinceps, ſuccedunt alicui de deſcendentibus in locum patris ſui, in ſtirpes & non in capita, ſic etiam deſcẽdentes ex filia, ſuccedunt ſine diminutione alicuius partis, h. d. & patet intell.

2 tex. ¶ Notandum † primo ꝙ iſte. §. vr̃ corrigere. §. proxi. præcedentem, quamuis gl. hic aliter dicat, quia tex. dicit, quam conſtitutionem. & ſtatim ſubiungit correctionem. Poſſet etiam dici, ut mihi apparet, ꝙ hic corrigitur uterq;. §. ſc. ſi ſicet de diminutione tertiæ partis, & quartæ partis, quia dicit tex. ſine ulla diminutione, & ut apparet, non ſolum lo-

quitur

quitur in ſucceſſione quo ad hæreditatem aſcendẽtis inter deſcendentes,ſed ẽt inter agnatos & deſcendentes. Et ſicut nepotes ex filio præmortuo,ſuccedunt cum patruis ſuis in ſtirpes,& nõ in capita,ut ſup. eo §.cũ filius. ſic ẽt deſcendẽtes ex filia cum ſuis auunculis,ut hic dicitur,& no. in Auth. in ſucceſſione C.de ſuis & legi.hære.¶Opponitur ſic, & uidetur,quod iſti ſuccedant in capita & non in ſtirpes,per §. hoc etiam addendum infr.ti.proxi. Solu. Ille. §. loquitur in collateralibus,& corrigitur in Auth.de hæred ab inteſta.§. huiuſmodi. Iſta autem §.loquitur in deſcendentibus, qualiter autem illi ſuccedant in capita,Doctores diuerſimode loquuntur,ut ibi dicetur.

DE LEGITIMA AGNATORVM ſucceſſione. Tit. II.

Dictũ eſt ſup. de ſucceſſione ſuorũ hrdum & eorum q loco ſuorũ hrdum ſunt,& quia poſt ſuos hrdes ſuccedunt agnati , idcirco ſequitur hic de legitimia agnatorum ſucceſſione,& uocantur agnati,legitimi. Sed opponitur ſic, contra iſtam continuationem, quia poſt ſuos hæredes ſuccedunt parentes,ergo non agnati,& ideo duo tituli ſequentes.ſ.de ſenatuſc.Tertulliano,& Orficiane,deberent præcedere iſtum titulum,quod autẽ parentes præcedant,patet in Auth.de hæredib.ab inteſta.uenientibus,per totum coll. 9. Solu. Iſta continuatio eſt bona, habendo reſpectum ad leg. 12. tabularum ſecundum quam agnati ſuccedunt ſtatim poſt ſuos hæredes,ſed habendo reſpectum ad ius nouum.ſ. Authenticorũ,continuatio nõ eſt bona, ut coniungitur ex his.quæ in oppoſitũ allegata ſunt,& illi ti.in ueritate præcederent iſtum,facit l. 1.§.poſt ſuos,ff.de ſuis & legit.hære.

§.Si nemo ſuus.

2 *Hæredibus ſuis deficientibus & his , qui loco ſuorum hæredum ſunt ſuccedunt proximi agnati. Item, emancipati,iure prætorio nu. 2.*

3 *Agnati & agnatæ immediatè ſuccedũt poſt ſuos hæredes , qui ſunt in proximiori gradu,his autem deficientibus,cognati.*

4 *Fratres ex eodẽ patre,ſunt ſibijnuicem agnati,& vocantur conſanguinei,*

guinei item germani. alij autem agnati non ſunt conſanguinei.
5 *Conſobrini qui dicantur.*
6 *Natus poſt mortem patris ēt agnatus, & habet cũa agnationis iura.*
7 *Pluribus quandocunque quid conceditur, intelligitur conceſſum, ſecundum ordinem & dignitatem cuiuſque.*

1 Deficientib. † ſuis hæredibus, & his qui loco ſuorũ hr̄dum ſunt, ſeu hr̄ditatē non amplexantibus, tunc ex l. 12. tabul. ſuccedunt proxi. agnati. i. collaterales per virilē ſexũ nati,
2 licet ēt naſcuntur poſt mortē patris. h. d. ¶ Not. † primò ꝙ loco ſuorũ hr̄dum ſunt emancipati iure prætorio, ut ſup. ti. ꝓxi. c. emancipati, ſed ꝑ cõſtitutiones principũ, loco ſuorũ hæredũ ſunt illi, de quib. dictum eſt ſup. ti. proxi in §. quib.
3 Not. † ſecũdo ꝙ ex leg. 12. tabu. agnati & agnatæ immediate ſuccedunt poſt ſuos hr̄des qui ſunt proximiori gradu. ꝙ attendendum eſt tpe mortis in ſucceſſione ab inteſtato, q̄n non eſt factum teſtm̄, ſed ſi factum ſit teſtm̄, tunc videndũ eſt quis ſit proximus tēpore deſtituti teſtamenti, ut ſup. tit. proxi. §. cum autem quæri ur. Deficientibus autem iſtis, eadem lege ſuccedunt agnati, infr. de ſucceſ. cogna. in princ. Sed hodie ſimul ſuccedunt agnati, & cognati, ut Authen. ceſſantē. C. de ſuis & legi. hære. & inf. de ſucceſ. cogna. §. ſi.
4 ¶ Notandum † tertio, quòd fratres ex eodem patre ſunt ſibi inuicē agnati, & uocantur ēt conſanguinei. alij autem agnati non ſunt conſanguinei, ut ff. de ſuis & legi. hæred. l. 2. in princ. uocantur etiam iſti fratres germani, quaſi ex eodem germine nati, ut inf. eo. §. nos uerò, in fi. Sed filij fratrũ vocātur fratres patrueles id eſt, ex patruis nati, quia etiam uo-
5 cantur conſobrini, ut hic in tex. ſed hoc † eſt impropriè, quia conſobrini propriè dicuntur ex ſororibus nati, quaſi conſobrini, ut infr. de grad. cog. quarto gradu. Et iſtud eſt nudum propter ſtatuta, in quibus, termini debent propriè accipi, niſi cõis vſus loquendi eſſet in contrarium, ut no. per
6 Bar. in l. 1. ff. de ſuis & legi. hæred. ¶ Notandum † quarto, ꝙ ille qui naſcitur poſt mortem patris, etiam eſt agnatus, & habet omnia iura agnationis, ut hic dicitur: ſi tamen eſſet conceptus poſt mortem, videlicet aui, tunc non ſuccederet ut agnatus ex perſona ſua, vt ff. de ſuis & leg. hære. l. Titius

&

Digitized by Google

4 *Gradus decimus, dicitur longiſſimus.*

1 Summatur ſic; † Maſculi etiā longiſſimo gradu diſtantes admittebantur ad ſucceſſionem agnatorum; fęminæ autem non admittebantur ultra ſorores, quia commodius uidebatur hæreditates manere apud maſculos. h. d. ¶Notandum

2 † primò, quòd illud non eſt de iure legis. 11. tab. ut patebit infra, §. proxim. ſed de iure mediæ prudentiæ. ¶Notandum

3 † ſecundo, ꝙ ideo illud ius fuit conſtitutum, quia nomen & progenies cōſeruanť in maſculis, & propter hanc cauſam hodie aliquæ ciuitates & loca habent ſtatuta, quod fęminæ nō ſuccedāt. ſed dēnt eſſe dote ſua contentæ, ut cōiter fit in

4 Italia, & in alijs locis. ¶Notandū tertio, † quod longiſſimus gradus dť decimus, ut infra de ſucceſſio. cognatorum. § fin.

§. Sed quia.

1 *Maſculi & fœminæ æqualiter vocantur, ſi deſcendant per virilem ſexum, ad ſucceſſionem agnatorum, ſecundum ſui gradus prærogatiuam Et quid hodie. præterea. nu. 6.*

2 *Iura quatuor, circa agnatorum ſucceſſionem, quæ vide per diſcurſum nu 3. 4. 5.*

1 Quia † iniquum erat, fęminas poſt ſorores oīno excludi a ſucceſſione agnatorū, qđ nō fiebat ex lege. 12. tab. ſed ꝑ mediā iuriſprudentiā, idcirco p̄rores hoc ius corrigentes, uocabant fęminas ēt ultra ſorores ad ſucceſſionē agnatorum, deficientib. agnatis ꝙ proximioribus cognatis, ſed ordinatione dn̄i Iuſtiniani, maſculi & fęminæ æqualiter uocanť, ſi deſcendat per virilē ſexū, ad ſucceſſionē agnatorū, ſm̄ p̄rogatiuā ſui gradus. h. d. ¶No. † primò, ꝙ hic tanguntur quatuor

2 iura. Primū, eſt ius legis 12. tab. ſm̄ quod tā maſculi q̄ fœminę per virilē ſexū deſcendentes, uocabanť ad ſucceſſionē agnatorum, quia iſta lex. 12. tab. amplexa eſt ſimplicitatem legibus amicam. qualiter aūt hoc intelligatur, dictum eſt ſupra de fideicō hære. §. ſe quia ſtipulationes. & iſtud ius tangitur hic, & hoc quidem lex 12. tab. † Secundum ius eſt me-

3 diæ prudentiæ, quòd excludebat oēs fæminas a ſucceſſione agnatorum præter ſorores, & de illo iure loquebatur. §. p̄cedens, & hoc ius tangitur hic, media aūtem iuriſprudentia,

Digitized by Google

teriores, nã ſorore mea mortua & filijs & filiabus ſuis nemo ſuccedet mihi ex parte ſororis meæ,ut C.de legi.hære. l.fi.§.ſed neque, & ſic econtra,ego ſuccedo eis,ex quo põt
3 clarius intelligi iſte tex.¶Not.† ſo.ꝙ illud ius hodie corrigitur in duob.Primò, quia hodie non ſolũ ſuccedunt filius & filia ſororis meæ, ſed ẽt ulteriores, ut in Auth.ceſſante, C.de leg.hære.Scđò,q̃a exiſtentib.fratrib.vel ſororibus,bene filius aut filia alterius fratris vel ſororis,ſuccedit defuncto patruo vel auunculo, cuius contrariũ hic dr̃ illis n.exiſtentibus,cæteri gradus remanent ſemoti.i exclusi, ſm illũ
4 tex.ut patet in alleg.Auth.ceſſante.¶No.† tertiò,ꝙ ad ſciẽdũ ad iſti debeant ſuccedere in ſtirpes vel in capita, ſic eſt diſtinguendum,quia uel ſuccedunt filij aut filiæ cũ patruus vel cum auunculis ſuis,& tunc ſuccedunt in ſtirpes,& nõ in capita,ut ti.ꝑxi.§.fi.& in Auth.ceſſante.C. de legi.hęred. vel ſuccedũt ſine patruis uel auunculis inter ſe,patruo,vel auunculo ſuo,& tunc ſunt opi.Doc Azo.n.dicit,ꝙ tunc ſuccedunt in capita,& non in ſtirpes,ꝑ illũ tex. & per Auth. ceſſante. Sed Accur.vr̃ uelle, ꝙ ſuccedãt in ſtirpes,ꝑ § reliquum,in Auth de hær.ab inteſt. venien. Opinio Azon. eſt cõior,& in ea opinione ſunt Goff.iac de Aret.Dyn.& etiã Cy.& Bulgarus.plures ẽt ſunt in opinione Accur.& iõ iſte punctus requirit imperialẽ diſcuſſionem.¶Not. finaliter,ꝙ
5 †germani,ſeu germanæ,fratres vel ſorores dñr,qui ſunt ex eiſdẽ patre uel matre.Conſanguinei tm̃,ſunt q̃ ſunt ex eodẽ patre,ſed vterini tm̃ ſunt,q̃ ſunt ex eadẽ matre. Hodie igit fratres & ſorores utrinq.cõiuncti,ſuccedunt ſibi inuicẽ in capita,ſed filij eorũ ſi inter ſe ſuccedant,ſuccedunt ẽt in capita,ſed ſi cũ patruis velauunculis,in ſtirpes,ut dictũ eſt. Sed fratres uel ſorores conſanguinei tm̃, uel vterini tm̃, ſi ſimul concurrant,tunc conſanguinei ſuccedunt in bonis patris,& vterini in bonis matris,& alia bona diuidunt æqualiter,ut l.de emancipatis.C.de legi. hære. Sed ſi defunctus ſit aliquis, qui habeat fratres aut ſorores utrinque coniunctos,& alios ex una parte coniunctos tantum, tunc vtrinq. coniuncti præferentur alijs,quia ſunt duplici uinculo coniuncti,qđ fortius eſt uno,ut l.poſt fratres.C.de leg.hæred.

Digitized by Google

§. Si plures ſint.

1 *Gradus proximior, prior eſt in ſucceſſione.* Limit. nu. 4.
2 *Gradus proximitas, quo tempore attendatur diſting.*
3 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

Summatur ſic, Pluribus gradibus agnationis exiſtentibus, ſuccedit ille, qui eſt in proximiori gradu, ſiue unus ſit, ſiue plures & proximitas gradus attenditur tpe mortis ſi nō ſit factum teſtm̄, ſed facto teſtō, attenditur tēpore deſtituti
2 teſtamenti h. d. ¶ Not. † primò, ꝙ ex iſto tex. quod qui proximior eſt in gradu, prior eſt in ſucceſſione, concor. l. 2. §. hęreditas. ff. de ſuis & legi. hæred. & licet lex loquitur in ſingulari numero, intelligitur tñ etiam in plurali, ut ſi ſint plures in proximo gradu, ſimiliter ſuccedant, nā indefinita in iure æquipollet vniuerſali l. 1. §. fi. ff. ſi quadrup. paup. feciſſe dicatur. & ſingularis numerus exponitur per pluralē, maximè qñ hoc vr̄ eſſe de intentione legislatorum, & ſeruit iſtud in multis. nam ſi factum eſſet proclama, ꝙ quicunque primo intrauerit tale caſtrū habebit cētū florenos, & multi ſimul intrent, ut non cōſtet, qs fuit primus, debent ſimul habere centum florenos, & inter ſe facere partes, ut l. ſi finita. §. cū aūt plures. ff. de dam. inf. Licet aliqui dicāt, quod nullus debet hr̄e, qa ſeipſos impediunt, per l. ſi fuerit §. itē. ff. de reb. dub. qu a illa lex loquitur in teſtīs. Alij etiam dñt, ꝙ quilibet debet habere centum. per l. qui filiabus. ff. de leg. 1. ſed prima opinio uerior eſt, & de iſto notatur per Bar. in l. hoc
2 articulo. ff. de hær. inſti. ¶ Not. † ſecundo, quod proximitas attēditur tpe mortis illius, de cuius hæreditate quæritur, ſi nō factum ſit teſtm̄, ut l. 2. §. interdū. ff. de ſuis & legi. hær. ſed ſi factum ſit teſtm̄. tunc attenditur tēpore deſtituti teſta
3 menti, ut hic in tex. Ex quo patet, qd' † qualitas adiecta uerbo, debet intelligi ſm tps uerbi, quod facit ad intelligendū multa, nā ſi ſit ſtatutū, quod dñs debeat ſatisfacere pro delicto famuli ſui, hoc non debet intelligi de delicto quod cōmiſit ille ante, q̄ fuit famulus, ſed de delicto cōmiſſo tēpore, quo fuit famulus. Idē eſt, ſi ſit ſtatutum, quod iunior canonicus debeat conferre p̄bendā uacantē, & uacet p̄benda, &

da,& ante,q̄ conferatur,ſuperueniat alius canonicus,tunc ille ſuperueniens non dēt conferre, ſed qui fuit iunior tpe quo vacabat facit no.per Bar. in l. Titius.§ vſq; ff. de teſt. mili. ¶Opp. ſic, videtur, ꝙ proximior in gradu non ſemper præferatū in ſucceſſione, quia filius ſuccedit cū patruo ſuo, alteri patruo ſuo defuncto cum tñ patruus ſit in ſecundo gradu, & filius in tertio gradu. Solu.iſte † intelligitur,

4 qñ quis ſucedit ex propria pſona ſua, nam iſte filius ſuccedit ex perſona patris ſui, ut Auth. ceſſante C.de leg. hære.

§. Placebat.

1 *Ordines & capita, debēt cōſiderari in ſucceſſione, quæ ſunt quatuor.*

2 *Succeſſorium edictum, poteſt procedere de ordine in ordinem, uel de gradu in gradum.*

3 *Ius triplex, circa ſucceſſiones agnatorū, quæ pcurrit ordine Nicaſius.*

Summaū ſic: Olim iure ciuili excluſo primo gradu agnationis,nō admittebatur agnatus ſecundi gradus,ſed tranſibat hęreditas ad cognatos;poſteà aūt iure p̄torio admittebatur agnatus ſecundi gradus, non tñ iure agnationis ſed cognationis. Et poſt hoc dñs Iuſtinianus correxit iſta iura, ut ſcilicet agnatus ſuccederet de gradu in gradū, propter duas rōnes. Prima fuit,quia abſurdū erat, ꝙ cognati ſuccederent de gradu ad gradum,& non agnati. Secunda ratio, quia agnati ſuccedūt de gradu ad gradum in onere tutelæ. Ergo etiam ſic debent ſuccedere in emolumento recipiendę hæreditatis.h.d. ¶Notandum † primo,ꝙ pro intellectu

1 iſtius tex.aliqua ſunt præmittenda. Primò,ꝙ in ſucceſſione debent cōſiderari ordines ſeu capita, & gradus ordinis ſeu capita ſunt quatuor, ſcilicet vnde liberi, unde legitimi ſeu agnati,& unde cognati,& unde uir & vxor, & in iſtis ordinibus ſeu capitibus reperiantur gradus. nam in ordine unde liberi, primus gradus eſt filiorum, ſecundus nepotum, tertius pronepotum,& ſic cōſequenter: ſimiliter in ordine unde legitimi ſeu agnati,ſunt gradus.ſ filij,nepotes,pronepotes, & ſic deinceps, & ita etiā in ordine cognatorum ut ff.ſi tab.teſtamen.nullæ extant l.1.primo reſponſo. Secun-

2 do† p̄mittendum eſt, ꝙ ſucceſſoriū edictum pōt procedere

de ordine in ordinē, ut ſi deficiant agnati primi gradus, ue niāt cognati: vel pōt procedere de gradū, in gradū, ut ſi de ficiat agnatus primi gradus, veniat agnatus ſecundi gra-
3 dus, ut ff. de ſucceſ. edic. l. 1. §. quib. ¶Not. † ſcđò, ꝙ iſtis ſic ꝑmiſſis, intelligitur hic in iſto tex. triplex ius. Primū fuit ius ciuile legis 12. tab. ſm qđ agnati non ſuccedebant de gradu ad gradū, ſeu de perſona ad ꝑſonam, ſed deficiente primo gradu, ꝑtinebat hæreditas non ad ſm gradū, ſed ad aliū ordinem. ſ. cognationis. & hoc tangitur hic in principio tex. Secundū ius fuit ꝑtorium, ſm qđ agnatus ſecundi gradus admittebatur ad ſucceſſionē deficiente primo, non tñ iure agnationis, ſed iure cognationis, & hoc ſi nullus cognatus erat proximior in gradu, & hoc ius tangit hic, qđ iterū ꝑtores. Tertiū ius fuit Iuſtiniani, qui conſtituit ꝙ agnati ſuccederent de gradu ad gradum, ꝑp duas rationes, quæ ponuntur hic in tex. & tactæ ſunt in ſummario, & hoc ius ponitur ibi, ſed nos Hodie autē illud non habet dubiū, quia agnati & cognati ſimul ſuccedunt ſm proximitatem gradus, ut agnati primi gradus, & cognati eiuſdem gradus, primò admittuntur, & ſic etiā ſecundi gradus, & deinceps in Auth. de hæredib. ab inteſtato. venien. §. reliquum.

§. Ad legitimam.

1 *Parens hodie indifferēter ſuccedit liberis emāncipatis, olim ſecus.*

2 *Fiducia quando dicatur contracta.*

3 *Pater non deſinit eſſe agnatus, nec iura agnationis perdit per emancipationem filij.*

4 *Correlatiuorum idem ne ſemper iudicium. diſting.*

1 Summat ſic: Licet † olim parens non admittebatur ad ſucceſſionē liberorum emancipatorū, niſi expreſſe fuerint emancipati cum contracta fiducia, hodie tñ omnis emancipatio intelligitur facta cum contracta fiducia, & ideo hodie indifferenter parens admittitur ad ſucceſſionem liberorum emancipatorum. Hoc d. & patet intellectus text.
2 ¶Notandum † primò, ꝙ cōtracta fiducia eſt, quando pater emancipans filium ſuum reſeruat ſibi ius ſuccedendi, ſi turbato ordine filius moriatur ante patrē, facit gl. in l. nam & ſi. ff.

fi.ff.de inoff.teſta. Et illud olim debebat fieri expreſſe:alio quin pr̃ non ſuccedebat: ſed hodie oĩs emancipatio intelli
3 gitur facta cum contracta fiducia,ut hic dr̃. Not.† ſecundo, ꝙ licet per emancipationẽ filius deſijt eſſe agnatus patris, & pdat ius agnationis,nec iure ciuili patri ſuccedat,ut ſup. tit.prox.§.emancipati.tñ pr̃ nõ deſinit eſſe agnatus,nec pdit iura agnationis reſpectu filij ut l.filius,ff.de ſuis & legi. hær. Et ex illo patet ratio illus tex quare. ſ. pater etiã iure ciuili ſuccedat filio emancipato , cũ tñ illlo iure filius non
4 ſuccedat ſibi.¶ Opp.ſic,† & videtur,quod iſte tex. non poſ ſit ſtare , quia correlatiuorum idem eſt iudicium , ut C. de edi.diui.Adr. toll.l.2. ergo ſi pater ſuccedit filio,etiã filius debet ſuccedere patri.Soultio. Correlatiuorum idem eſt iu dicium ab initio,ſed non ſemper ex poſt facto,ut hic: nam per emancipationem perditur ius agnationis filij reſpectu patris,ſed non econtrà,ut dictum eſt.

DE SENATVSCONSVLTO TERTVL. Titulus. III.

§. Lex xij.tabularum.

1 *Succeſſionis materna quatuor iura, reſpectu filij uel filia. Qua diſcurrit,ibidem & nu 2.3.& 4.*

5 *Maſculorũ progeniem praponi, lege xij tabu. quomodo intelligatur.*

9 *Epiſcopi,qui & unde dicti*

7 *Sexus fœminini neceſſitudo,id eſt,cognatio.*

COntinuatur ſic dictum eſt ſup.de ſucceſſione agnato rũ, cõſequẽter dicendũ eſt de ſucceſſione cognatorũ, & quia inter matrem & liberos ſuos eſt agnatio,ut infr. de ſucceſ.cog.in prin.idcirco primo videndũ eſt quomodo ma ter ſuccedat liberis ſuis.quod ſit per Senatuſcon. Tertullia num,& ideo iſte titu. rubricatur de Senatuſc. Tertulliano.

Summat̃ ſic: Lege 12.tabu.cognati nullo modo ſuccede bant, ita quòd ẽt non eſſet ſucceſſio inter matrẽ & filiũ vel filiam,ſed prætores debãt iſtis perſonis ſucceſſionẽ per bo. poſſ.unde cognati,h.d.uſq.ad §.ſed hæ,& patet intell.tex.

1 ¶ Notandum † primò, quòd in iſto tit. tanguntur quatuor

Digitized by Google

iura de ſucceſſione matri, reſpectu filij uel filiæ. Primũ eſt ius 12.tab.ſ.in quod mater non ſuccedit filio, nec econtra,
2 & illud ius tangitur hic in prin.illius §.ſecundũ † eſt ius proprium, per qđ mater ſuccedebat filio ꝑ bonorũ poſ.vnde cognati ſ.deficientibus agnatis,& hoc ius tangitur hic in verſi.niſi quod prætores.
3 Tertiũ † eſt ius Senatuſc. Tertulliani, per qđ mater ingenua habens tres liberos, uel liberta habens quatuor,admittitur ad ſucceſſionẽ filij ſui defuncti,ẽt ſi talis mater adhuc ſit in ptãte parentis ſui,cuius iuſſu debet hæreditatẽ adire.Et illud ius tangitur infra eo.§. prox. ibi,poſteà aũt Senatuſc. Tertulliano,& ſecundũ illud ius liberi ipſius defuncti,excludebant matrẽ defuncti,q̃ eſt auia ipſorum liberorum.Similiter pater excludit matrem,ita ẽt frater cõſanguineus exludit matrẽ, ſed ſoror cõſanguinea admittitẽ cum matre,& iſta tangitẽ infra eo.§. præferuntur.
4 Quartum ius † eſt dñi Iuſtiniani,ſm,ꝙ mater indiſtincte, ſiue ſit ingenua ſiue liberta, & q̃uis ſolum unum filium habeat uel filiã,admittitẽ ad eius ſucceſſionẽ. Et illud ius tangitur infrà.eo.§.ſed nos.Sed extra tex. iſtum eſſet quintum ius,qđ hodie habet locũ pro quo ſic eſt diſtinguẽdum,quia moriẽte aliquo,tunc uel habet liberos vel uõ. Primo caſu ſuccedunt liberi oĩbus alijs excluſis, ut Auth.ceſſante ſucceſſione.C.de leg.hære.& Auth.in ſucceſſione.C.de ſuis & legi.lib.ſi nõ habet liberos, tunc vel habet aſcendẽtes ſolũ uel aſcendẽtes cum collateralibus.Primo caſu pater & mater æqualiter ſuccedunt excluſis alijs vlterioril. ut Auth. defuncto.C.ad Tertull.ſed ſi ſint aſcendentes cum collateralibus,ut puta pater,mater,frater,& ſoror,tũc aut iſti collaterales ſunt utrinq; cõiuncti ipſi defuncto,uel non.In primo caſu,ſuccedunt ſimiliter cum aſcendentibus proximioris gradus excluſa omni differentia ſexus in viriles portiones,ut in d. Auth.defuncto & pater in iſta portione fratris, non habet vſumfructum,ut Auth.itẽ hæreditas. C.de bo.q̃ lib.ſed ſi collaterales non ſunt vtrinq. coniuncti, tunc non ſuccedunt cum aſcendentibus,ut in Auth. defuncto.ſi uero collaterales ſint ſoli,tunc ſuccedunt ſicut dictum eſt ſup.ti.
5 proxi.§.hoc ẽt addendum,in 2.not. ¶ Notan. † ſecundo,ꝙ quando

quando tex. dicit hic, ꝙ lex 12. tab. ꝑponebat maſculorum progeniē, hic intelligit de maſculis agnatis de quib. ſup. ti. prox. §. 1. dictū eſt. & illud verbū ꝑponebat, capitur hic impropriè, q̄a lex 12. tab. nullo modo uocabat cognatos, & ita nō præponebat proprie agnatos cognatis, q̄a ſic cognati ſe querent poſt agnatos, ex quo ēt patet, ꝙ ille q̄ non hēt ſub
6 ſe clerum uel populum impropriè dr̄ epiſcopus. † Dicitur .n. epiſcopus ab epi, qđ eſt ſupra, & ſcopon, græce, qđ eſt intendere uel ſpeculari latinè, quaſi ſuperintendens uel ſuper ſpeculator, curam aliorum gerens. 21. diſt. c. cleros. & 8. q. 1. qui epiſcopatum &c. ſed talis neminem habet, cui ſuper intendat, de quo etiam in c. pleriſque. in cle. de electio. ¶ No-
7 tandum † finaliter, quòd quando in tex. dicitur per fœmini ni ſexus neceſſitudinem, exponi debet, idest cognationem. nam cognati dicuntur neceſſarij ff. de iuſti. & iur. l. fi.

§. Sed hæ iuris.

1 *Ius anguſtioſum.*
2 *Matrem ſuccedere in ſolatium liberorum amiſſorum, q̄o accipiatur.*
3 *Auia, quando ſuccedat.*
4 *Fęmina, an habeat ius liberorum*
5 *Mulier, an poſſit teſtari uel codicillari cum patris conſenſu.*
6 *Filius, an debeat adire hæreditatem iuſſu parentis ſui.*

Sūmatur: Poſt illud ius Claudius princepes dedit matribus ſucceſſionē filiorū amiſſorū in acie principis, & debet intelligi in libello ad earum ſolatiū ſed poſteà uenit Senatuſcōn. Tertull. ſecundum quod mater ingenua habēs tres liberos, & libertina quatuor, ſuccedebat filio vel filiæ quāuis ipſa mater eſſet in ptāte ſui parentis, cuius iuſſu debe-
1 bat talem hæreditatem adire h. d. ¶ Notan. primo, ꝙ † ius aliq̄n dicitur anguſtioſum ut hic, & inf. de ſucceſ. li. in prin.
2 & ff. quod quiſ. iuris ſta. l. 3. ¶ Notandum † ſecundo, quòd cum dr̄ hic Claudium ſtatuiſſe matrem ſuccedere in ſolatium liberorū amiſſorum, hoc debet intelligi in acie principis, qui dñr uiuere in gloria, ut ſup. de excuſ. tuto. §. 1. & dicūt aliqui Claudium ſtatuiſſe generaliter matrē ſuccedere, ut C. de inoſ. teſt. l. liberi. ſed primū melius eſt. ¶ Notandum

3 dum † tertio, ꝙ licet hic dicatur auiam non ſuccedere, hodie tñ ēt ſuccedit, ut in Auth. de hære. ab inteſta. venien. §. 4 conſequens. col. 9. Not. † quartò, ꝙ licet fæmina non habet liberos in ptãte, ut ſup. de adop. §. fœminæ dr̃ tñ liberos habere, ſeu ius liberorum habere, ut hic in tex. & habet mater tres liberos, ēt ſi peperit geminos, ut ff. de uerb. ſig. l. cũ 5 enixa. ¶ Not. † quinto, ꝙ ex illo tex. habetur, ꝙ vxor põt remanere in ptãte patris ſui, & ideò non põt teſtari nec codicillari ēt cum conſenſu patris. Eſt tñ ēt in ptãte viri, maxime, quo ad debitũ carnis, & ēt quo ad operas, quia tenetur operari marito ſuo, ut ff. de ope. libe. l. ſicut. Quomodo aũt vxor ſit in ptãte patris, & quõ in ptãte viri, latius habetur 34. q. 5. c. mulierem, & illud eſt de iure Romanorum, ſecus aũt de iure Longobardorũ, ut C. de cond. inſer. l. ſi vxor. & in Longobarda. quibus modis mulieri alienare permiſſum ſit, l. 1. & dicit Ioan. Fab. quod illud eſt de conſuetudine in 6 Francia. Notandum † finaliter quòd qñ hic dr̃, quod mater debet adire hæreditatem iuſſu parentis ſui hoc intelligitur eſſe verum de iure antiquo, ſecundum ꝙ omne quod acquirebatur ꝑ filium acquirebatur patri: ut ff. de acqui. hæ. l. ꝗ in aliena. Hodie ãt in ſolis profectitijs & non in aduẽtitijs requiritur iuſſus, ut C. de bo. quę libe. l. fi. §. ſiue ecõtrario.

§. Præferuntur autem.

1 *Liberi qui excludant matrem.*

2 *Auus aut proauus an excludat matrem.*

Sũmatur ſic: Eodem iure. ſ. Senatuſconſulti Tertulliani, liber vtriuſque ſexus. & pater & etiã frater conſanguineus ipſius defuncti uel defunctæ, excludunt matrẽ ſed auus uel proauus non excludit matrem, ſi pater non ſit in medio: ſoror auiẽ conſanguinea ſuccedit ſimul cum matre. Et ſi ſint frates, & ſorores cõſanguinei, tunc hæreditas defuncti eſt 1 eis cõis. h. d. & patet in tex. ¶ Notandum † primò ꝙ cum dicitur hic liberos excludere matrẽ hoc etiã verũ eſt de liberis adoptiuis, inquantum velint ſuccedere, ut ff. eo. l. 2. §. liberi, ſed ꝙ hic dicitur patrem excludere matrem, hoc nõ eſt verum de patre adoptiuo, ut ff. eo. l. 2. §. ſed neq; auus.

¶ Notandum

2 ¶Notandum † 2o, quod dicitur notanter in tex. quod auus aut proauus non excludit matrē, qñ inter eos ſolos de hæreditate defuncti agitur, hoc eſt qñ pater nō eſt in medio, nam tunc auus excludit patrem iſto iure, ut ff. eo. l. æquiſſimum. §. i. & pater excludit matrem, ut hic dr̄, ergo qñ pater eſt in medio auus excludit matrem. ¶Opponitur ſic, & vr̄, quod auus omnino debeat excludere matrem, quia excludit patrem, ut in alleg. l. æquiſſimum, & pater excludit matrem, ut hic per regulam, ſi uinco vincentem te, tunc ēt uinco te. ff. de diuer & temp pſcrip. l de acceſſionib. Solut. Illa regula hēt veritatem, qñ eſt eadem rō vincēdi te, & vincendi vincentē te: ſic aūt nō eſt hic, quia qñ pater eſt in medio, tunc auus excludit patrem, & per conſequens matrem tanq̄ proximus agnatus, ſed qñ pater non eſt in medio, tūc auus nō habet illud ius, qđ habuit ratione patris, & de iſto notatur per Bar. in l. Claudius, ff. qui potio. in pig. habe.

§. Sed nos.

1 *Mater quomodo ſuccedat filio ſuo defuncto, & excludat omnes alios exceptis fratribus & ſororibus indifferenter, & nu. 2.*
3 *Mulieri non eſt liberum habere plures proles.*
4 *Mater ſuccedens filio, olim, quid agere tenebatur.*
5 *Mater quo iure præponatur omnibus legitimis perſonis.*
6 *Senatuſc Tertulliani correctio.*

1 Summatur hic; Conſtitutione † domini Iuſtiniani mater indiſtincte ſuccedit filio ſuo defuncto, & excludit omnes alios, exceptis fratrib. & ſororibus ſiue conſanguineis ſiue cognatis. nam ſi cum matre ſint tm̄ ſorores, tunc mater ſuccedit in medietatem, & ſorores ſimul in alteram medietatem hæreditatis defuncti. ſed ſi cum matre ſit frater vel fratres vel etiam ſorores conſanguinei vel cognati, diuiditur
2 hæreditas inter eos ſecundū capita. h. d. ¶Notandum † primo, quod iſta conſtitutio de qua hic loquitur dñs Iuſtinianus, habetur. C. de iure libero. l. 2. non in C. quem nos habemus, quia ille factus eſt poſt iſtum librū inſtitutionum. ſed in C. qui ante iſtum librum factus eſt, quem non habe-
3 mus. ¶Not. † ſecundo, quòd non eſt in poteſtate mulieris,

habere

habere aliquã uel plures proles, q̃ i hoc dependet a pręte diuina. fa. c. naſci. 56. diſt. & ſi iſte defectus eſſet ĩputãdus, tunc potius imputaretur uiro, q̃ mulieri, ut C. de legi. hęredib. l. lege 12. tabu. & ita patet, ꝙ caſus fortuitus nõ eſt alicui imputãdus, ad qđ ſolet allegari iſte tex. ¶Not. † tertiò,
4 ꝙ ſẽm antiquas cõſtitutiones, qñ mater ſuccedat filio, tũc debat tertiã q̃buſdã legitimis, ſ. patruo ipſius defuncti, uel filio patrui vel eius nepoti, & non alijs legitimis pſonis C. eo. l. fi. primo reſponſ. & ita debet intelligi iſte tex. cũ dicit ꝙ conſtitutiones abſtrahebant matri tertiam partẽ, & dabant certis legitimis perſonis, & in alijs contrarium faciebant. ¶Notandum quartò, † ꝙ iſto iure mater præponitur
5 omnib. legitimis pſonis in ſucceſſione filij ſui defuncti, et patri, niſi in vſuſfructu, qñ pater habebat defunctũ in poteſtate, C eo. l. fi. hodie autẽ pater & mater æqualiter ſuccedunt. Similiter etiam deſcendẽtes per lineam paternam & maternam, ut in Auth. de hæredi. ab inteſta. uenien. §. cõſequens colla. x. facit Auth. defuncto. C. eo. tit. ¶Notandum
6 † finaliter, ꝙ Senatuſconſultum Tertullianum corrigitur hic in duob. Primò, quia nõ admittebat matrẽ ad ſucceſſionem filij, niſi ingenua haberet tres liberos, & liberta quatuor, & hoc corrigitur hic, cum dicitur, & dedimus ius legitimum plenum matribus &c. Secundò, quia frater conſanguineus ex Senatuſcõſulto Tertulliano excludebat matrẽ, ſuprà eo. § pręferuntur. verſ. frater autẽ conſanguineus. ſed iſto iure mater ſuccedit cum fratre, ſiue conſanguineo ſiue cognato, ut hic in uer. quemadmodum. & in uer. ſi uero.

§. Sed quemadmodum.

1 *Summarium huius § per Do Nicaſium.*
2 *Filio etiam vulgo quaſito mater ſuccedit, & nu. 4.*
3 *Mater an ſemper teneatur petere tutorem filio.*

1 Summatur ſic; Si mater † filio ſuo impuberi tutorem nõ habenti, vel ſi tutorem habenti, quia tutor remotus vel excuſatus ſit à tutela, infra annum non petat alium tutorem in locum remoti vel excuſati, priuatur ſucceſſione filij ſui impuberis defuncti, & ſuccedit mater etiam filio

vulgo

vulgo quæſito, ex Senatuſconſulto Tertulliano h. d. & pa-
2 ter intell. tex. ¶ Not. primo, † quod licet filius ſit vulgo quæſi
tus tamen mater ſuccedit ſibi, ut hic dicitur. Et ratio eſt, quia
quamuis pater ſit incertus, mater tñ ſemper eſt certa, ut l.
3 quia mater. ff de in ius uocãdo. Opp. primo ſic, & † uidetur,
quòd pp non petitionem tutoris mater non priuetur ſuc-
ceſſione filii, per l. 2. C. ſi aduerſus delictũ. Solu. Iſtud fallit
in tribus caſibus. Primus, ſi caſu fortuito mater impediat
petere tutorem, ut in l. ſeq. allega. & ſufficit eam eſſe mino
rẽ tẽpore mortis mariti. Secũdus, ſi mater ſit minorẽnis, ut
C. qui tuto. petan. l. cũ matribus. Tertius caſus, ſi filius mo-
riatur pubes, vt C. qui tuto. petant. l. matres. ¶ Opponitur
4 † ſo & uidetur, quòd mater non ſuccedat filio vulgo quæſi
to per l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum. Solu. Quod iſtud
fallit, qñ mater eſt illuſtris, quia tunc non ſuccedit filio vul
gò quæſito, nec econtra filius ſibi ut in l oppoſi. alleg. & am
plius patebit in ſequenti titulo. Item eſt, ſi eſſet, natus ex
damnatio coitu. ſecus ſi ex concubina etiam illuſtri, &c.

DE SENATVSCON. ORFICIANO. Titulus IIII.

1 *Mater ſuccedit filio ex Senatuſconſulto Orficiano.*

COntinuat ſic; Dictũ eſt ſup. qualiter mater ſuccedat fi
lio ab inteſtato, hic cõſequenter tractat qualiter ecõ-
tra filius ſuccedat matri, & quia iſta ſucceſſio datur ex Sena
tuſc. Orficiano, iſte titulus rubricatur, de Senatuſcon. Orfi-
1 cian. Et circa † rubricam notandum, qđ ſicut ex l. 12. tabu.
mater non ſuccedit filio, ſic nec filius matri, ut ſup. tit. pro-
xi. § j. & ideo ſicut inuentum eſt Senatuſc. Tertulianũ, quo
mater ſuccedit filio ſic inuentum eſt Senatuſcon. Orficia-
num, quo filius ſuccedit matri, de quo hic uidebitur.

§. Per contrarium.

1 *Matri ab inteſtato, qui ſuccedant, ex Senatuſconſulto Orificiano.*
2 *Huius. § ſumma duplex.*
3 *Filius ſuccedit matri, ex Senatuſc. Orficiano, indifferenter etiam ſi*
mater ſit ancilla.

4 Filio

Digitized by Google

4 *Filio & filia datur legitima hæreditas, ex Senatuſcon. Orficiano.*
5 *Nepotem admitti ad ſucceſſionem auiæ, & ſic deinceps, quomodo ſit intelligendum.*

1 Ex Senatuſcon. † Orficiano filij uel filiæ tm̃, & nõ vlterioris gradus deſcendentes, ſuccedũt matri ab inteſtato, licet ſint in alterius ptãte, & excludant alios agnatos, & cognatos, l. 1. C. eo ti. ſed ex cõſtitutionibus patricialib. ẽt nepos ſuccedit auiæ, & pronepos proauiæ, & ſic deinceps. h. d. No.
2 † primò, ꝙ in iſto. §. tanguntur duo iura. Primũ eſt ius Senatuſ. Orficiani, quo filij & filiæ tm̃ admittunt̃ ad ſucceſſionẽ matrum & nõ ulterioris gradus deſcẽdẽtes ad ſucceſſionẽ aſcendentiũ in linea materna, & hoc ius tangit̃ hic in prin. Secundũ ius tangit̃ ibi postea, quo. ſ. nepos admittit̃ ad ſucceſſionẽ auiæ, & pronepos ad ſucceſſionẽ proauiæ, & ſic deinceps deſcendentes ad ſucceſſionẽ aſcẽdentiũ in linea ma
3 terna ¶ Not. † ſecundo, quod in iſto Senatuſc. Orficiano nõ attenditur differentia, an mater ſit ingenua uel libera, ſicut in Tertulliano, ſed filius indifferenter ſuccedit matri, ut ff. eo. l. 1. primo reſpon. imò ẽt licet mater ſit ancilla, & facta ſit ſibi mora in fideicõmiſſaria libertate dando, filius ſucce
4 dit ſibi, ut C. eo. l. fi. ¶ Notandum † tertiò, quod qñ dicitur hic in tex. ꝙ tam filio q̃ filiæ data eſt legitima hæreditas hoc non debet intelligi per l. 12. tab. quia illa l. filius excluditur ab hæreditate matris, ut ſup. ti. prox. §. primo, ſed debet intelligi, ꝙ datur hæreditas ex illo Senatuſc. Orficiano, quod tenet uicem legis, ut infra, de excep. §. hæc exẽpli
5 cauſa. ¶ Notandum † finaliter, quod qñ hic dicitur, quod nepos admittitur ad ſucceſſionem auiæ, & ſic deinceps, hoc debet intelligi, ſi ille cõceptus ſit in uita illius, de cuius hæreditate agitur, ut ſup. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur §. cum autem quæritur quod ibi dictum eſt. ¶ Opponitur ſic, & vr, quod ex Senatuſconſulto Orficiano admittantur ad ſucceſſionem matris vlteriores deſcẽdẽtes poſt filios, quia tex. dicit liberi, & per liberos ſignificãtur filij, nepotes & pronepotes, & deinceps ut l. liberorum. ff. de verb. ſign. Solutio. Liberi ponitur hic & capitur ſtrictè, ſcilicet ſolum pro filijs & filiabus, ut clare patet hic ex illo tex. ſed ex

conſti-

conſtitutionibus principalibus, etiam nepotes & neptes, & deinceps, ad ſucceſſionem auiæ uocantur. §. 1. in fine. eo.

§. Sciendum autem eſt.

1 *Succeſſiones quæ dantur ex Senatuſconſulto Orſiciano non impediuntur per capitis diminutionem, ſicut ſucceſſiones, quæ dantur ex lege 12 tabul & nu. 2.*

3 *Filiorum alij ſunt ſpurij, alij nefarij, alij inceſtuoſi, alij nothi ſiue (adulterini.*

4 *Spurius tripliciter dicitur & nu 6.*

7 *Nefarij filij qui dicantur Qui inceſtuoſi Qui manſeres. Qui nothi, ſiue adulterini, ibid.*

8 *Filius vulgo quæſitus, an ſuccedat matri diſting. num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.*

1 Summatur † ſic. Succeſſiones, quæ dantur ex Senatuſc. Tertulliano & Orficiano, non impediunt̃ ꝑ capitis diminutionẽ, ſicut ſucceſſiones, quæ dantur ex l. 12. tabul. & filius vulgo quæſitus ſuccedit matri ex Senatuſc. Orficiano. h. d. & patet intel tex. ¶ Not. † primo, ꝙ illud primum reſponſum intel igitur de capitis diminutione minima, nam per maximã & ꝑ mediam ẽt tolluntur iſtæ ſucceſſiones, ut ſup. de capitis diminutione. §. quod ãt. ſi enim liber fiat ſeruus, non ſuccedit matri, ex Senatuſcon. Orficiano, ſed ſucceſſio, quæ datur ex l. 12. tab. etiã impedit̃ per minimã capitis diminutionẽ, vt ff. de capi. diminutio. l. tutelas, in qua l. ponitur iſta regula, de qua fit hic mentio & ratio illius reſponſi, quia ꝑ minimam capitis diminutionẽ nõ tollitur cognatio, & iſtæ ſucceſſiones q̃ dant̃ ꝑ Senatuſc. sũt inter cognatos, ſed agnatio tollitur per minimã capitis diminutionẽ, & ideo ſucceſſiones, q̃ dant̃ ex l. 12. tab. impediũtur, q̃a tales ſucceſſiones ſunt inter agnatos. De iſto dictum eſt ſupra de legitima agnatorum tute. §. fin

3 ¶ Notandum † ſecundo, quod filiorum alij ſunt ſpurij, alij nefarij, alij inceſtuoſi, alij nothi ſiue adulterini. Spurius ſecundum ius ciuile dicitur tribus

4 † modis. Primo, dicitur Spurius de ſcorto natus, ideſt, de meretrice, ſicut eſt vulgo quæſitus, qui patrem demonſtrare non poteſt, propter multitudinem, ſicut eſt filius publicæ meretricis, & ſic proprie capitur, & dicit̃ a (ſporas) græ

ca

ca dictione, quod idem eſt, q vulgo conceptus, ſiue ſparſus ut ff. de ſtatu hoium l.vulgo concepti. Vel dr a ſpurio quod eſt ſeminare, qa nihil aliud de patre, q̄ ſemen refert.
5 Secūdò † dr ſpurius, vulgo quæſitus nō vetere ſed fictione iuris, puta qui patrem certum habet, ſed talem qualem ſm De ū pudor eſt demōſtrare, ut filius Monachi, vel Epiſcopi, quia ille uidetur non habere patrē, qui eum honeſte demōſtrare non pōt. § fin. l. 1. ff. quod cuiuſ. uni. no. l. quoties, ff. de his qui ſatiſda. coguntur l. vulgo de ſtatu hominum.
6 Tertiò, † dr ſpurius, qui natus eſt ex matre libera & patre ſeruo in gl. uero de renuntiatio. in uer. manſeres. c. niſi cum pri. dr, quòd ſpurius eſt, qui natus eſt ex concubina. Nefarij
7 ſunt, † qui nati ſunt ex conſanguineis in linea directa aſcendente vel deſcendente. §. ergo non oēs ſupra de nup. Inceſtuoſi ſunt genit ex conſanguineis in linea tranſuerſali, in gradu tn̄ prohibito. Hi duo, nefarij & inceſtuoſi, uocantur ſm ius canonicum manſeres, ut in gl. c. niſi cum pri. de renūtia. Nothi ſiue adulterini, dn̄r geniti ex adulterio, & hoc dupliciter, uel ex parte patris, & ſic dicūtur adulterini, aut ex parte matris, & tunc ꝓprie, dn̄r, nothi, quia ſicut notha febris affligit, ut quartana, & tn̄ non eſt quartana, ſic nothus præſumitur natus ex adulterio, & tn̄ non eſt. ¶ Opp. primo, & vr, quod non bene dicatur in tex quod ſolę ſucceſſiones, quæ deferunt ex lege. 12. tabu. pereant per capitis diminutionem, per l. fi. ff. vnde liberi. Solu. Solæ debet exponi hic ut excludant ſucceſſiones quæ dantur per Senatuſc. & non ſucceſſiones prætorias uel poteſt dici, quòd ſi illa lex finalis loquitur de ſucceſſionibus quæſitis, tunc non tolluntur, ſed ſi loquitur de quærendis tunc bene tolluntur per capitis diminutionem, de iſto latius p Bar. in l. capitis. ff. de ſuis
9 & leg. hære. ¶ Opponitur † ſecundo, & videtur, quod filius vulgo quæſitus non ſuccedat matris, p §. fi. in Auth. quibus modis natura. efficiuntur ſui. Solu. Ad ſciēdum ſucceſſionē
9 prænominatorum filiorum † vel non ſucceſſionem, ſic diſtinguendum eſt, quia loquimur in feudis, & tunc nullo modo ſuccedunt prænominati, ſed ſolum ſuccedunt filij naturales, & legitimi, ut in Auth. ſi de feudo controuerſia fuerit

caua,

Digitized by Google

æ. naturales coll. 10. uel ſermo eſt de alijs bonis, & tūc diſtinguēdum eſt, qa uel ſermo eſt de ſucceſſione patris uel matris, ſi patris, tunc ſpurius primo mō dictus, nullo mō ſuccedit, qa vulgò quæſitus eſt. & patrem demonſtrare non pōt, ergo nō ſuccedit l. cum legitimè in fi. ff de ſtatu hom. vbi dicitur ꝙ talis nō ſequitur conditionem patris ſed matris.
10 Spurius uerò † ſecundo mō dictus, qui eſt uel fictione iuris, in quantum ius fingit eum vulgò quæſitum, nō ſuccedit, ſed iuris fictio præiudicat ibi ueritati. § q ab hoſtio. ſupra quibus modis ius patriæ poteſta ſoluitur, ſicut eſt Filius Mona
11 chi vel Epiſcopi Spurius terriò † mō, non ſuccedit patri, qa pater eius, ſeruus, & ſic nihil habet, in quo poſſit ſuccedere filius, quia ſeruus non habet ſucceſſores, l. ſeruus. C. de ſucceſſio. ſic ergo pater, ꝙ patri nō pōt ſuccedere. Si uerò ſer
12 mo eſt de ſucceſſione † matris, tūc ſi ſuperius accipitur primo mō diſtinguēdum eſt, quia aut mater habet legitimos aut nō, ſi nō, tūc indiſtinctè ſuccedit matri, ſicut legitimus, et ſi mater ſit illuſtris. Itē ſuccedunt ēt auiæ. ſ. maternæ, nepotes, vulgò quæſiti l. Modeſtinus. ff. vnde cog. l. 2. ff. eo. facit gl. in uerb. ſucceſſores c. conſtitutus. de in integ. reſt. itē
13 ēt ipſi fratres inter ſe, d. l. 2. & l. 4. eo. Si uerò † mater habet legitimos, tunc aut eſt illuſtris aut non, ſi nō, tunc ſuccedit cum legitimis. ſi aūt eſt illuſtris, tunc non ſuccedit, ut in l. ſi qua illuſt. C. ad Senatuſc. Orficia. & in illo caſu differt a naturali tm̄ quia maior caſtitas requiritur ratione nobilitatis in illuſtri eſt, quia maior caſtitas requiritur ratione nobilitatis. Ex quo dicit Imperator, caſtitatis amatores ſumus, in Authen. quibus modis natura efficiuntur legi. §. fin. Si verò
14 † fuerint ſpurij ſecundo modo, id eſt geniti ex damnabili coitu, ut ex presbitero vel moniali, tunc nec ſuccedunt patri nec matri, tam ab inteſtato, q̄ in teſtamento, ita ꝙ ſi parentes vellēt eos ſuccedere, aut inſtituere, aut ſi fuerint inſtituti, nō poſſunt ſuccedere, Auth. ex complexu C. de inceſtuo. nup. imo, quod plus eſt in deteſtationem criminis a ſuis parentibus & eorum hæredibus, non ſunt alendi, ut in §. fin. in Auth. quibus modis natura. efficiuntur ſui, colla. 8. & ita tenuit Franciſ. de Zaba. & cōſuluit, ut in c. cum habe-

Digitized by Google

ret. de eo. qui duxit in matrimoni. & idem tenet Io. de Pla.
15 Natus uerò ex ſoluta & uiro cōiugato,† nō ſuccedit patri, ſed matri, q̃ coitus ille non punit, & ſic nō eſt accuſabilis, ut in l. 1. C. de adul. ut tenet hic Placē licet alij dicāt & adulterinos, qui generantur ex coniugato, & ſoluta, & nothos, q̃ generantur ex cōiugata & ſoluto, nō ſuccedere patri aut
16 matri. Natus† verò ex cōcubina, nō obſtāte ꝙ ius canonicū reprobet cōcubinatū, ut in cle. ad noſtrū de hæret. ſuccedit matri cū alijs legitimis, ēt ſi ſit illuſtris, ut not. in d. l. ſi qua C. ad Senatuſc. Orficianū. & ēt ſuccedit patri in duabus uncijs, ſi pr̃ non habeat alios legitimos uel uxorē, ut in l licet C. de natu. liberis. & in Auth. §. quibus diſcretis modis natura eff. leg. col. 7. & ſic ſm̃ ius canonicum tales ſuccedunt quia nullibi reprobant ſucceſſionem, vt uult ēt dn̄s Panor. in c. tanta. extra. qui filij ſint legi De iſta materia plene habebis poſtea diffuſam diſt. in ti. de ſer. co. §. reperitis itaque.

§. Sed ſi ex pluribus.

1 *Hæreditatē nō adeuntium portio, accreſcit adeuntibus Et qualiter diuidatur inter eos. nu. 3. Et quid requiratur, vt id poſſint nu. 4.*
2 *Huius § ſumma.*

1 Si ex plurib.† legitimis hæredib. aliqui ſponte vel morte, ſeu alia cā impediti non adeant hæreditatem, tunc portio eorū accreſcit alijs q̃ hæreditatē adierunt, & trāſmittitur portio accreſcens, ēt non adita, ad hæredes eorū quib. accre
2 ſcit, ſi decedāt anteq̃ adeant. h. d. ¶ Not.† primo, ꝙ iſte §. eſt cōis ad oēs titulos ſupra poſitos, in hoc 3. libro, & non tm̄ ſeruit iſti titulo, & loquitur de ſucceſſione, quæ eſt inter legitimos hæredes, ut patet in tex. concor. l. 1. §. ſi nemo. ff. e. & l. unica. §. in his itaque C. de cad. tollen. Iſtud tn̄ etiā habet locum in p̄torijs ſucceſſionibus, vt ff. de bon. poſſeſ. l. 3. 4. & 5. quia in illis etiam datur iſto modo ius accreſcendi.
3 ¶ Notandum† ſecundo, ꝙ iſta portio accreſcens diuiditur inter illos, quibus accreſcit ſecundum quotam portionis q̃ habent ex iure hæreditario ſucceſſionis, ut C. de cadu toll. l. vnica. §. in his itaque. nec eſt opus ꝙ iſti adeant iſtam portionem accreſcentem de nouo, niſi augumentum ueniat ex

alte-

Digitized by Google

alterius perſona, puta ſerui, ut ff. de. acqui. hær. l. ſi ſolus pri
4 mo reſpon. ¶ Not † tertio, quòd ad hoc, ꝙ illi debeant trãſmittere partem accreſcentem ad hæredes requiritur ꝙ ipſi adierint partem, quam habent iure hæreditario, ut C. de tol. l. unica. §. in nouiſſimo. niſi transmitterent ad ſuos hæredes, quia hoc fit licet non adierint partem prædictam, vt C. de his qui ante apertas tab. l. 1.

DE SVCCESSIONE COGNATORVM. Titulus V.

Dictum eſt ſupra de ſucceſſione agnatorum, & q a poſt agnatos ſuccedunt cognati, ideo tractatur hic de ſucceſſione cognatorum, & ideo titulus iſte ſic rubricatur.

§. Poſt ſuos.

1 *Succeſſio ad proximum gradum cognationis, venit poſt ſuos & legitimos hæredes, & qui loco eorum ſunt.*
2 *Agnati & cognati hodie ſimul ſuccedunt, contra hunc §.*
3 *Lex Anaſtaſiana quid adferret.*

Deficientibus ſuis hęredibus, & qui loco ſuorũ ſunt, atq. agnatis & qui loco agnatorum ſunt, ſuccedunt proximi cognati de iure prætorio, cum quibus etiã ſuccedũt fratres & ſorores emancipatæ, ſed cum aliqua diminutione. Et excludunt illi fratres & ſorores, emancipati, alios agnatos inferiori gradus, et capite nõ diminutos, & ꝑ conſequens etiã
1 cognatos h. d. ¶ Not. † primò, ꝙ poſt ſuos & legitimos hæredes, & qui loco eorum ſunt uenit ſucceſſio ad proximum gradum cognationis, ſiue unus ſiue plures ſint in illo gradu, & attenditur proximitas eo tempore, quo bon. poſ. defertur, ut ff. eo ſcilicet unde cognati l. 1. proximus. & §. gradatim. & non datur iſta ſucceſſio inter ſeruos, licet etiam poſtea fiãt liberi, ut d. l. 1. in §. pertinet. ſed bene datur liberis adoptiuis, quia qui agnoſcũtur, poſſunt etiam cognoſci,
2 ut d. l. 1. §. cognationem. ¶ Notandum † ſecundò, ꝙ iſte §. hodie non habet locum, quia agnati & cognati ſimul ſuccedunt, cũ ſublata ſit differẽtia agnationis & cognationis, & patriæ pǒtis & emancipationis, ut in Auth. de hære. q ab

3 inteſtato ueniunt. §. 1. colla. 9. ¶Notandum † tertiò, q lex Anaſtaſiana dabat ſucceſſioné fratribus, & ſororibus emãcipatis cum fratribus & ſororibus integri iuris conſtitutis, id eſt non emancipati ſeu non paſſis capitis diminutioné, cum diminutione tamé. ſ. tertiæ partis fortaſſis. & dico notanter fortaſſis, quia non eſt certum de iſta diminutione cũ non habeamus iſtam legem, de ea tamen fit mentio. C. de legi. hæredibus. l. fi. §. cum igitur. & l. 4. de legitima tute. & ibi iſta lex corrigitur, quia iſti fratres & ſorores hodie ſuccedunt cum alijs ſine aliqua diminutione.

§. Hos etiam, qui per.

1 *Succeſſio per unde cognati, datur etiam cognatis collateralibus, nec etiam liberis adoptiuis & vulgo quæſitis Et qualiter adoptiui remiſſiuè nu 2.*

3 *Spurij & vulgo quæſiti, non habent cognatos, neque conſanguineos.*

1 Summatur hic. Succeſſio † per unde cognati, datur etiam cognatis collateralibus, & datur etiam liberis adoptiuis, quo ad hæreditatem parentum naturalium, datur etiã vulgò quæſitis, nam iſti non habent agnatos neque conſanguineos. h. d. & patet intell. tex. ¶Notandum primo, † q qualiter liberi adoptiui per iſtud ius ſuccedant parentibus naturalibus, magis diſtinctè dictum eſt ſup. de hæredi. quæ ab inteſtato deferuntur. §. admonendi. hodie tamen ſuccedunt

2

3 iure ciuili, ut C. de adoptio. cũ in adoptiuis. ¶Not. † ſecundo, quòd quo ad ſucceſſionem, vulgò quæſiti & ſpurij, non habent agnatos neque cõſanguineos, ut hic & ff. unde cog. l. ſi ſpurijs. Nec ſpurius etiam eſt cognatus reſpectu patris, ut in d. l. ſi ſpurius. ſed quo matrimonia. habent iſti conſanguinitaté & affinitatem, quia ét contrahuntur ex illicito cõcubitu, ut c. diſcretionem. & c. pen. extra de eo qui cogno. cõſangu. vxoris ſuæ. & ff. de gradib. l. nõ facile §. affines. ſed ſuccedunt illi matri, ut dictum eſt ſupra, ti. proxi. §. 3. & ét inter ſe, ſi nati ſint ex eadem matre, non autem ex diuiſis matribus, ut l. hac parte ff. unde cognati.

§. Hoc loco & illud.

1 *Succeſſio datur agnatis, vſq; ad 10 gradũ, cognatis uerò vſq; ad vij.*

2 §. Iſta

2 *§. Iſte communis eſt ad hunc titulum, & tit. de legit. agna ſucceſ.*
3 *Cognati ſuccedunt uſq; ad ſextum gradum, iure prætorio*

1 Summaē ſic; Succeſſio † datur agnati vſq; ad decimū gradū, ſed cognatis ſolū daē vſq; ad ſextū gradū, niſi nati ſint ex ſobrino uel ſobrina, q̄a illis daē vſq; ad ſeptimū gradū, h. d. & patet intel. tex. ¶ No. † primo. q̄ iſte §. eſt cōis ad iſtū titulū, & ad titulū ſup. de legi. agna. ſucceſ. Simile dictū eſt
2 ſup. tit. prox. §. fi. & inf §. fin. de ſeru. cog. ¶ Not. † ſcdo, q̄d
3 qñ textus hic loquitur de agnatis. tunc dicit ſiue ſuccedant ex leg. 12 tab. ſiue iure prætorio. Sed qñ loquitur de cognatis, tunc ſolum dicit eos ſuccedere iure prætorio, q̄a ex leg. 12. tab. cognati non ſuccedunt, ut ſup. ad Tertul. §. primo.
4 ¶ Notandum † tertio, quòd de iure Codicis cognati ſuccedunt cum agnatis, uſq; ad 10. gradum, q̄a ſimul vocātur hodie ad ſucceſſionem, ut in Auth. in ſucceſſione. C. de leg. hæred. Iure tñ Authenticorum, ſolum ſuccedunt vſque de ſeptimum gradum: ut in Auth. de ſucceſſio. feu. c. hæc rō colla. 10. & in iure patronatus ſolum, vſq; ad quintum gradū, vt infr. de ſucceſſio. liber. §. ſed noſtra conſtitutio. ¶ Oppo
5 nitur † primò ſic, & videtur, q̄ ēt iſto iure ſucceſſio nō detur agnatis neque cognati, niſi vſq; ad quintum gradum, p l. 2. §. fi. ff. de vetera. mili. ſucceſ. Solut. In illa l. datur ſucceſſio in caſtrenſi peculio: & quia hoc ius eſt priuilegiatum in vno, debet reſtringi in alio, vel poteſt dici, quòd illa lex loquitur de facto, licet aliud fuerit de iure. ¶ Opponitur ſecundo, & vř, quòd hic incōuenienter dicatur, quòd nati ex ſobrino vel ſobrina ſuccedant vſque ad ſeptimum gradum, quia plures ſunt in ſeptimo gradu, vt infra titu. proximo, §. ſexto gradu. ergo illi æqualiter debet ſuccedere. Conſequentia patet per ſimile. Solut. Non eſt ſimile, quia illi reſpiciunt lineam tranſuerſalem inferius, alij autem omnes ſuperius, vt ff. vnde libe. ſcripto. ¶ Opponitur tertio
6 ſic † & videtur, quòd cognati non debent trahi ſeu extendi ad agnatos, vt dictum eſt in tertio notabili, ſed potius contra. per l. lege. C. de pactis ſuper dote conuentis, & per §. deinceps in Auth. de nupt. colla. 4. in quibus maius, trahitur ad minus. Solut. In illis tex. fauorabile eſt maius trahi

Digitized by Google

ad minus: ſed in iſto caſu fauorabile eſt minus trahi ad maius, ut l. quæ religioſis ff. de rei vendic. vel poteſt dici, quòd in illis conſtat partes in hoc cõueniſſe, hic autem cõſtat de mẽte legis iſto modo eſſe, quia omnis ſucceſſio, quæ datur per leg. dicitur legitima. Cum ergo legitima extendatur vſq; ad decimum gradum, ſequitur, ꝙ de mente legis eſt, ꝙ cognati debeant ſuccedere uſq; ad illum gradum, in quo ſuccedunt agnati. Nam ex uerbis legis ſucceſſio ęqualiter data eſt agnatis & cognatis, quãuis ex verbis legis nõ habeatur an extenſio debeat fieri ad gradus agnatorum, uel cognatorum. Sed hoc habetur ex mente legis, vt dictum eſt.

DE GRADIBVS COGNATIONVM. Titulus VI.

Continuatur ſic. Quia dictum eſt ſupra de ſucceſſionibus, quæ deferuntur, ſecundum proximitatem graduum, idcirco neceſſarium eſt tractare de gradibus cognationum, & ideo iſte titulus ſic rubricatur.

§. Hoc loco.

1 *Huius §. ſummarium, per Do. Nicaſium.*

2 *Actus quidam fiunt de iure ciuili propter conſanguinitatem, aliqui etiam prohibentur iiſdem de cauſis.*

3 *Cognatio quid.*

4 *In cognatione quot lineæ imaginentur.*

1 Summitur ſic: Gradus † cognationum poſſunt numerari aſcendendo, & deſcendendo, & ex tranſuerſo ſeu a latere. In aſcendentib. & deſcendentib. incipitur a primo gradu, ſed in tranſuerſalibus ſeu collateralibus incipitur a ſecundo gradu & numerantur hic tres gradus, aſcẽdendo, deſcendendo, & ex trãſuerſo, quos nõ exprimo in hoc ſummario, quia clarè patent in textu, & videbuntur clarius poſtea in
2 arbore. h. d. & patet intell. tex. ¶ Notãdum † primo, quòd iure ciuili fiunt aliqui actus pp conſanguinitatem, ut ſucceſſio ab inteſtato, & datio tutelę legitimę, & aliq. actus prohibentur, pp conſanguinitatem, ut dare teſtimoniũ, idcirco neceſſariũ eſt cognoſcere gradus cognationũ, ut ff eo. l. Iuriſconſultus. & quia in iure canonico prohibetur matrimonium.

nium, pp conſanguinitatẽ & affinitatem. idcirco ẽt neceſſariũ eſt Canoniſtã gradus cognationũ cognoſcere, ut extra.
3 de conſang.& affi.per totũ.¶Not. † ſcđo, ꝙ cognatio eſt attinentia perſonarum, ex eo proueniẽs, ꝙ vna ꝑpagatur ab alia, vel ambæ ab eadẽ, & eſt cognatio, genꝰ ad agnationẽ, & ad cognationẽ ſpecificè dictã, ut ff. eo. l. Iuriſcõ §. nomẽ
4 cognationis.¶Not. tertio, † ꝙ in cognatione imaginantur tres lineæ, una aſcẽdentiũ, uidelicet parentũ, vt aui, proaui, abaui, &c. Alia deſcendentiũ, videlicet liberorũ, ut filij, nepotis; &c. Et tertia collateralium, videlicet fratruum, ſororũ, patruorum, auunculorum, &c.¶Opp. primo, & vr̃, ꝙ pater & filius nõ faciant vnum gradum, quia perſona addita perſonę facit nouum gradum, vt infra eo. §. hactenus. Solu. Verũ eſt, ꝙ perſona addita perſonæ poſt primum gradum, ſemper facit alium gradum, ſed pater & filius non faciunt duos gradus, ſed unũ & primum, ſicut duæ colũnæ diſtãtes ex laterib. faciunt unã feneſtrã, ſed tertia columna adiecta facit aliã feneſtra, & iſte cõputus vendicat ſibi locum de iure canonico, & ciuili, vt 35. q. 5. c. ad ſedem Apoſtolicam.

§. Quarto gradu.

1 *Nati ex fratribus & ſororibus, poſſunt dici conſobrini, ſed improprie. Et qui proprie dicantur conſobrini, ibid nu 3.*

2 P*atruus magnus, quis.*

Summaĩ ſic: Quia ſatis clare ponuntur, exempla quarti, quinti, & ſexti gradum in textu, & poſtea declarabuntur ad
1 oculum in arbores.¶Not. † primo ex illo tex. ꝙ nati ex fratribus & ſororibus pñt dici cõſobrini, proprie tñ cõſobrini dñr nati ex duabus ſororibus, quaſi conſororini, & nati ex duobus fratribus, ꝓprie dñt fratres patrueles, & filiæ ſorores patrueles: nati aũt ex fratre & ſorore, dicuntur amitini ita ut filij amitæ tuæ uocent te conſobrinũ, capiendo tñ cõſobrinum improprie, & tu appellas eos amitinos.¶Notan
2 dũ † ſecundò ꝙ patruus tui patris eſt tibi patruus magnus, & auunculus, tuæ matris eſt tibi auũculus magnus, auunculus autem patris tui poſt dici tibi auunculus magnus, & patruus matris tuæ, patruus magnus, ſecundum aliquos:

Digitized by Google

alij dicunt contrarium. Sed in iſto eſt parua vis, quia nihil refert qualiter nominentur, quando cognoſcitur gradus.

3 ¶ Notandum † tertiò, quòd ex iſte non procedit vltra ſextum gradum, quia poſt tritauum aſcendendo, & poſt trinepotē deſcendendo gradus non habet nomina impoſita: ſed aſcendendo vocantur ſuperiores, & deſcendēdo inferiores ſeu poſteriores, ut ff.eo.l.ſi parentes. nam plura ſunt negotia, quam vocabula, ut ff.de pręſcrip.verb.l.4.

§. Hactenus.

1 *Perſona quod addita perſona, faciat nouum gradum, intelligitur poſt primum gradum.*

Summatur ſic: Ex numeratione illorum ſex graduum faciliter poſſunt vlteriores gradus numerari, quia perſona addita perſonæ ſemper facit nouum gradū. & quia viſa fortius comprehēdunt, quā audita, idcirco ſolet hic poni arbor conſanguinitatis, ut gradus non ſolum percipiantur auribus,

2 ſed ēt oculis. Hoc dicit: & patet intel.tex. ¶ Notandum † primò, quòd quū hic dicitur, quod perſona addita perſonæ, facit nouum gradum, hoc intelligitur poſt primum gradum, vt dictum eſt in ſolutione oppoſitionis circa §.1. ſup.eo. & debet ēt intelligi de perſona expreſſa per nomen appellatiuū. Alias enim non eſſet verum, vt ſic, ego filius cum patre meo facio gradum frater, adiectus facit alium gradum, ſed ſi adijciatur alius frater, non facit alium gradum, quia decem fratres non faciūt niſi primum gradum cum patre, & ſecundum inter ſe. Sed ſi addatur alia perſona per nomen appellatiuum, ſcilicet nepos, facit nouum gradum.

DE ARBORE CONSANGVINITATIS, materia elegans, & arboris componendæ ratio.

1 *Probatio ad oculum, eſt firmiſſima omnium.*

2 *Conſanguinitatis arbor quomodo debeat formari, & quo ordine & nu 5 6.7.8 9 10.11 & 12.*

3 *Puncta rubea in compoſitione arboris conſanguinitatis, quid ſignent. Et quid nigra. nu 4.*

Con-

13 *Conſanguinitas, quid. Et eius expoſitio. Et unde dicatur. nu. 14.*
15 *Sanguinis unitas, duplex eſt.*
16 *Linea quid. Et quotuplex nu. 17.*
18 *Linea collateralis, duplex.*
19 *Gradus quid.*
20 *Cellula in arbore conſanguinitatis poſita cur vacua remaneat.*
21 *Cellulæ in arbore conſanguinitatis poſitæ incipiunt a duplici caſu, variam inde trahentes donominationem.*
22 *Perſonarum diſtantia utriuſque iure qua rõne cognoſcatur, in arbore conſanguinitatis, breuis rõ ibi & nu. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & infra arboris typus poſt. num. 38.*
37 *Diſpenſationes ſunt reſtringendæ.*
38 *Legatus habens diſpenſandi poteſtatem, in tertio & quarto gradu, non poteſt diſpenſare cum perſonis diſtantibus in linea æquali tertio gradu a ſtipite.*

QVia de gradibus cognationum dictum eſt, reſtat tunc declaratio arboris conſaguinitatis, ad oculum, quia
1 p[illegible]io † ad oculum, alias vincit, 27. q. 1. nec aliqua, & ex o[illegible]eſione facti q̃dã melius pcipiuntur, q̃ elocutione, de donationibus c. apoſtolicæ. verſus finem. Hinc eſt, q agrorum mẽſuratio ſubicit oculis 16 q. 3. c. iter memoratos de pſcriptionibus c. q. a iudicante C. ſi. iũ regundorum l. 3. vẽtris inſpectio, an mulier ſit pgnãs ff. de ventre inſpic. l. 1. locorum pudicitiæ an mulier ſit virgo inueſtigatio, de probationib. propoſuiſti. an arcta, de fri. & male. & literæ Papales an ue
2 ræ ſint an falſæ, de crimine falſi dicet. ¶ Arbor † igitur conſanguinitatis p neceſſaria vtriuſq. iuris ſtu[illegible] ſic debet formari. ut primò ponantur cellulæ aſcendẽtium, ſecundo deſcendentium, tertio collateralium. Primo igitur protrahetur vna linea recta: in cuius medio ponet vnus circulus vacuus, ſupra quẽ circulũ ponentur quatuor circuli. In quorum primo ſcribetur, pater & mater, & ponetur vnus punctus rubeus ſupra, & vnus niger infra. In ſecundo ſcribetur, auus & auia & ponetur duo puncta rubea ſup. & duo nigra infra. in tertio ſcribetur, & proauus & proauia, & ponentur tria puncta rubea ſupra, & tria nigra infr. In quarto ſcribetur, abauus, & abauia, & ponentur quatuor puncta rubea

bea ſuprà,& quatuor nigra infrà. Similiter ſub illo circulo uacuo ponentur quatuor circuli. In primo ſcribeť filius & filia, cum puncto rubeo ſupra, & uno pũcto nigro infra. In ſecundo ſcribetur, nepos & neptis,& duo puncta rubea ſuprà,& duo nigra infrà In tertiò, pnepos & proneptis,& tria puncta rubea ſuprà,& tria nigra infrà. In quarto, abnepos,& abneptis,& quatuor pũcta rubea ſuprà, & quatuor
3 nigra infra. Et † ſignificant rubea puncta, computationẽ ſecundũ ius canonicũ, q̃ ideò ponuntur ſuprà, quia ius canonicum maximè in matrimonialibus in quibus ualde ſeruit cognitio gradum, excedit ius ciuile, extrà de ſecun.nup.c.
4 penul.& vltimo. Nigra aũt † puncta, ſignificant cõputationem graduum, ſecundũ ius ciuile, habito reſpectu ad cellulam uacuã ſemper, quæ ſeruit ad ſucceſſiones, quæ fiunt p
5 mortẽ,& ideò deſigantur q nigredinẽ. Iſtis † aũt ſic formatis in linea recta, procedendũ eſt ad lineas collaterales,& primò ad latus dextrum circuli, in quo reperitur pater, & mater, protrahetur una linea trãſuerſalis habens quatuor circulos. In quorũ primo, poneť frater. In ſecundo, fratris filius. In tertio, fratris nepos,& in quarto fratris pronepos. In primo circulo ponetur ſuprà unum punctũ rubeũ, & infra duo nigra. In ſcđo ponetur duo rubea ſup & tria nigra infra. In tertio, tria rubea ſupra & quatuor nigra infra. In
6 quarto, quatuor rubea ſupra, & quinq. nigra infra. † Similiter ad ſiniſtrũ latus protrahetur una linea, cũ quatuor circulis. In quorum primo, ponetur ſoror. In ſecundo, ſororis filius & filia. In tertio, ſororis nepos, & neptis. In quarto, ſororis pronepos & proneptis: & ponentur puncta eodem modo ſicut poſita ſunt ad dextrum latus. Deinde, ad latus
7 † dextrum aui protrahetur una linea tranſuerſalis habens quatuor circulos. In quorũ primo, ponetur patruus, & amita & poneť duo puncta rubea ſup.& tria nigra infra In ſecundo poneť frater patruelis & amitinus, & ſoror patruelis & amitina,& ponetur duo puncta rubea ſup.& quatuor nigra infra. In tertio, ponetur horũ filius & filia, & poneť tria puncta rubea ſupra,& quinq; nigra infra. In quarto horum nepos & neptis, & ponentur quatuor rubea ſupra, &

ſex

8 ſex nigra infra. Similiter † ad ſiniſtrum latus aui protrahetur una linea tranſuerſalis, habēs quatuor circulos. In quorum primò, ponet̄ auunculus, & matertera. In ſecundo, conſobrinus & cōſobrina. In tertiò, horū filius, & filia. In quarto horū nepos & neptis, & fiēt puncta ſicut ad dextrū latus.
9 Deinde † ad latus dextrum proaui protrahēt linea trāſuerſalis habēs quatuor circulos. In quorum primo, ſcribēt patruus magnus, & amita magna, & ponet̄ ſupra tria puncta rubea, & inf. quatuor nigra. In ſecundo, proprio ſobrinus & ſobrina, & tria pūcta rubea ſup. & quinq. nigra inf. In tertio, horū filius & filia, & tria puncta rubea ſup. & ſex nigra inf. In quarto, horū nepo & neptis, & quatuor pūcta rubea ſu-
10 prà & ſeptē nigra infr. Similiter † ad ſiniſtrū latus, protrahet̄ linea cum quatuor circulis. In quorū primo ponet̄ auunculus magnus, & matertera magna. In ſcđo, proprio ſobrinus & ſobrina. In tertiò horū filius & filia. In quarto horum nepos & neptis, et puncta ponēdo, ſicut ad dextrū latus ſunt
11 poſita. Deinde † protrahet̄ linea ad latus dextrū abaui cū quatuor circulis. In quorum primo, ponet̄ propatruus & proamita et ponent̄ quatuor rubea puncta ſup. & quinq. nigra infr. In ſcđo, horū filius, & filia, & quatuor puncta rubea ſup. & ſex nigra inf. In tertio, horū nepos et neptis, & quatuor pūcta rubea ſuprà et ſeptē nigra inf. In quarto horum pronepos, et proneptis, et quatuor puncta rubea ſupra et octo ni-
12 gra inf. Similiter † ad ſiniſtrū latus protrahet̄ vna linea cum quatuor circulis. In quorum primo ponet̄ proauunculus, et promatertera. In ſcđo, horum filius, et filia. In tertio, horum nepos et neptis. In quarto, horum pronepos et proneptis, quòd ponentur puncta, ſicut ad dextrum latus ſunt poſita.

Circa arborem conſanguinitatis nunc formatam, notā-
13 dum primò, quod † conſanguinitas eſt attinentia ſiue proximitas perſonarum ex eo proueniens, quod una deſcendit ab altera, uel ambæ ab una tertia. In hoc quod dicitur, vna ab altera, tangitur conſanguinitas in linea directa aſcendentium et deſcendentium. Per hoc verò, quòd dicitur vel ambæ ab eadem, tangitur conſanguinitas collateralium. Per hoc quod dicitur perſonarum, pluraliter, notatur, quòd nō

niſi

Digitized by Google

niſi inter diuerſas perſonas conſanguinitas eſſe poteſt. Alij dicunt, φ conſanguinitas, eſt uinculũ perſonarum ab eodẽ ſtirpe deſcendentium, carnali propagatione contractum. in qua diffinitione dicitur primò, ab eodem ſtipite deſcẽdentiũ, vt remoueatur affinitas: quia licet ibi ſit uinculum perſonarum, nõ tñ eſt ibi conſanguinitas, & dicitur carnali propagatione contractum, vt remoueatur uinculum ſpi
14 ritualı cognationis, & etiam adoptionis. Dicitur † autẽ conſanguinitas, quaſi ſanguinis unitas, à con & ſanguine, q. de communi ſanguine deſcenderunt. vnitas verò ſangui-
15 nis eſt duplex, † ſcilicet immediata & mediata, immediata eſt inter patrem & filium, mediata, inter prẽm & nepotẽ, vel inter collaterales inter ſe. Et hoc modo ſtipes eſt in ꝓpoſito, vnde quis immediatius deſcendit carnali ꝓpagatione. Stipes verò cõis eſt ille, vnde plures pariter immedia-
16 tius deſcendunt, quaſi rami ex trunco ¶ Notãdũ † ſecundò, quod linea, eſt collectio ꝑſonarũ ab eodẽ ſtipite, mediatè vel immediatè deſcendentiũ gradus continẽs, & numerũ graduũ, ꝑ puncta, ut ſupra factũ fuit, diſtinguens. Et diuidi-
17 tur † in rectam ſiue directã, & in collateralem, ſiue trãſuerſalem. Linea recta eſt, quãdo una perſona rectè & directè trahit ſanguinem ab alia mediatè, vel immediatè: immediatè ut filius à patre, mediatè vt nepos à patre. Et illa eſt aſcendentium, numerando a Phares aſcendendo, vſque ad abauum, & eſt deſcendentium numerando a Phares vſque ad abnepotem. Linea verò collateralis, ſiue trãſuerſalis eſt linea, in qua vna perſona non ſic ſanguinem trahit ab altera, ſed una ſtat alteri ad latus, vt duo fratres, vel ſorores,
18 & ab eis deſcedentes. Linea † collateralis eſt duplex, ſcilicet æqualis, & inæqualis. Linea collateralis æqualis eſt, ubi duæ perſonæ collaterales in ſua linea æqualiter diſtant in gradu a communi ſtipite eorum, ut duo fratres & eorũ filij: linea verò collateralis inæqualis eſt, vbi perſonæ collaterales in linea, inæqualiter diſtant in gradu, a communi
19 eorum ſtipite, ut Phares & filius fratris. ¶ Notãdum † tertio, quod gradus eſt habitudo diſtantiũ perſonarũ, qua cognoſcitur quanta diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt,

&

& debet intelligi habitudo, id eſt menſura ſiue reſpectus, ſeu cōſideratio diſtantiæ, inter perſonas, de quib. q̃ritur, q̃a
20 gradus eſt menſura diſtantię. Not. † quartò, q̄ ideò cellula vacua remāſit ſiue circulus, q̃a nō pōt in illo circulo ſcribi nomē appellatiuū pſonale, quale eſt pr, filius, eo, q̄ pſona quæ ibi ponit, interdū eſt pr qñ cōparatur ad deſcedentes, & interdum filius qñ comparatur ad deſcendentes, & interdum frater reſpectu proximiorum collateralium. Vel igitur cellula vacua remanſit ut ſit quaſi ſedes uacua, cuiq. patēs, ſit uir vel mulier, ut quiſq. homo cōputare uolens ſuā conſanguinitatem ſciat ſe imaginariè ibi locandum, & ſic non
21 tantum uni, ſed infinitis debet deſeruire. ¶ Notandū † quintò, quòd cellulæ in arbore poſitæ, incipiūt a duplici caſu, ſcilicet nominatiuo & genitiuo. quæ nominatiuo incipiunt: ſicut abauus abauia, proauus, proauia &c. ſumunt denominationem a cellula vacua ſine circulo: ſed a genitiuo incipiētes nomē recipiūt a cellula ſiue circulo, p nominatiuum incipiente: immediatius in eadē linea ſup. poſita, ut horum filius filia. eorundem nepos neptis &c. quod ideò fit, quia ibi deficiunt termini proprij cōſanguinitatis incomplexi. & ideò oportuit complexe exprimi, a nominatiuo uero incipientes, ſumunt nomen a cellula vacua, quia oportuit arborem deſcribi in reſpectu ad aliquid, cum termini eius ſunt reſpectuum, & conuenienter fit in ordine ad unum, ad uitandum cōfuſionem, & quia illa cellula eſt media, ideò conuenientius reſpectu eius fiebat, & quamuis ipſa ſit uacua a nomine perſonali, ut ſupra tactum fuit, poteſt tamen fingi vnum nomen proprium, quod tamen nō debet inſcribi. & ſit gratia exempli, Phares, qui eſt quintus ab Abraham, in
22 linea Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. ¶ Notandum † ſextò, q̄ deſcendendo ad practicam illius arboris, ad cognoſcendum diſtantiam perſonarum utroq. iure, aliquæ ponendæ ſunt regulæ. Et quia iuxta tacta in notabili ſecūdo, duplex eſt linea. ſ. recta ſiue directa, & collateralis ſiue tranſuerſalis. Primo, ponenda eſt regula de linea recta, quæ eſt aſcendentium & deſcendentium, quæ eſt iſta. Quot ſunt perſonæ, de quib. quęritur intermedijs computatis, una dempta,

Digitized by Google

In quinto gradu, Phares et filius propatrui in ſexto, Phares et nepos propatrui in ſeptimo, Phares et pronepos eiuſdẽ
27 in octauo. Similiter † ſi quæratur q̃tum diſtat Phares a patruo magno iure ciuili, tunc ſtipes eſt proauus, numerabit ergo ſic. vt Phares ſit una pſona, patrueli duæ, auus tres, et tunc dimittetur ſtipes, et procedetur ad latus proaui, in primo circulo. et ibi reperitur patruus magnus, diſtãt ergo in quarto gradu. et Phæres, et proprior ſobrinus in q̃nto, filius in ſexto, nepos in ſeptimo. Et ita faciliter pōt exemplificari de alijs, ſ. qñ auus eſt ſtipes, uel qñ pater, eſt ſtipes. Et licet Doctores ponant de iſto diuerſas regulas diſtinguendo de linea æquali et inæquali, per iſtã tñ unicã regulã ſemper reperitur gradus iure ciuili. Neceſſe tñ eſt iure, quando perſonæ ſunt in linea æquali, et qñ in linea inæquali, pp ea, q̃
28 ſtatim dicentur. Sed ad ſciendum hanc diſtantiã † iure canonico alia dat̃ regula, et unica, ꝓ cuius intellectu ſcire oportet, quando quæritur de duabus perſonis, quæ perſona diſtat remotius a ſtipite, tunc eſt iſta regula, ꝙ numerando ab illa perſona, ſiue ponatur in latere, ſiue in recta linea incluſiuè, quæ remotius diſtat a ſtipite, vſq; ad ſtipitem excluſiuè, toto gradu diſtãt inter ſe iure canonico. verbi gratia: Si quæratur quantum diſtat Phares a propatruo, iure canonico, videndũ eſt q̃s ſit ſtipes iſtarum perſonarum, & eſt abauus. Deinde videndum eſt quis remotius diſtet ab abauo, an Phares, an propatruus, & clarum eſt quòd Phares remotius diſtat. Numerabitur ergo a Phares incluſiuè, vſque ad abauum excluſiuè, & reperiuntur quatuor perſonæ, ergo Phares diſtat a propatruo iure canonico quarto gradu, & eodem gradu diſtat a filio, a nepote & pronepo-
29 te propatrui. Similiter ſi † quæratur quantum diſtat Phares a patruo magno, uidendum eſt quis ſit ſtipes, & eſt proauus. Numerabitur ergo a Phares incluſiuè, vſque ad proauum excluſiuè, & reperiuntur tres perſonæ: ergo Phares diſtat a patruo magno in tertio gradu iure canonico. Et eodem gradu diſtat a propriore ſobrino, & a filio proprioris ſobrini. Sed ſi quæratur quantum diſta Phares a nepote proprioris ſobrini, uidendum eſt an Phares remotius

diſtet


ratur quantum diſtat pronepos fratres Phares a pronepote propatrui ipſius Phares, numerabitur a pronepote fratris incluſiuè,vſq; ad circulum poſitum in linea recta,ét incluſiuè.in quo circulo ponitur pater, deinde aſcéditur vſque ad ſtipitem vtriuſq. excluſiuè,qui ſtipes eſt abauus,& tũc proceditur ad latus abaui,uſq. ad pronepoté propatrui,& inueniuntur vndecim perſonæ,& ita iſti diſtãt iure ciuili in un-
35 decimo gradu,& ita de alijs Iure† autem canonico uidendum eſt,an æqualiter diſtent a ſtipite, ſi ſic, numerandũ eſt ab una ꝑſona,vel ab alia indifferenter incluſiuè,vſq. ad ſtipité excluſiuè; vt v. g. Si quæratur, quantum diſtat nepos fratris Phares, a nepote fratris patruelis ipſius Phares, eſt autẽ ſtipes iſtarum perſonarũ auus,& ita æqualiter diſtant a ſtipite: numerãdum eſt ergo a nepote fratris Phares,vſq; ad alium excluſiuè,& inueniuntur quatuor perſonæ, & ita diſtant prædictę ꝑſonæ quarto gradu iure canonico. Sed ſi vna remotius diſtet a ſtipite,tunc numerandum eſt a remotiori,vſq. ad ſtipitem,ut prius dictum eſt, v. g. Si quæratur quantum diſtat pronepos fratris Phares,a nepote fratris patruelis. Ex quo iſte pronepos remotius diſtat ab auo, incipiẽdum eſt ab illo numerãdo vſq. ad auum excluſiue.& inueniuntur quinque perſonæ. Diſtant ergo pronepos fratris Phares, & nepos fratris patruelis ipſius Phares, in quinto gradu, iure canonico, ergo nepos fratris patruelis ipſius Phares põt ducere vxoré pronepoté fratris ipſius Phares. Et in iſta cõputatione puncta nõ dicũt verũ,ut manifeſtum eſt. Poteſt tñ iſta cõputatio etiã reſolui faciliter ad primam. Sed tunc oporteret arborem extendere, ut puncta quæ tũc ponerentur.dicerent verum. Hæc autem q̃ dicta ſunt procedunt ſiue perſonæ diſtent in linea æquali, ſiue in linea inæquali,ut ſupra etiam dictum eſt. Neceſſe tñ eſt cognoſcere,
36 quæ† perſonæ diſtãt in linea æquali,& q̃ in linea inæquali, propter diſpenſationes impetrandas. Nam ſi nepos fratris Phares uellet ducere pronepotem ipſius Phares, oporteret ſic narrare ad habendum diſpenſationem, ꝗ ſ. Titius petit ducere vxorem conſanguineam ſuã Bertam,& Titius diſtat a ſtipite in tertio,& Berta ab eodem in quarto. Nam ſi di-

Digitized by Google

ceretur ſic, Titius petit ducere vxorem Bertã cõſanguinea in quarto gradu, & Papa diſpenſaret, non poſſent iſti uirtute illius diſpenſationis matrimonialis aliter coniugi, quia maior eſt proximitas, quando una perſona diſtat a ſtipite in tertio & alia in quarto, quam ſi ambæ diſtarent in quar-
37 to. Et † diſpenſationes, quia fiunt contra ius commune ſunt reſtringendæ. Pro iſto fa. c. quod dilectio. extra de conſanguinitate & affinitate, & hęc notanter ibi per Doct. quãuis
38 alij teneant oppoſitum. Si † etiam eſſet aliquis legatus habens poteſtatem diſpenſandi in tertio & quarto gradu, ille legatus non poſſet diſpenſare cum perſonis diſtantibus in linea æquali tertio gradu a ſtipite, hoc eſt, ſi ambæ diſtarent tertio gradu a ſtipite, ſed ſolum poſſet diſpenſare, ubi una perſona diſtaret in tertio, & alia in quarto, vel ambæ in quarto a ſtipite, propter rationem iam dictam, & notatur illud per Doct. in d. c. quod dilectio. Si tamen una perſona diſtaret in primo, & alia in quinto a ſtipite, poſſent contrahere matrimonium ſine diſpenſatione, ut frater Phares, poſſet ducere abneptem ipſius Phares.

SEQVITVR ARBOR CONSANGVINITATIS.

Author Arborem Conſanguinitatis in contextu punctis variè notauit & diſtinxit. Cuius nos typum, ſimulque gradus numeri, expreſſimus. Et in eadem omnino ſententia, & commodiori vſu.


IIII Abauus Abauia 4
IIII ppatru' pamita 5
III. Proauus Proauia 3
IIII pauūcū. pmiteru 5
IIII Horū filius filia 6
III Patru' magn' amita magna 4
II Auus Auia 2
III Auūc. magn' mrte. ra mag 4
IIII Horum filius filia 6
IIII. Eorū nepos neptis. 7
III ppior so brin' ppior sob. 5
II Patruus Amita. 3
I Pater. Mater. 1
II Auunc. mrtera. 3
III ppior so brin' pro pior sob 5
IIII Eorudē nepos neptis. 7
IIII Eorū pne. pos pnep. 8
III Horū filius filia 6
II Frī'prui ul amit. so. pa ucl. amit 4
I Frater. 2
I Soror 2
II Cōsobri. consobria 4
III Horū filius filia 6
IIII Eorudē nepos nep. 7
III Horū filius filia 5
II Frīs filius fil 3
I Filius. filia 1
II Sororis filius fil 3
III Horū filius fil. 5
IIII Horū nepos nep 6
III Fratris Nepos neptis 4
II Nepos. Neptis. 2
III Sororis nep. nep 4
IIII Frīs pnepos pne. 5
III pnepos pneptis 3
IIII Abnepos. Abneptis 4
Hæc eſt Arbor con ſan guini ta tis.

DE ARBORE AFFINITATIS. breuis compendioſa enodatio.

1 *Affinitas, quid. Et partiũ explicatio. Et unde cõtrahatur. ibi. & n. 2.*
3 *Affinitas habet diuerſa genera, & diuerſos gradus.*
4 *Affinitatis gradus quomodo cognoſcantur, regula.*
5 *Affinitatis arbor formatur in terminis ibid. Et per. diſcurſum. nu. 6. 7. 8 9 & 10 Et eius typus poſt num 15.*
11 *Affinitatis tantũ primũ genus attenditur in cõtrahendo matrimo.*
12 *Affinitas primi generis eſt perpetuum impedimentum matrimonij.*
13 *Parentes ubi ſunt affines filius mutat interdum attinentiam, interdum non attinet, interdum mutat gradum, interdum neque gradum neque attinentiam mutat.*
14 *Honeſtatis publica iuſtitia, eſt matrimonij impedimentum natum ex conſanguinitate.*
15 *Affinitas aliquando concurrit cum conſanguinitate, aliquando cum publica honeſtate.*

QVia ex conſanguinitate cauſatur affinitas, ideo declarata arbore conſanguinitatis, procedendũ eſt ad arbo-
1 rem affinitatis. Circa quam † notandum eſt, primo, ꝙ affinitati eſt proximitas perſonarum, proueniens ex carnali coniunctione uiri, & mulieris, omni carens parentela. Dicitur notanter viri, & mulieris, & non uxoris, quia licet affinitas iure ciuili non contrahatur, niſi ex iuſti nuptijs. ff. de gradi. l. non facile §. ſciendum iure tamen canonico contrahitur ex qualibet carnali coniunctione uiri & mulieris, ut no. in c. diſcretionem, de eo, qui cogn. conſanguin. uxoris ſuæ. Et quia ſæpius contingit dubitare de affinitate, iure canonico, ideo omnia quæ hic dicentur, principaliter intelligenda
2 ſunt de iure canonico. ¶ Notandum † ſecundo ꝙ non cõtrahitur affinitas ex dicta carnali coniunctione inter uirum & mulierem, quia tunc cognoſcens aliquem mulierem extra matrimonium, non poſſet poſtea cum ea contrahere matrimonium, ut ff. de gradib. l. non facile. §. affines. Nec etiã contrahitur inter conſanguineos uiri, & conſanguineos mulieris, quia duo fratres poſſunt contrahere cum duabus ſororibus, & pater, & filius, cũ matre & filia, ut in c. ſuper his. de

conſan-

conſanguinitate,& affinitate. Sed contrahitur inter virum & conſanguineos mulieris & inter mulierem,& conſangui-
3 neos uiri. ¶Notandum † tertio, ꝙ in affinitate ſunt diuerſa genera & diuerſi gradus. Ad cognoſcendũ genus affinitatis talis datur regula,ꝙ perſona addita perſonæ facit genus affinitatis. verbi gratia. Si frater tuus cognoſcat mulierẽ, illa eſt tibi affinis primo genere affinitatis. Et ſi illã mulierem alius.ſ. Titius cognoſcat,tunc Titius eſt tibi affinis ſecundo genere affinitatis. Et ſi Titius cognoſcat aliã mulierem, illa eſt tibi affinis tertio genere affinitatis, & illi ſunt tibi affines primo gradu, vt ſtatim patebit. Sed quia hodie affinitas non pſtat impedimentũ matrimonio, niſi in primo genere,vt notat gl.c.non debet.de cõſanguinit. & affinita,idcirco ad affinitate ſcđi,& tertij generis,non eſt facienda ꝓſecutio,ſed ſolũ de gradib.
4 Not.†ergo quarto,ꝙ de gradib. affinitatis talis datẽ regula, ꝙ quoto gradu conſaguinitatis aliqs attinet alteri, toto gradu affinitatis attinet illi ꝑſona cõſanguineo cõiuncta carnal. v.g Si frater tuus cognoſcas mulierẽ,tunc qa frater tuus attinet tibi primo gradu cõſanguinitatis, iõ illa mulier attinet tibi primo gradu affinitatis. Et ꝓ intellectu & vt illud ad locũ demõſtreẽ, pt formari arbor affinitatis hoc mõ.
5 Primo † tradẽda eſt linea recta, hñs quatuor gradus,in quorũ ſuperiore ſcribeẽ primus gradus. In ſcđo,deſcẽdẽdo ſcribẽt ſecundus gradus. In tertio,
6 terius gradus. In quarto quartus gradus. Deinde†ad latus dextrũ illius lineæ, poneẽ ẽt linea recta cũ quatuor circulis. In quorũ ſuꝑiore ſcribeẽ frater. In ſcđo fratris filius. In
7 tertio fratris nepos. In quarto, fratris ꝓnepos Deinde†vlterius ad latus dextrũ illius lineæ,ponitur adhuc vna linea recta,cũ quatuor circulis. In quorũ ſuperiore ſcribeẽ vxor fratris olim recta. In ſđo, vxor filij fratris. In tertio vxor nepotis fratris. In quarto, vxor ꝓnepotis fratris. Et ad latus dextrũ illius lineæ,poneẽ vnus circulus, in quo ſcribeẽ,
8 relictus relictæ fratris. Deinde†ad ſiniſtrum latus lineæ primi poſitæ, q̃ cõtinet gradus ponetur alia linea recta habẽs quatuor circulos. In quorũ ſuperiore ſcribetur ſoror. In ſecundo deſcẽdendo,ſororis filia. In tertio ſororis nepotis. In

Digitized by Google

gradum, & interdum neq; mutat gradũ neq; attinentiam. v.g. Si tu, & ego ſumus affines, quia ego contraxi cum cõſanguinea tua, tunc ſi ꝓcreem filium ex illa cõſanguinea tua, iſte filius meus mutat attinentiã, q̃a ego ſum tibi affinis, ſed filius meus non eſt tibi affinis, ſed conſanguineus. Et ſi procreem filium ex alia muliere, ille non attinet tibi, neq. conſanguinitate, neq. affinitate. Et ſi tu conſanguineus uxoris meæ, ꝓcreaueris filiũ, ille nõ mutat attinentiã, q̃a eſt mihi affinis. Sed ſi tu, & uxore mea eſtis in linea æquali cõſanguinitatis uel in linea inæquali, & tu es remotior. ſ. in tertio, & uxor mea in ſcđo, tũc filius tuus mutat gradũ affinitatis, quia tu es affinis meus in tertio gradu, & filius tuus in quarto: Sed ſi uxor mea eſt remotior, uidelicet in tertio, & tu in
14 ſcđo, tunc filius tuus non mutat gradum. ¶Not † ſeptimo, ꝙ ex conſanguitate oritur adhuc aliud impedimentum, qđ uocatur, publicæ honeſtatis iuſtitia. Et eſt publica honeſtas proximitas ꝑſonarum, proueniens ex ſponſalibus. Et illud impedimẽtum protendit, ſicut impedimentũ cõſanguinitatis, & affinitatis, ut inter aſcendentes, deſcendentes omni gradu, & inter collaterales uſq; ad quarũ gradũ incluſiuè.
15 ¶Not. finaliter. † ꝙ affinitas aliq̃n cõcurrit cum conſanguinitate, & aliq̃n cũ publica honeſtate. Aliq̃n eſt ſola affinitas, & aliq̃n eſt ſola publica honeſtas. v.g. Si frater meus cognoſcat cõſanguineã meã, illa eſt mihi cõſanguinea, & affinis. Et ſi cognoſcat ſibi deſpõſatã, illa attinet mihi affinitate, & publica honeſtate. Sed ſi frater meus deſpõſauerit aliq̃, & ea nõ cognoſcãt, illa attinet mihi ſolũ publica honeſtate. Ex q̃bus patet, ꝙ ſi q̃s uxore ſua mortua uelit cõtrahere cũ cõſanguinea mortuę vxoris in gradu ꝓhibito, nõ põt ſine diſpenſatione Papæ. Et ſi impetret talis diſpẽſatio, hoc mõ. Petit Titius cõtrahere matrimoniũ cũ Berta conſanguinea uxor. ſuæ mortuæ, i tali gradu, nõ obſtãte affinitate, nõ ualet diſpẽſatio. Sed oportet, ꝙ dicat nõ obſtãte affinitate, eo ꝙ Titius cognouit cõſanguineã Bertę, nec obſtãte publica honeſtate eo ꝙ Titius deſpõſauit dictã cõſanguineã Bertę, & illo mõ ualet diſpẽſatio, & põt ꝓcedere matrimoniũ.

Sequitur arbor Affinitatis.

DE COGNATIONE SPIRITVALI, compendioſa explicatio.

1 *Cognatio ſpiritualis quid Et unde oriatur nu. 2.*
3 *Cognatio ſpiritualis proueniens ex baptiſmo, & confirmatione, interdum præcedit matrimonium, interdum ſequitur. Et quid ſi præcedat. Quid itidem ſi ſequatur.*
4 *Cognatio ſpiritualis habet tres ſpecies.*
5 *Cognatio ſpiritualis tripliciter tranſmittitur ad aliam perſonam. Et quomodo ibid. & nu. 6. Et quotupliciter. Et nu. 7 Fallit, num 8.*
9 *Cognationis ſpiritualis arbor qualiter formetur in terminis. Ibi. & per nu 10. 11. 12. 13 & 14 Item, eius typus poſt nu. 19.*
15 *Cognationes ſpirituales ſeptem oriuntur, quando leuatur puer in baptiſmo, a perſona coniugata poſt matrimonium conſummatum, habente unam prolem. Idem ex parte baptizantis, nu. 16.*
17 *Cognatio ſpiritualis, poteſt contrahi per procuratorem, ante contractum matrimonium, poteſt etiam id Vniuerſitas, nu. 18.*
19 *Cognatio ſpiritualis non contrahitur in Eccleſia, ſi puer fuerit baptizatus in domo. Et ubi contrahatur.*

Circa materia cognationis ſpāli q̃ impedit etiā m̄rimoniū contrahendū, notandū primo, † ꝙ cognatio ſpālis, eſt proximitas perſonarum, proueniens ex datione ſacr̄i, vel ſacr̄alis vel ex tentione, vel ſuſceptione ad illud. Nam ſicut cognatio naturalis orit̄ ex gñatione, per q̃ acquiritur eſſe naturale, ſic cognatio ſpiritualis orit̄ ex regeneratione ſeu ſacr̄i, vel ſacr̄alis donatione, per q̃ acquiritur eſſe gr̄æ. 3. q. 1. c. oẽs. & de cognatione ſpirituali. c. vlt. ¶ Notandum
2 ſecundò † ꝙ cognatio ſuiritualis oritur ex duobus ſcaramentis, ſ. baptiſmo, & confirmatione, & ex vno ſacramentali. ſ. cathecíſmo, ut in c. quanuis, de cognatione ſpirituali. lib. vj. Sed quia cognatio ſpiritualis proueniens ex cathecíſmo; non dirimit matrimonium cõtractum, ſed tantum impedit contrahendum, vt c. contracto. de cognatio. ſpiritua. & in c. per cathecíſmum eod. tit. lib. vj. & quia etiam cognita cognatione ſpirituali proueniente ex baptiſmo, & cõfirmatione, faciliter cognoſcitur cognatio ſpiritualis, proueniens ex cathecíſmo, idcirco de cognatone proueniẽte

ex

ex baptiſmo & confirmatione ſolum fiet proſecutio. Not.
3 † ergo tertio, ꝙ cognatio ſpālis, quæ prouenit ex baptiſmo & cōfirmatione, interdū præcedit matrimoniū, & interdū ſequit̃. Si p̄cedit matrimoniū, tūc impedit cōtrahendū, & dirimit contractum, ut de cogn. ſpiri. c. ueniēs. Si ā t ſequitur matrimoniū tunc non dirimit contractū, ſed impedit exactionē debiti. v. g. Si quis leuaret filium ſuū de ſacro fonte, vel teneret eum in confirmatione, ille non poſſet exigere debitum ab vxore ſua, matre uidelicet illius filij, ſed exactius deberet reddere, ut tractant Doct. in c. ſi vir. de cogn. ſpiri. Et illud eſt verum, ſi faciat ſine neceſſitate, ut 30. q. 1. c. ad limin. & ſciēter, ut in d. c. ſi vir. Sed pōt Eṗs in illo impedimento diſpenſare, ut ēt poſſit debitum exigere. Et in iſta opinione eſt maior pars doctorum Canoniſtarū, & etiā Theologorum. Illud. n. tenet S. Th. in quarto ſcripto ſuo ſuper diſt. 30. licet Card. in d. c. ſi uir. teneat contrarium, quia vt dicit, illud non reperitur aliquo iure prohibitum. Not.
4 † quartò, ꝙ cognatio ſpālis non hēt gradus, ſed hēt tres ſpecies. Quarum una dr̃ paternitas, & eſt inter baptizantem, confirmantem, tenentem, ſeu ſuſcipientem, & inter baptizatum, confirmatum, & tentum ſiue ſuſceptum. Secunda ſpecies, dr̃ compaternitas, quæ eſt inter baptizantem, confirmantem, tenentem, ſeu ſuſcipientem, & inter patrem, & matrem baptizati, cōfirmati, ſuſcepti, ſeu tenti. Tertia ſpēs eſt fraternitas, quæ eſt inter baptizatum, confirmatum, ſuſceptum, ſeu tentum, & inter proles baptizantis, confirmā-
5 tis, ſuſcipientis, ſeu tenentis. Not. † quintò, ꝙ iſta cognatio ſpālis dupliciter trāſmittitur ad aliam perſonam. Vnó mō ad coniugem per matrimonium carnali copula conſummatum, v. g. Si ego ſuſcipiam filium tuum de fonte, uel teneam eum in confirmatione, tunc illa cognatio ſpālis tranſmittitur ad uxorem meam prius carnaliter cognitam. Et ideo vxore tua & me defunctis, tu non potes habere vxorem meam, quia licet ipſa non leuarit filium tuum, eſt tamen commater tua propter me, ut in c. Martinus. de cogn. ſpir. Et ratio eſt, quia uir & vxor poſt carnalem copulam cōmicant ſibi inuicem actiones ſpirituales, non autem paſſiones


nes ſpāles. Et ideo ſi ſuſceperim filium tuum, quem habes ex alia muliere,& non ex vxore tuā,poſſum te mortuo con trahere cum vxore tua, quia ꝙ filius tuus a me eſt leuatus paſſiuè,non trāſit ad vxorem tuam,vt notant Doct. in d.c.
6 Martinus. ¶ Dixi notanter,† quod iſta cognatio tranſit ad coniugem, quia per carnalem copulam extra matrimoniū nō tranſit ſpālis cognatio,ut notant Doct.in c.1. de cogna. ſpiri.li.6. Dixi ēt notanter,carnali copula conſummatū. ſ. matrimoniū,quia ſi ego deſponſaui mulierē,& ſuſceperim filium tuum ante,q̄ cognoui eā,poteris tu me mortuo con
7 trahere cum illla.30.q.3.c.ſiquis ex vno.Secundo† trāſmittitur cognatio ſpālis ad aliam pſonam.ſ.a patre baptiāzte, confirmante,ſuſcipiente ſeu tenente ad proles ſuas,& ideo inter baptizatum,confirmatum,& proles baptizantis confirmātis,&c. non pōt eſſe matrimonium.30.q.3.c. Pitacio. & in c.ex literis.de cogna.ſpiri. ſiue iſte proles natæ ſint antè,ſiue poſt,vt in c.tua nos.de cogna ſpiri. Et ēt hoc verum
8 †eſt,quanuis proles ſint illegitimæ,ut in c.ſi de cogn.ſpiri. non tñ econtra tranſmittitur cognatio ſpālis a prole in patre, & iō ſi filius meus ſuſceperit filiam tuam de fonte, uel tenuerit eam in confirmatione, ego poſſum cum illa contrahere,& ratio eſt, quia matrimonium eſt edictum prohibitorium,c.cum apud de ſponſa. ꝙ non dēt extendi ad perſonas,quæ in prohibitione non exprimuntur.¶Notandum
9 †ſexto,quod arbor cognationis ſpālis pōt ſic formari. Primò poni debēt ſuperius tres circuli in illa ſituatione, ſicut in arbore cōſanguinitatis ponuntur abauus propatruus, & proauunculus, & in circulo ſuperiori ſcribetur, baptizans, confirmans,ſuſcipiens ſeu tenens, & in circulo ad dextrum latus ſcribetur,filij baptizantis, confirmantis, ſuſcipientis ſeu tenentis.In circulo ad ſiniſtrum latus ſcribetur,vxor baptizantis,confirmantis, ſuſcipientis ſeu tenentis. Inferius aūt ponuntur ēt tres circuli in illa ſituatione, ſicut in arbore conſanguinitatis ponuntur truncus,frater,& ſoror, & in circulo,qui ſituatur loco trunci,ſcribetur,baptizatus, confirmatus ſuſceptus ſeu tētus.In circulo ad dextrū latus ſcribetur,fratres & ſorores baptizati, confirmati, ſuſcepti ſeu

tenti

17 & confirmante. ¶Notandum † ſeptimo, ꝙ confirmatio ſpiri tualis poteſt contrahi per procuratorem ante contractum matrimonium, ſecus autem poſt, ut v.g. Facio leuare filium tuum per clericum meum, & efficior cognatus ſpiritualis, ſecundum communiter doc. in c. ueniens. de cogna. ſpiritua li. Et dico notanter, ante contractum matrimonium, quia ſi facerem leuare filium vxoris meæ ex alio uiro, non fierẽ cognatus uxoris meæ, & poſſem exigere debitum, ſecun dum dominum Panor. qui illo modo cõcordat diuerſas opi niones doctorum in hac materia in d. c. ueniens, & ut ibi
8 volunt docto. Poteſt etiam † vniuerſitas per procuratorem contrahere cognationem ſpiritualem, non quo ad ſe, quia non habet animam, nec eſt baptizata, ſed quo ad ſingulos de vniuerſitate, etiam ante cõtractum matrimonium, ſecus autem poſt, quia diſpoſitio concepta in uniuerſitate reſolui tur, ut concernat ſingulos, ſi actus non cadat in uniuerſita tem, ut res potius ualeat, quam pereat, facit c. ſi ſententia. & gl. ſuper verbo, in uniuerſitatem. in c. Romana. de ſentẽ. excommunica. l. 6. Dico notanter ante matrimonium con tractum, quia ſi bidellus uniuerſitatis facere leuari filium ſuum per procuratorem, nomine vniuerſitatis, tunc contra hitur cognatio ſpiritualis cum ſingulis de uniuerſitate, ſed non contrahitur inter ipſum bidellum, & ſuam uxorem, quamuis ipſe ſit membrum vniuerſitatis. ¶Notandum
9 † finaliter, quòd ſi puer ſit baptizatus in domo, ſicut ſæ pe contingit, tunc in Eccleſia non contrahitur cognatio ſpi ritualis, quia non reiteratur ſacramentum, ſed cognatio ſpi ritualis contrahitur in donatione ſacramenti, uel tentione ad illud, ut ſupra dictum eſt. facit ca. ſicut ſemel. 68. diſt. ſed in hoc caſu contrahitur cognatio ſpiritualis in domo.

SEQVITVR ARBOR COGNATIONIS SPIRITVALIS.

Digitized by Google



Filij bapti confirman. tenentis
Baptizans Confirmans. Tenens.
Vxor bapti zātis confir. tenentis:
Impedimentum
Nullum Impedimentum
Nullum Impedimentum
Impedimentum
Nullum Impedimentum
Impedimentum
Impedimentum
Nullum Impedimentum
Impedimentum
Impedimentum
Fratres et so ro bapti cō. firma tenti
Batizatus Confirmatus Tentus
Pater et ma ter bap con fir. tenti.

DE SERVILI COGNATIONE
Titulus VII.

CONtinuatur ſic; Viſum eſt ſupra qualiter ſucceſſio per cognationem ſeu agnationem deferatur, ex quo poſſet aliquis dubitare an ſucceſſio etiam deferatur per cognationem inter perſonas ſeruilis conditionis. Et ideò tractatur hic de ſeruili cognatione. ¶Et circa rubricam notandũ, ꝙ aliqui textus habẽt iſtam rubricam, & aliqui non. Et rõ eſt, quia tractatur hic de ſucceſſione eorum, qui fuerũt in ſeruitute, quandiu. n. aliqui permanent in ſeruitute, nulla eſt inter ſucceſſio Sed poſtquam perueniunt ad libertatẽ, tunc datur ſucceſſio ex cognatione, quæ cõtracta eſt, qñ fuerunt in ſeruitute. Ex quo patet, ꝙ ſi aliquis exiſtens in ſtatu inferiori, habeat aliquam conditionem, & poſtea perueniat ad ſtatum ſuperiorem, non amittit illam conditionem. Et ideo dicit Bar. in l. Alexandrinus, C. de decu. lib. 10. ꝙ licet doctor, qui legit. 20 annis in ſcholis, factus ſit comes, ſi tñ ante fuit popularis, & ſit ſtatutum ꝙ nemo poſſit promoueri ad officia, ſeu honores, niſi ſit popularis, adhuc iſte doctor poterit ad tales honores aſſumi. Ex quo etiam patet, ꝙ ſi magiſter artium receptus ſit ad facultatem artium, & poſtea promoueatur in altiori facultate, propter hoc non debet priuari honoribus & officijs in facultate artium.

§. Illud certum eſt.

1 *Summarium huius. § per D. Nicaſ.*

2 *Cognatio non contrahitur inter perſonas ſeruilis conditionis, neque ciuili neque prætorio iure, quo ad tutelas & ſucceſſiones. & nu. 4.*

3 *Seruus quandiu manet in ſeruitute, non ſuccedit ab inteſtato, nec ſibi ſucceditur.*

5 *Dominus cur non ſuccedat ab inteſtato per ſeruum.*

1 Summatur ſic: † Iuncti cognatione exiſtentes in ſeruili conditone, poſtea facti liberi olim non ſuccedebant. Hodie tñ per conſtitutionem domini Iuſtiniani ſuccedunt, & eis ſucceditur, Hoc dicit, & patet intell. text ¶Notandum

2 primò, quòd † inter perſonas ſeruilis conditionis non contrahitur cognatio, neq. iure ciuili, neque iure prætorio, quo ad

Digitized by Google

5 §. nolo. ¶Opp. † primò ſic, & vr. ꝙ dominus poſſit cedere ꝑ ſeruum exiſtentem in ſeruili conditione, quia quando ſeruus eſt inſtitutus in teſtō, dominus fit hæres per ſeruum, ergo etiam dñs ſuccedit per ſeruum ab inteſtato, a ſimili. Solu. Dicit Io. Fab. quod mirādum eſt, quòd dominus non ſuccedat ab inteſtato per ſeruum. Sed dicit rationem, quia ſucceſſiones ab inteſtato non deferuntur, niſi per eius. Et ſ n ius ſeruus nihil eſt, ut l. quod attinet ff. de reg. iur. Sed qñ ſeruus inſtituitur in teſtō, tunc hæreditas defertur per uoluntatem teſtatoris, cui ius conſonat, & ita non eſt ſimile. ¶Opponitur finaliter, & videtur, quod ille qui fuit liber, & poſtea factus eſt ſeruus, ſi manumittatur, poteſt ſuccedere. Cuius contrarium dictum eſt in finali notabili, per l. ex libera. C. de legitimis hæredibus. Solu. Illa lex loquitur, quo ad honores; hic autem loquitur, quo ad ſucceſſiones.

§. Repetitis itaque.

1 *Proximior gradu, non ſemper eſt propior ſucceſſione*
2 *Agnationis integrū ius, quādo quis dicatur habere Et quid ita nu* 4
3 *Cognationis & agnationis differentia, hodie ſublata eſt.*
5 *Succeſſiones non fuerunt in ſtatu innocentiæ quo tempore non erat neque tuum, neque meum.*
6 *Succeſſiones. uarie deferuntur.*
7 *Statutorū localiū & conſuetudinum uis ibid & n* 8. 9. 10. & 11.
12 *Succeſſione, ſunt reciprocæ fallit in liberto & patrono.*
13 *Succeſſiones quædam ſunt in ſtirpes. quædam in capita.*
14 *Fratres & ſorores, qui dicantur conſanguinei, Qui uterini qui vtrimque coniuncti & germani.*
15 *Aſcendentes & deſcendentes, ſuccedunt in infinitum, collaterales vſque ad* 12 *gradum.*
16 *Succedere ab inteſtato, qui & qualiter poſſint varie diſting. ibi & per diſcurſum. Atque nu.* 17 18. 19. & 20
21 *Mari qualiter liberi, ab inteſtato ſuccedant in diſtin & nu.* 21. 24. 25. 26. 27. 28 & 29.
23 *Mater tribus potiſſimum caſibus reddit ſe indignam ſucceſſiones.*

1 Non ſemper † qui proximior eſt gradu, eſt proximior in ſucceſſione, quia ſui hæredes gradu remotiores exclu-

Digitized by Google

dunt oẽs agnatos & cognatos, quãuis ſint gradu proximiores, & agnati habentes integrum ius agnationis. gradu remotiores, excludunt cognatos gradu proximiores, exceptis fratrib. & ſororib. emancipatis, qui q̃uis ſint loco cognatorum, p̃feruntur tñ agnatis ulterioris gradus. h. d. ¶Not. primo. quod iſte. §. nõ ſolum reſpicit iſtũ titulũ, ſed oẽs titulos in hoc tertio libro, ſup. habitos. Similes dictũ eſt ſup. de Or

2 ficia. §. fi. & de cognato. ſucceſ. §. fin. ¶Not. † ſcđo, ꝙ aliquis dr̃ hr̃e integrũ ius agnationis, qui nõ eſt capite diminutus, ut ſup. de cognato. ſucceſ. §. talis. n. ſ. capite diminutus, iure ciuili eſt incognitus, nec illo iure ſuccedit, ut ſup. de Orfic.

3 §. ſciendum. ¶Not. † tertio, quod notãter dr̃ in textu, quod agnatus plerunq. potior hr̃, q̃ cognatus proximior, q̃a non eſt ſemper uerum. Nã frater & ſoror emancipati, iure ciuili non cõputantur inter agnatos, ſed cognatos. & tñ p̃ferunt agnatis vlterius gradus ut hic in textu. ver. exceptis. ¶Not.

4 quarto † quod iſte. §. q̃tum ad primũ rñſum, quo dr̃, quod ſui hęredes, vel q loco ſuorũ ſunt, remotiores p̃feruntur in ſucceſſione agnatis & cognatis proximioribus, vt abnepos, q eſt in quarto gradu, p̃fert fratri, q eſt in ſecundo, hodie adhuc habet locum. Sed quantum ad ſm rñſum, in quo dr̃, quod agnatus etiã ſi ſit longiſ. gradu, id eſt, decimo, ſup. de cogn. ſucceſ. §. hoc loco, præfertur proximiori cognato, ut nepos patrui, q eſt in quinto, uel ꝓnepos eius qui eſt in ſexto, p̃fertur auunculo, qui eſt in tertio, hodie non hẽt locũ, quia dr̃ia cognationis & agnationis ſublata eſt in Auth. ceſſante ſucceſſiones. C. de legi. hære. & §. 1. in Auth. de hær. quæ ab inteſta. defe. colla. 9. ¶Et quia Doct. hic cõiter ponunt ſummariam diſtinctioné ſucceſſionum ab inteſtato, idcirco ex dictis Doctorum, ẽt quandam diſtinctioné propoſui hic annectere, pro cuius intellectu aliqua ſunt præmittenda. Primo, quod ſecundũ do. Anto. de But. in c. p ue-

5 nerabile, extra. qui filij ſint legi. in ſtatu † innocentiæ, non fuerunt ſucceſſiones, nec fuiſſent, ſi ſtatus ille duraſſet, q̃a non ferunt meum, neq. tuum. poſtea aũt in ſtatu naturæ lapſæ, inceperũt ſucceſſiones deferri in ore gẽtium ſine limitatione, q̃a ſuccedebant illegitimi ſicut legitimi, poſt hoc ſuper-

ſuperuenit ius ciuile, quo limitatæ ſunt ſucceſſiones, dein-
de plus declaratæ ſunt per prætores, & poſtmodũ ꝑ ius Au
then. de iure ſucceſſionũ determinatè poſitę ſunt. Secũdo,
5 † præmittẽdum eſt, ꝙ aliquæ ſucceſſiones deferuntur iure
cõi, & aliquæ iure ſingulari. Illæ aũt deferuntur iure ſingu
lari, quæ deferuntur per ſtatuta & conſuetudines locorum,
& uocantur ſucceſſiones locales, vel ſingulares. Nã per ſta-
tuta & cõſuetudines derogatur iuri poſitiuo, ut c. fi. extra,
de conſue. Nam populus põt aliquid ſtatuere contra conſti
tutionem principis, quia princeps habet authoritatem con
dendi iura a populo ut notat Ant. in c. 1. extra de trasla. pre
7 la. Tertio, præmittendum † eſt, & elicitur ex prædictis, ꝙ
per ſtatuta localia, & cõſuetudines põt fieri, ꝙ ille, qui ſuc-
cederet de iure cõi, non ſuccedat, & ideò in regno Franciæ
filij naturales tantum non ſuccedunt matri, qui tñ de iure
8 cõi ſuccederent. Et põt fieri ſtatutum, † ꝙ ſecularis perſona
vtriuſq; ſexus excludat in ſucceſſione religioſum. Et ita no-
tat Goffr. in c. quia ingredientibus. extra de teſta. Et ſic ſta-
tuta aliquorum locorum, habent, ꝙ tantum maſculi ſucce-
dunt, aliqua ꝙ duæ ſorores ſuccedunt loco unius fratris,
quòd primogenitus ſolus ſuccedat, vt vult idem Goff. in c.
9 Raynutius, extra de teſta. Poteſt eſt fieri, quòd illi qui † iure
communi non ſuccedunt, ex ſtatuto poſſint ſuccedere, vt
ſpurij, ut notat Bal. in §. & quia vidimus, in prin. libri feu
dorum. Vel põt fieri, quòd collaterales excludãt aſcenden-
tes, vt l. fi. C. cõmu. de ſucceſſ. Põt ẽt fieri ꝑ ſtatuta, ut ſi q̃s
decedat ab inteſtato, nullum habens hæredẽ ſi ſit clericus,
quod epiſcopus ſuccedat, ſi ſit laicus, quod fiſcus ſuccedat,
ut notat Io. Fab. ſup. de hęred. quæ ab inteſta. deferuntur, in
prin. Per ſtatuta tñ laicorum non conſtringuntur clerici,
quãtum ad illa bona, quæ acquirunt poſt clericatum. Secus
fortè de patrimonio, quod clerici ante clericatũ habuerũt,
quia tunc ſtatuta poterant eos ligare, ut no. in c. quod cleri
10 cus. extra de fo. compe. Et † ex iſtis patet. quod ille qui eſt
priuatus priuilegijs alicuius loci, non poteſt ſecundum illa
priuilegia ſuccedere, ut vult Bart. in q. quæ incipit. ſtatuto
Lucanæ ciuitatis, ut bannitus ex aliquo loco non ſuccedat,

Digitized by Google

per ſtatuta illius loci, ut notat Bar. in l. certa forma. C. de
11 re fiſci. li. 10. † Quartò, premittendum eſt, dicenda nō debe
re intelligi in feudis uel in emphyteoſi, quia feuda non pro
prie deferuntur per ſucceſſionem, nec iure hęreditario, ſed
potius per prouidentiā, vt vult Bal. in §. & quia vidimus. in
12 prin. libri feudorum. Quintò p̄mittendū † eſt ſucceſſiones
ſunt reciprocæ, ut ſi ego non ſuccedo tibi, tu non ſuccedes
mihi. ut volunt Doc. in l. lege. C. de legit. hæred. Hoc m̄ fal
lit in liberto & patrono, quia licet patronus ſuccedat liber
to, tn̄ libertus non ſuccedit ſibi. Sexto præmittēdum eſt, ꝙ
13 † aliquæ ſunt ſucceſſiones in ſtirpes, & aliquæ in capita. Et
dr̄ ille ſuccedere in ſtirpem, qui non ſuccedit ex ſua perſo
na, ſed ex perſona, a qua habet originē. & vocatur ius illius
ſucceſſionis, ius repræſentationis. Sed illi dn̄r ſuccedere in
capita, qui ſuccedunt ex ſuis proprijs perſonis, ſeu ex ſuis
capiti. ut in l. poſt fratres. C. de legit. hære. In qua l. dicit Sa
li. ꝙ priuilegium ſuccedendi in ſtirpes. datum eſt oībus de
ſcendentibus, exceptis liberis primi gradus, & aſcendenti
bus in capita: collateralib. autē ēt datum eſt ſuccedere in ca
pita, exceptis filijs fratrem & ſororum. Septimò præmitē
14 dum † eſt, ꝙ fratres vel ſorores nati ex uno patre, uocantur
conſanguinei, ex una matre vocātur uterini, ſed nati ex eo
dem patre & matre, uocantur vtrinque coniuncti vel ger
15 mani. Vltimo præmittēdum † eſt, ꝙ deſcendentes & aſcen
dentes ſuccedunt vſq. in infinitum, collaterales aūt vſq. ad
22. gradum. Et in hac ſucceſſione debet gradus cōputari ſm
ius ciuile, & non ſm computationē iuris canonici. Iſtis ſic
16 præmiſſis, diſtinguendum eſt † de ſucceſſione ab inteſtato,
quia vel decedens eſt ſeruus, vel eſt liber. Si ſit ſeruus, tunc
nullus ſuccedit ei, ut l. ſeruus. C. cōmu. de ſucceſ. quia quic
quid habet ſeruus, pertinet dn̄o ſuo, ſup. de his, qui ſunt ſui
vel alieni iuris. §. in p̄tāte. Si ſit liber, tunc aut nihil pōt ha
bere, aut pōt aliquid habere. Si nihil pōt hr̄e, tunc vel hoc
eſt ex delicto ſuo, aut ex merito. Si ſit ex delicto, tunc nul
lus ei ſuccedit, ſed fiſcus occupat oīa bona ſua c. quo iure.
octauo diſtinctio. Sed ſi ex merito, puta, quia factus eſt re
ligioſus, & tunc ſi monaſterium pōt hr̄e bona in cōi, ſucce
dit

Digitized by Google

dit ſibi,ſalua legitima liberis ſuis,ſi quos habeat l. Deo nobis.C.de epiſ. & cle. Si vero monaſteriũ non põt hře bona in cõi,tunc ſm Io. de Lignano, alij ſuccedentes habebunt hæreditatẽ ſuam, & non monaſterium,in cle.dudum de ſepul.& iſta opinio videtur verior, quanquã aliqui dicant, ꝙ tũc ſuccedit eccleſia Romana; & aliqui, ꝙ iſta bona debẽt applicari ad vſus illius monaſterij, in quo iſte decedit. Si aũt põt aliquid hře,tunc aut eſt libertus, aut eſt ingenuus. Si ſit libertus,tunc vel habet liberos vel non.Si hẽt,illi debent ſuccedere excluſis oĩbus alijs,ut in §. prodeſſe inſ. de ſucceſ liber.Si nõ hẽt liberos,tunc vel hẽt patronũ vel nõ. Si hẽt patronum,ille ſuccedit, & alios excludit,niſi patronus feciſſet aliquid, pp quod eſſet priuatus iure ſucceſ liberti,vt in §.ſed noſtra,in gl infr.de ſucceſ.lib. Si nõ habet patronũ,tunc vel ſuperſunt liberi patroni,vel nõ. Si ſic, illi ſuccedunt æqualiter in capita,niſi vni eorũ ſit aſſignatũ ius ſucceſſ.liberti,qui tũc ille ſolus ſuccedit,& ſi ille moriatur alij ſuccedunt in capit.inſ.de aſſigna liber.§.1. Si nõ ſuperſunt liberi patroni,tũc aut ſuperſunt collaterales ipſius patroni,aut non. Si ſic,illi ſuccedunt vſq. ad quintũ gradũ. §. multis inſ.de ſucce.liber. Iſtis aũt deficientibus ſuccedunt aſcendẽtes & collaterales ipſius liberti,eodẽ modo,ſicut diceretur de ingenuis,Si vero decedẽs ſit ingenuus,tunc aut ſuperſunt deſcẽdentes,aut nõ.Si ſuperſunt deſcendentes,aut illi ſunt ſerui, aut nõ Si ſint ſerui,tunc nõ ſuccedunt ab inteſtato,ſicut ẽt eis non ſucceditur vt l.ancillæ.C.Cõmu.de ſucceſſio.Si aũt ſunt liberi,tunc aut ſunt naturales, & legitimi, aut ſunt legitimi tm̃, aut ſunt naturales tm̃, aut ſunt vulgo q̃ſiti,ſeu ſpurii,aut ſunt ex dãnabili coitu nati Si ſint naturales & legitimi,tunc ſuccedũt in infinitũ,& excludũt oẽs alios,in Auth.de hæred.qui ab inteſta.veniunt §.1. col
17 la.10.Eſt † tñ inter eos differentia,quia ſi deſcedent ex eodem patre & matre, tunc ſuccedunt æqualiter ſine differentia ſexus,aut etiã emancipationis,aut patriæ poteſtatis, ut in §.nullam.in Auth.de hæredi. qui ab inteſt. veniunt. Sed ſi aliqui deſcendant ex eodem patre, & aliqui ex eadẽ matre,tunc deſcendentes ex patre æqualiter ſuccedunt in bo-

Digitized by Google

nis paternis, & deſcendentes ex matre, in bonis maternis, & oēs æqualiter in acquiſitis per patrem, & matrem, ut in Auth. de conſang. & vteri. fra. per totū colla. 6. Diſtinguen
28 dū † eſt ēt, an illi ſint paris gradus aut diſparis. Nam ſi ſint paris gradus, & primi gradus, ſuccedunt æqualiter in capita. Si aūt ſint diſparis gradus, vt puta nepotes ſuccedunt cū patruis ſuis, tunc patrui ſuccedunt in capita, & nepotes in ſtirpes. §. cū filius ſup. de hære. q̄ ab inteſta. deferuntur. De
29 vlterioribus † ēt poſt filios, adhuc eſt diſtinguendum, quia aut ſunt concepti in vita illius de cuius ſucceſſione agitur, aut non. Si ſic, tunc ſuccedunt in locū patres, ſi pater nō velit ſuccedere, aut mortuus ſit, Auth. in ſucceſſione C. de legi. hær. Si non ſint cōcepti in vita illius, tunc aut p̄r eorum adiuit hęreditatē, aut mortuus eſt inf. tp̄s delibe rādi, & tūc ſuccedunt in locū patris, per l. 1. C. de his, q̄ ante aper. tab. Si verò pater eorum non adiuit hæreditatē, uel mortuus eſt poſt tp̄e deliberandi repudiata hæreditate, tunc non ſuccedunt in locum patris, & p̄cedunt eos oēs agnati, & cognati vſq. ad legitimum gradum, ut l. ut in teſtō C. de legit. hær. & in §. cū aūt quæritur. verſ. plane ſup. de hær. q̄ ad inteſta. deferuntur, & hoc apparet valde durū pro filijs, & bonum
30 eſſet de hoc aliam determinationē iuris habere. Et † quod dictum eſt de naturalibus, & legitimis, debet etiā intelligi de legitimatis per curiam principis, vel p̄ ſubſequens matrimonium, de quib. ſup. in §. quibus de hær. quæ ab inteſta. deferuntur. Si autem ſint legitimi tm̄. ſ. adoptiui tunc aut ſunt, emancipati, aut non. Si ſic, tunc non ſuccedunt patri adoptiuo, niſi eſſent arrogati impuberes de quorum priuilegio dictum eſt ſup. de adoptio. §. cum autem impubes. Si ſint emancipati, tunc ſuccedunt patri adoptiuo, cum filijs naturalibus & legitimis, ſiue ſint in p̄tāte, ſiue non, ut l. cum in adoptiuis. C. de adop. Si autē ſint naturales tm̄, tunc aut pater habet alios legitimos & naturales, & illi nullo mō ſuccedunt patri. Aut nō habet, & illi ſuccedunt in duabus vncijs. ut l. licet. C. de naturalib. lib. Si autē ſunt vulgo q̄ſiti, tunc nullo mō ſuccedunt patri, in Auth. quib. mod. nat. ef-
31 fic. legimi. §. ſi. De matre autem diſtinguendum † eſt, quia aut

aut

Digitized by Google

aut eſt illuſtris, aut non. Si ſic, tunc aut hẽt alios liberos naturales & legitimos, & iſti nõ ſuccedunt; aut non, & iſti ſuccedunt in totum. Si vero non eſt illuſtris, & habet alios filios naturales & legitimos, tunc iſti ſuccedunt cum illis, ſi non habeat, ſuccedunt in totum, & iſta notatur per Doct. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. & multo fortius naturales. tm̃, ſuccedunt matri ẽt illuſtri, ſi non habeat alios naturales legitimos. Si aũt ſint ex dãnabili coitu, tunc non ſuccedunt patri neq. matri, Auth. ex complexu. C. de inceſ. nup. Patet tñ tenetur oĩbus iſtis procurare alimenta, ut in c. cum haberet, extra de eo, qui dux. in matrimoni. quã polluit per
22 adulteriũ. Si † aũt quis decedat relictis tm̃ aſcendentibus, tunc põt diſtingui, ſicut dictũ eſt de deſcendentibus, vt ſi decedens ſit naturalis tm̃, vel legitimus tm̃, vel ſpurius tũc parentes ſuccedunt liberis, ſicut liberi ſuccedunt parentibus, notat Bar. in l. ſi gener. ff. de his qui. vt indig. Sed ſi decedẽs ſit naturalis & legitimus, tũc aut ſuperſunt pr̃ & mater, aut alter eorum, aut alij ſuperiores parentes. Primo caſu ſuccedunt pater & mater æqualiter, nec pater excludit matrem, ut olim faciebat Auth. defuncto. C. ad Tertull. Si alter tm̃; ille ſuccedit excluſis oĩbus alijs, vt l. ſi. C. ad Orfic. Niſi eẽt
23 mater, q̃ † ſe feciſſet indignam ſucceſſione, quod contingit in tribus caſibus. Primus caſus eſt, ſi tranſeat ad ſecunda vota non petendo tutorem pupillo ſuo l. omnẽ. C. ad Tertul. Secundus caſus, ſi tranſeat ad ſecunda nota relicto pubere, quia tunc ſolum ſuccedit in bonis paternis, ut in l. mater, C. ad Tertull. Tertius caſus, ſi mater turpiter vixerit, aut luxuriata fuerit, ut in Auth. de non eligen. ſecundo nuben-
24 tes, §. cum igitur. colla. 1. Si autẽ † ſuperſint ſuperiores parentes, hoc eſt, auus, & auia &c. tũc proximiores ſuccedũt, & ſi plures ſint eiuſdem gradus, ſuccedunt in capita. Si tñ paterni & materni ſint diſparis numeri, tunc patrimonium diuiditur in duas partes, & vna medietatem habebunt paterni, & aliã materni, ſiue ſint plures, ſiue pauciores, ut notatur in Auth defuncto. C. ad Tertullianum. Si autem cum parentibus ſuperſint collaterales, diſtinguendum eſt, quia aut ſunt fratres vel ſorores defuncti, vtrinque coniuncti,

Digitized by Google

& illi ſuccedunt, ſiue cum patre, & matre, ſiue ſuperioribus aſcendentibus in capita, niſi parentes cõuolaſſent ad ſecunda vota: tunc. n. ſolum ſuccedunt in vſumfructũ, ut l. fœminæ C. de ſec. nup. Et ſi cum iſtis ſint fratrem filij ex fratribus vel ſororibus vtrinq; coniunctis, illi ſuccedunt in ſtirpes iure repſentationis, ut in Aut. ceſſante, & ibi per Doct.
25 C. de legit. hæredib. Aut ſuperſunt † fratres & ſorores ex vno latere tm̃ cõiuncti, & hi excluduntur per parentes, & per conſeques eorũ filij, ut in d. Auth. ceſſante. Si verò quis decedat relictis collateralibus tm̃. tunc iterũ põt diſtingui de naturalibus tm̃, vel legitimis tm̃, ſeu ſpurijs, & ſuccedũt ſibijnuicem. ſicut ſuccedunt perſonis, per quas coniunguntur, ut vult Bar. in diſtin. ſua, quã fecit ſucceſſionibus. Sed ſi
26 † relinquantur naturales & legitimi, tunc põt diſtingui, qa aut relinquuntur fratres vel ſorores defuncti, aut filij eorũ aut vlteriores. Primo caſu diſtinguẽdum eſt, quia vel ſunt vtrinq; cõiuncti, vel ex vno latere tm̃. Si utrinq; cõiuncti, illi ſuccedũt in capita excluſis omnibus alijs, niſi eſſent fratrũ vel ſororũ utriuſq; coniunctorum filij, qui ſuccederent cũ eis in ſtirpes, ut l. poſt fratres. C. de legi. hæred. Si autem filij talium fratrum vel ſororum, ſoli, ſine ſuis patruis vel auunculis ſuccedant patruo vel auunculo defuncto, tunc eſt opinio, an ſuccedant in capita, an ſtirpes, & pro vtraque parte ſunt magni doctores. Apparet tamen potius, ꝙ ſuccedant in capita, quia qñ ſuccedũt cum patruis ſuis, tũc admittuntur in ſtirpes, quia aliàs nõ ſuccederent; ſed patrui excluderent eos, ex quo ſunt gradu propinquiores, ergo ſi ſuccedant ſine eis, ceſſat illud, & ſuccedant in capita. Et ita videtur velle Cyn. in Auth. itaque, C. de legi. hæred. Si
27 autem † ſint coniuncti ex vno latere tantum, aut coniuncti ex eodem latere, & ſuccedunt æqualiter in capita. Aut ex diuerſo latere, & tunc paterni ſuccedunt in bonis paternis, & materni in bonis maternis. in bonis autem acquiſitis ſuccedunt æqualiter, ut l. de emancipatis. C. de leg. hæredi. & illorum filij ſuccedant loco patrum in ſtirpes, ut dictũ eſt de vtrinq; coniunctis, ut l. poſt fratres C. de legi.
28 hæred. Si autem † ſint vlteriores collaterale poſt fratres, & co-

& eorum filios, tunc illi ſuccedunt ſm proximitatē gradus, ſine differentia agnationis & cognationis etiam ſine diſtinctione patrimoniorum & ſine diſtinctione uinculorum. Ex
29 quo † patet, quòd auunculus, qui eſt cognatus, excludit nepotem, qui eſt agnatus, cum auũculus ſit gradu proximior, & ipſe auunculus nõ ſolum ſuccedit in bonis maternis, ſed etiã paternis. Patet ẽt, quòd nepos licet deſcenderit ex fratre ex vno latere tantum cõiunctõ, excludit pronepotem, qui deſcendit ex fratre, ex eodem latere coniuncto, & talis nepos æqualiter admittitur cum nepote ex fratre vtroque latere coniuncto, cuius rõnem aſſignat Pau. de Caſt. in ſępe dicta l. poſt fratres, quia iſta ſucceſſio prælatiua eſt extraordinaria, & ideo ſolum dẽt habere locum in fratribus & eorũ filijs, quibus hoc priuilegium eſt cõceſſum. Iſtis ãt oĩbus deficientibus, ſuccedit vir & vxor, quibus deficientibus venit fiſcus, niſi decedens eſſe collegiatus in collegio approbato; quia tunc ſuccederet collegiũ. ut l. ſi quis. C. de hæredi. decurio cohorta. militum & fabricenſium. Si. n. collegium nõ eſſet approbatũ, ſuccederet fiſcus, vt l. 1 ff. de iure fiſci. & ibi eſt ſtatus omnium ſucceſſionũ. Et tantum de illa materia.

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM. Titulus. VIII.

1 *Tituli huius continuatio ad ſuperiores.*
2 *Ius patronatus duplex.* Et nu 3.

1 GLoſſa hic † continuat iſtam rubricam ſic: Dictum eſt prius de ſucceſſione ingenuorum, hic conſequenter tractatur de ſucceſſione liberorum. Sed iſta continuatio nõ eſt bona, quia ſup. tit. proxi. dictum eſt etiam de ſucceſſione libertorum, poteſt igitur ſic continuari. Dictum eſt ſupra, qualiter ſucceſſiones deferuntur iure agnationis, ſeu cognationis, vel patrię poteſtatis; hic conſequenter tractatur, qualiter ſucceſſiones deferuntur iure patronatus, & quia talis eſt ſucceſſio libertorum, ideo iſte titulus rubricatur de
2 ſucceſſione libertorum. ¶ Notandum circa † rubricam, ꝙ duplex eſt ius patronatus. Nam quoddam eſt ſpirituale, & eccleſiaſticum, quod conſtituitur ex donatione vel conſtru

ctione

ctione, ſeu fundatione eccleſiæ. Et iſtud ius patronatus pōt laicus poſſidere, ut in c. 1. de iure patro. lib. 6. Sed de iſto nō pōt laicus iudicare, ut in c. quāto extr. de iud. Ex quo patet, ꝙ q̃uis per principē laicū bona alicuius cōfiſcant: ſi tñ ille habet in patronatus, hoc non cadit ſub tali cōfiſcatione, vt eſt bona gl. in cle. paſto. de re iudi. Et ideo pōt talis adhuc pſentare ad beneficia, nō obſtāte cōfiſcatione, & pōt illud ius tranſmitti ad hæredes et extraneos. De iſto aūt iure pa-
3 tronatus nō tractatur hic. † Aliud eſt ius patronatus tēporale, qđ cōſtituitur ex manumiſſione ſerui vel ancillæ. Et non pōt tranſmitti ad hæredes extraneos, ſed ſolū ad hæredes ſanguinis, & de iſto iure patronatus tractat̃ hic, & eſt multiplex, ut infra. §. ſed noſtra in ſummario, & nota. quinto.

§. Nunc de libertorum.

1 *Iura quatuor de ſucceſſione patronorum, in bonis liberti.*
2 *Inteſtati cauſa, potior cauſa teſtati.*

Lege 12. tabularū potuit libertus in teſtō ſuo patronum totaliter excludere, ſed mortuo liberto ab inteſtato ſine naturalibus liberis, ſuccedebat patronus. h. d. Notādū primò
1 † ꝙ tangūtur quatuor iura de ſucceſſione patronorū in bonis liberti. Primū fuit ius legis duodecim tabularū, & hoc tangit̃ in iſto. §. quomodo iſto iure patronus ſuccedebat li-
2 berto, ſatis patet ex ſummario. ¶ Notandum, † ſecundo, ꝙ hic habetur caſus, ubi cauſa inteſtati potior eſt, quam cauſa teſtati. Nam patronus in teſtamento totaliter poteſt excludi, & ab inteſtato, quando non ſunt liberi naturales & legitimi, neceſſario ſuccedit.

§. Qua de cauſa.

1 *Patroni quo iure ſuccedunt in bonis liberti. Et qualiter iure ipſo prætorio, & nu. 2. 3.*
4 *Liberi ipſius liberti in adoptionem dati, excludunt patronum, ſi ſint inſtituti, aut præteriti. Et an poſſint ad ſucceſſionem agere nu. 5.*

1 Iure prætorio, † quando libertus nullum habens liberū, adoptiuū tm̃ faciebat teſtm̃, tunc debebat patrono ſuo relinquere medietatē omnium bonorum ſuorum. Alioquin dabatur patrono talis medietas, per bon. poſſeſ. contra tab.

Sed

Sed quando libertus habeat naturales, & legitimos liberos, ſiue in prãte, ſiue emancipatos, ſiue in adoptionem datos hæredes inſtitutos uel præteritos, tunc ille excludebat patronum. Sed exhæredati non excludebant eum. h. d. ¶ No
2 tandum † primo, ꝙ in iſto, §. tangitur ſm ius, quo patroni ſuccedunt in bon s liberis, & qualiter hoc iure, ſ prætorio. patroni ſuccedunt, ſatis patet ex ſummario. ¶ Not. ſecundo.
3 † ꝙ ſi libertus acquiſiuiſſet aliqua bona in caſtris, non debebat de illis relinquere patrono medietatem iſto iure præ
4 torio, ut ff. de bon. libert. l. 3. §. patronus. ¶ Not. † tertio, ꝙ liberi ipſius liberti in adoptionem dati, excludunt patronum, ſi ſint inſtituti aut præteriti. Ex quo patet, quòd ſi libertus decederet ab inteſtato, & ſolum ſupereſſent exhære
5 dati, tales liberi non excluderent patronum. ¶ Not. † finaliter, ꝙ exhæredati ritè non excludunt patronum, q͞a habentur pro mortuis, ut ff. de coniungen. cum emancipa. liber. l. 1. § ſed & ſi par uus. Et ideo etiam non poſſunt ad ſucceſſionem agere, ut in Auth. de hær. & falci. §. exhæredatos. colla. 1. & in Auth. de immenſis dona. §. fi. in fine.

§. Poſtea vero.

1 *Papia lex, quid decreuerit circa libertorum ſucceſſionem, & nu. 2.*

1 Lege Papia, † quando libertus habeat centum milia ſextertiorum, & habebat pauciores, quam tres lberos, tunc ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, debebatur patrono virilis portio. Et ideo ſi libertus habebat vnam prolem, patronus habeat medietatem, ſi duas, patronus habebat tertiam partem: ſi tres, nihil habebat patronus. Hoc dicit. ¶ Notan
2 dum † quòd iſtud eſt tertium ius, quo patroni ſuccedebant in bonis liberti. & fuit legis Papiæ, quæ lex hodie reprobata eſt. C. de caduc. tollen. l. unica, in princ.

§. Sed noſtra.

1 *Huius § ſummarium, authore domino Nicaſio.*

2 *Paupertas prodeſt.*

3 *Hæredes qui dicantur qui ſunt in poteſtate.*

4 *Patronus, quando ſuccedat.*

5 *Bonorum poſſeſ. contra tabu. quæ datur patrono, differt à bonorum poſſeſ-*

poſſeſ. contra tabu. data filio. Et quæ præterea iura habeat patronus num 6.

7 *Ius patronatus, multis modis perditur.* (11.12.

8 *Iura libertinatis & ingenuitatis quot modis differant nu* 9. 10.

1 Excluſis† tribus iuribus p̃dictis, hodie indiſtincte liberi non exhæredati ipſius liberi excludūnt patronum. Sed ſiue liberis, vel cum liberis exhæredatis decedat libertus, patronus ſuccedit in oībus bonis liberti, & deficiēte patrono ſuccedunt ipſius patroni liberi, quibus deficientibus ſuccedūt ipſius patroni collaterales, vſq; ad quintum gradum, ſalua gradus prærogatiua, & tam liberi, q̃ collaterales ipſius patroni, ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes. Sed ſi libertus faciat teſtm̃, diſtinguendum eſt, q̃a ſi hēt minus, q̃ centum auros, tunc pōt patronum totaliter excludere. Si vero hēt plures, q̃ centum, dēt patrono tertiam partē bonorū ſuorū relinquere: alioquin datur patrono tertia pars, vel ſi minus ſit ei relictum, fiet ſupplementum ex hac lege. Et hanc tertiam par ē habebit patronus ſine oī onere, & ſublata eſt hodie differentia libertorū, & oēs hēt libertatem ciuitatis Ro

2 manæ. h. d. ¶Notandum† primo, ꝙ hic eſt caſus, vbi paupertas prodeſt. Simile habetur. C. de epiſc. & cler. l. ſi quis. §.

3 ſin aūt. quę eſt lex. 37. ¶Notandum† ſcd̃o ibi, ſi hæredes vel bonorū poſſeſſores liberos habeant, ꝙ illi liberi dr̃r hic hęredes, qui ſunt in p̃ate. Sed bonorum poſſeſſores dicuntur liberi emancipati. ut ſupra de hære. quæ ab inteſt. deferun.

4. §. emancipati. ¶Notandum† tertio, ꝙ quando liberi ſunt ritè exhæredati, tunc ſuccedit patronus, ſic etiam ſi liberi abſtineant ab hæreditate, ut ff. de bon. libert. l. & ſi. §. ſi filios.

5 Notandum† quarto, ꝙ bonorum poſſeſſ. contra tab. quæ datur patrono, ſm illum textum differt a bonorum poſſeſ. contra tab. quæ datur filio, quia iſta nō datur niſi poſt aditā hæreditatem, vel poſtquam eſt petita bonorum poſſeſ. Sed illa bene datur ante aditam hæreditatem, ut ff. de bonis libert. l ēt §. ut patronus. Scd̃o, quia iſta pōt concurrere cum bon. poſſeſ. ſecun. tab. ut l ſed cum patrono. ff. de bono. poſſeſ. & illa non, ut l. equiſſimum. ff de bon. poſſeſ. ſecun. tab. Tertio, quia per illam non rumpitur teſtm̃, niſi pro tertia parte,

parte, per illã àt rumpitur totum teſtm̃. Et rõ pôt eſſe, quia plus delinquit pater præteriens filium ſuum q̃ libertus prę teriens patronum l ſcripto.ff. vnde libe. i. Quarto q. d data iſta poſſione cõtratab. adhuc debentur legata, ſecus autem in illa, ut ff. de lega.præſt.l. 1. Sed hodie hæc differentia eſt ſublata, per Auth. ex cauſa C. de liber. præter. ¶ Notandum
6 † quintò, ꝙ pręter iſtud ius ſucceſſionis patronus hẽt adhuc alia iura. Primò, ꝙ non põt uocari in ius a liberto, niſi cum venia. C. de in ius vo.l.2. Secundò, ꝙ libertus tenetur patro nũ alere, vt ff de li. agno. l ſi quis ex liberis. §. ſolẽt. Tertiò, ꝙ non põt turpẽ actionem vel exceptionem contra patronum proponere ut l. honore. ff. de obſe. Quartò, ꝙ patronus põt libertum in ſeruitutem reuocare, in Auth. ut libe. de cæ. §. 1. coll. 6. Quinto, ꝙ libertus tenetur patrono ſemp reuerentiam exhibere, quando venit apud eum, ut ff. de in
7 ius voc. l. generaliter. ¶ Notandum † ſexto, quòd ius patronatus multis modis perditur. Primo, ſi patronus remiſit ius ſuum, in Auth. vt liber. de cæ. illud. Secundo, ſi procurauit patronus libertum iurare, quod non duceret uxorem, vel libertam, ꝙ non nuberet viro. ff. de iure patrona. l. qui contra legem. Tertio, ſi patronus negauit alimenta, ſcilicet qñ fuit dominus. ff. de bon. liberto. l. ſi patronus. Quarto, ſi libertus ceſſit tertiã partẽ bonorum ſuorum ad vſum patroni, ut ff. de bõ. liber. l. et §. totiens. Iſtud tñ quibuſdã Doct. non placet. Quinto, ſi alter eorum ſcilicet patronus vel libertus, fit relegatus, vel deportatus, ff. de iure patro. l. fine. Sexto ſi libertus de voluntate patroni, ſit naturalibus reſtitutus. ff. de bon. liber. l. etiam. §. 1. Septimo, ſi patronus ab inuito liberto mercedẽ pro futuris operibus extorſit, ut ff. de lib. agno. l. ſi quis. §. ſi quis. Octauo, ſi libertus mortem domini ſui vindicauit. ff. de iure patrona. l. penul. Nono, ſi patronus eum capitali crimine accuſauit, ut ff de bon. liberto. l. ſi cum maior. Decimo, ſi libertus ſuis nummis emptus ſit. Et vndecimo, ſi prãtem liberam teſtandi imperauit de voluntate patroni. ff. de bon. libert. l. etiam §. 2. Notandum
8 † finaliter, ꝙ dicitur hic, quòd iura libertinitatis & ingenuitatis ſunt penè cõſonantia in ſucceſſionibus. Et dicitur pe-
ne

9 nè, quia in aliquibus differunt. Primò, † quia iure patronatus non ſuccedunt collaterales, niſi uſq. ad quintum gradũ, vt hic, ſed iure ingenuitatis uſq. ad ſextum vel decimum gradũ, ut ſup. de cognat. ſucceſſ. §. ſi. & hodie omnes uſq. ad decimum. Scđò, q̃a iure patronatus oẽs ſuccedũt in capita, ut hic, ſed iure ingenuitatis aliqui ſuccedunt in ſtirpes, ut
10 ſup. de hære. q̃ ab inteſta. deferunt. §. cum filius. † Tertiò, q̃a iure patronatus filius vnius patroni excludit nepotem alterius, ex quo eſt proximior, ſed iure ingenuitatis, nepos ſuccedit cum patruo, vel cum auunculo loco patris ſui, ut ff. de
11 bon. libert. l. ſi libertus §. ſi libertus. Quartò, q̃a † patronus per contratab. non rumpit teſtm̃. niſi pro tertia parte, ſed iure ingenuitatis, ꝑ contratab. rumpitur totum, ut in gl. in l. 1. C. bon. poſ. contratab. quæ datur patrono. Quinto, quia
12 † patronus excludit fratrẽ liberti, ſed pater ſuccedit cũ fratre iure ingenuitatis, Auth. defuncto C. ad Tertull. ¶ Opp. primo, & vr̃, ꝙ non bene dicatur hic in tex. ꝙ patronus ſuccedat liberto, qñ habet liberos ſi præteritos, ꝙ teſtm̃ eius non poteſt argui inofficioſum, q̃a ſi libertus ꝑtereat emancipatum filium ſuum, teſtm̃ ſuum non arguit inofficioſum: ſed rumpitur per contratabulas, & tñ patronus tunc nõ ſuccedit, ergo iſte tex. non dicit verum. Solutio. Teſtamentum dr̃ hic inofficioſum largo mõ, vt ſcilicet excedat ſe ad querelam inofficioſi, & ad bon. poſſeſ. contratab. ſic l. cum duob. C. de inoffi. teſta. ¶ Opponit ſecundò, & uidetur, quod non bene dicatur in tex. quod patrono debeatur tertia pars bonorum ipſis liberti, ſine omni onere, ita ut non debeat ſoluere legatum relictum liberis ipſius liberti, quia ſi libertus habeat liberos, tunc patronus totaliter excluditur, & non debetur ſibi tertia pars. Solut. Iſtud poteſt intelligi de liberis exhæredatis, quib. poteſt aliquid legari, & iſta ſolutio videtur melior, quam alia, quæ habetur in gl.

DE ASSIGNATIONE LIBERTORVM.
Titulus IX.

Continuatur ſic. Dictum eſt ſupra de ſucceſſione, quæ defertur iure patronatus, quod ſpectat ad patronum,

&

& ad liberos ſuos, & etiam collaterales. Et quia patronus poteſt hoc ius uni aſſignare ex libertis ſuis. idcirco tractatur hic de illa aſſignatione, & ideò ſic rubricatur.

§. In ſumma.

1 *Huius § ſummarium, ex ſententia domini Nicaſij.*
2 *Patronus poteſt vni ex liberis ſuis libertum uel libertam aſſignare.*
3 *Emancipationis & patriæ poteſtatis differentia adhuc remanet quantum ad aſſignationem.*
4 *Aſſignatio qualiter fiat.*

1 Summatur ſic: Patronus† habēs in ptāte duos uel plures liberos, ſiue primi gradus, ſiue vlterioris, pt in teſtō uel ſine teſtō, quibuſcunq. ve bis vni ex illis liberi aſſignare libertū. Et ille poſt mortē eius. ſ. patroni, habet ſolus ius patronatus. Et ſi ille deceſſerit, cui aſſignatio facta eſt, ſine liberis, reuertitur ius patronatus ad liberos patroni, & euaneſcit hæc aſſignatio p emancipationē. Hoc dicit, & patet 2 intell. tex. ¶ Not. † primò, quòd patronus poteſt uni ex liberis ſuis libertum vel libertam aſſignare, ita quòd ille ſolus habeat ius patronatus, & tranſmittitur ab illo ad liberos ſuos. Nam autem poteſt tranſmitti ad extraneos, & per conſequens nec etiam ad fiſcum, niſi illud ius patronatus tranſeat cum vniuerſitate bonroum, vt in glo. in verbo. fun 3 dus in l. quędam, ff. de acqui. rer. domi ¶ Notandum † ſecundò, quòd quamuis differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis hodie ſublata ſit in communibus ſucceſſionibus, tamen quātum ad aſſigationem remanet adhuc aliqua differentia, quia per emancipationem extinguitur aſſignatio, vt hic dicitur. Et ratio eſt, quia filius exiſtens in poteſtate cenſetur quaſi vna perſona cum patre, ut l. fin. C. de impub. & alijs ſubſti. Sic aũt non eſt de filio emācipato. ¶ Notandum 4 † finaliter, quòd aſſignatio poteſt fieri in teſtamento, & ſine teſtamento, poteſt etiam fieri pure, & ſub conditione, & quibuſcunque verbis, & etiā nutibus ſeu ſignis, ut ff. eo. l. 1. §. aſſignare. Ex quo patet, quòd ſi promiſit tibi ſub certa pęna aſſignare pignora pro pecunia, quam mihi mutuo tradiditi, non oportet me aliq̃ ſolemnitatem iuris facere, ſed ſuffi-

ſufficit, quòd dicã nudo verbo, ſit talis res pignus tuũ. Et ſi dedi fideiuſſores, ſed faciendam illam aſſignationem, ſi per ho: ſunt liberati, & tale pignus eſt tibi obligatum, fa. c. per tuas. extra de donat. ¶ Opponitur primò, & videtur, q̄ aſſignatio non euaneſcit per emancipationem, per l. vtium. ff. eo. Sol. In illa l. dicitur, quòd aſſignatio facta eſt emancipato. Sed dicitur, quòd aſſignatio, quæ facta eſt exiſtenti in poteſtate, per emancipationem euaneſcit. Aliqui tamẽ dicunt, quòd emancipato non poteſt aſſignatio fieri, & illi reſpondet ad l. allegatam in oppoſitum, quòd ibi non dicitur aſſertiuè, quòd aſſignatio poſſit fieri emancipato, ſed quæritur, an ſibi fieri poſſit, & ita vult Azo. ¶ Opponitur ſecundo, & videtur quòd non bene dicatur in tex. quod illa facultas aſſignandi ſolum detur ad eos, qui ſunt in poteſtate, quia tex. prius dicit, quòd illa aſſignatio nõ ſolum fit filio, & nepoti, ſed etiam filiæ & nepti. Modo conſtat, quòd neptis eſt in poteſtate aui, ſupra de patria poteſtate. §. ſi Solu. Iſtud poteſt intelligi de nepte ex filio, ad neptem tamen ex filia poteſt tranſmitti iſtud ius ſi ſit aſſignatum filiæ.

DE BONORVM POSSESSIONIBVS. Tit. X.

Continuatur ſic. Dictũ eſt ſup. de ſucceſſionibus, quę deferuntur iure ciuili, Modo hic tractatur de ſucceſſionibus, quæ deferuntur iure prætorio, qualis eſt bonorum poſſeſſio, & ideo ille titulus rubricatur de bonorum poſſeſ.

§. Ius bonorum.

1 *Bonorum poſſeſſ. a quo, & quorſum inducta.*
2 *Bonorum poſſeſſio, quid.*
3 *Poſthumus alienus iure ciuili olim non potuit hæres inſtitui, hodie poteſt.*
4 *Prætor bonorum poſſeſſ. dat tribus modis.*
5 *Remediis extraordinariũ, an ceſſet, vbi ordinarium põt habere locũ.*

1 Summatur ſic; † Bonorum poſſeſſiones introductæ ſunt a prætore ad emendandum ſeu confirmandũ ius ciuile. Et cõpetunt tam ſuccedentib. ex teſtamento q̃ ab inteſtato. h. d.

2 ¶ Notãdum † primo, quod bonorum poſſeſſ. põt ſic diffiniri; Eſt ius perſequendi retinẽdiq; patrimonij, quod cuiuſcũq; fuerit

ſuerit,cum is morit. Et eſt differentia inter bonorum poſſeſſionem,& poſſeſſionem bonorum, non obſtante, quod Ariſtoteles dicit in ſecundo Perihermenias, quod nomina verba tranſpoſita idem ſignificant,quia bonorum poſſ. eſt nomẽ iuris,& ſignificat beneficium datum a prętore,ut ff.de bono. poſſe.l.3.§.bonorum. Sed poſſeſſio bonorum eſt nomen facti, & competit quando aliquis obtinet ſeu tenet rem, & eſt propriẽ corporalium. Res enim incorporales non poſſidentur,ſed quaſi poſſidentur,ut l.ſeruus,§. incorporales,ff. de acquir.rerum.domi. ¶Notandum † ſecundo, quod poſthumus alienus iure ciuili olim non poterat inſtitui hæres. Si tamen fuerat inſtitutus,dabatur ſibi bonorum poſſeſſio,nõ iure ciuili,ſed iure prætorio,& fiebat bono.poſſeſſor,& nõ hæres. Hodie autem ex cõſtitutione domini Iuſtiniani, poteſt inſtitui, ut etiam fiat hæres iure ciuili, ut hic in textu.

3

4 ¶Notan. † tertio,quod prætor tribus modis dat illis bon.poſſeſſ.ex teſtamento, & ab inteſtato, & etiam dat illis bono. poſſeſſ. qui ſunt hæredes iure ciuili,ut hic in fine tex. ¶Opponitur primo ſic, & vr, quod poſthumus alienus bene poſſit inſtitui hæres,per §.poſthumus,ſupra de leg.Sol. Quando dicitur hic, quod poſthumus alienus non inſtituitur hæres intelligitur iure ciuili antiquo. Sed ille.§.allegatus in oppoſitum loquitur de iure prætorio. ¶Opponitur ſecundo,& videtur,quòd nõ bene dicatur hic in fine tex.quòd bonorum poſſeſſio datur illis, ad quos pertinet hęreditas iure ciuili, per l.idẽ alias incipit.& ita de §.ſed an ſit,& §.ſed ſi totã.ff. nau.caupo.ſtabul.Solu.Illa lex vult,quod quando remediũ

5 iuris ordinarij † poteſt habere locum, tunc ceſſet extraordinarium,quod eſt uerum quando extraordinarium contrariatur ordinario. Sed ſi ordinarium iuuetur per extraordinarium tunc non eſt uerum,ut hic,& l.in cauſæ.§.interdũ, ff.de mino.Si.n.minor ſit.læſus,poteſt agere contra tutorẽ, uel contra decipientem l.etiam C.ſi tutor uel cur.interue. Et ita uno libello poſſunt accumulari remedium ordinarium,& extraordinarium. Poteſt enim minor dicere contractum nullum,& petere ſe reſtitui in integrum, in c.conſtitutus,extra de in integrum reſtitutione.

Oo §.Quos

§. Quos autem.

1 *Hæres nemo poteſt fieri ſolo iure prætorio Intellige directo. nu. 2.*
2 *Hæreditas, & bonorum poſſeſſio quid differant.*
3 *Succeſſiones ſunt ampliandæ.*

1 Summatur ſic: † Solo iure prætorio nemo pôt fieri hæres, ſicut per l. vel Senatuſc. ſeu per conſtitutiones principales, ſed bene fit loco hæredis, ut dicatur bon. poſſeſſor. h. d.
2 ¶Notandum primo, ꝙ † qñ hic dicitur ꝙ ſolus prætor non poteſt facere hæredem, hoc debet intelligi directe Nam iure prætorio poteſt aliquis fieri hæres vtiliter. Et ideò ſi qs habens hæreditatem, per bono. poſſ. iure prætorio tantum vellet intentare directas actiones, ſuccumberet. Ex quo pa
3 tet vna † differentia inter hæreditatem, & bonor. poſſ. Eſt etiam alia differentia, quia hæreditas aditur ſolo animo, vt in §. pro hærede. ſ. ipr. de hæredum qualita & differentia. ſed bonorum poſſeſſio acquiritur mediante iudice. C. qui ad bonorum poſſeſſionem admit poſſunt l. fi. Eſt & alia differentia, quia hæreditas non acquiritur per alium, ut l. per procuratorem. ff. de acq. hære. ſed bene bon. poſ. ut l. 3 §. acquir. ff. de bono poſſ. Adhuc eſt alia differentia, quia filius non poteſt adire hæreditatem, niſi iuſſu patris, vt l. ſi quis mihi. §. iuſſu ff. de acq. hæred. ſed in bon. poſſe. ſufficit ratificatio, ut C. qui admit. ad bonorum poſſeſſionẽ poſſunt l. 1. Differunt etiam, quia hæreditas poteſt peti infr. triginta annos, ut l. licet. ff. de acq. hæred. vel ſecundum aliquos, poteſt ſemper peti etiam infra mille annos, vt in gl. in l. cum antiquioribus C. de iure delibe. Sed bonorum poſſeſſio debet peti infra annum, vel infra centum dies, vt infra eo. §. cum
4 igitur. ¶Not. † ſecundo, ꝙ ſucceſſiones ſunt ampliandæ, & non reſtringendæ. Et ideo ius ciuile dicitur hic anguſtiſſimum, quia reſtrinxit ſucceſſionem ad ſuos hæredes, & ad agnatos integrum ius habentes, ut ſup. de hær. quæ ab inteſta. deferuntur. §. 1. & de legit. agna. ſucceſ. §. 1.

§. Sunt autem.

1 *Bonorum poſſeſſiones ſunt decem, quæ varie dantur, & nu 5. 6. 8 9. 10. & ſequen.*

2 *Bonorum*

Digitized by Google

2 *Bonorum poſſeſſio contra tab. quibus detur. Et quibus, ſecundum tabulas num 3.*

4 *Pater & aſcendes per lineam paternam, admittuntur ad bona emãcipatorum per unde legitimi.*

7 *Manumiſſor extraneus, qui olim.*

11 *Bonorum poſ prima cur dicatur ex teſtamento.*

12 *Bonorum poſſeſſio secũdũ tab. quibus & quot caſibus ſit neceſſaria.*

13 *Filius prateritus, exiſtens in poteſtate, an habeat duas vias contra teſtamentum.*

1 D cem † ſunt bon. poſſeſſiones; quarum duæ dantur ex
2 teſtõ, & octo ab inteſtato. h. d. ¶ Not. † eſt, ꝙ prima bonorũ poſſeſſio vocatur contra tabulas, & daт liberis ꝑteritis, ſiue emancipatis, ſiue exiſtentibus in p ãte, ut l. maximũ vitiũ. in princ. C. de libe. ꝑteri. Ex quo patet, ꝙ liberi ꝑteriti exiſtentes in ptãte, habent duas vias contra teſtm̃ patris. Vnã, qua dicant teſtm̃ nullam, ut ſup. de exhær. libero. §. 1. Aliã qua dicant teſtamentum annullandum per contra tabul. de iure prætorio, quo nemo poteſt fieri hæres, nec deſinere hęres eſſe. vt ſup. eo. §. quo autem. & C. de libe. præteri. l. fi. §. ſancimus. Et hęc eadem bonorum poſſ. contra tab. detur ẽt patri præterito, vel aſcendenti per lineam paternam cõtra teſtamentum filij emancipati, ſi talis pater, aut parens ſit præteritus, vt ff ſi quis a paren. manumiſ. ſit l. 1. non autem matri, nec aſcendenti per lineam maternam, ut ff. de bonorum poſſeſſione contra tab. l. illud. §. ad teſtamenta. Secun-
3 da † vocatur bonorum poſſeſſio ſecundum tabu. & datur illis, qui in teſtamento hæredes inſtituti ſunt. vt ff. ſi tabu. teſtam. nullæ extabunt l. 1. Et datur bonor. poſſ. quando factum eſt teſtamentum ſcriptum, nõ autem quãdo teſtm̃ eſt nuncupatiuum. Nam tunc datur bono. poſ. ſecundum nuncupationem, ut C. de bon. poſ. ſecundum tabu l. 2. Aliæ bo. poſſeſſiones dantur ab inteſtato, quarum prima, & tertia in ordine omnium vocatur unde liberi. & datur liberis ad habendum bona patris vel ſacendentium per patrẽ, & non ſolum datur filijs, ſed etiam nepotibus, & alijs deſcendentibus vlterioris gradus, qui omnes vocanт liberi. ff. de uer. ſigni. l. liberorum. Et dico notanter bona patris q a p iſtam

Digitized by Google

bonorũ poſſ. nõ peruenit ad bona matris, ſed per vnde co-
4 gnati, ut C. de legit. hære. l. fi. Econtra aũt † pr̃ & aſcenden
tes per lineã paternã, admittuntur ad bona emãcipatorum,
p̃ unde legi imi, quia hodie emancipant cõtracta fiducia, ut
ſup. de legi. agna. ſucceſ. §. fi. & nõ per unde parẽtes, nec per
5 vnde liberi vt liter, ut q̃dã voluerũt, ſm glo. hic. † Quarta
bonorũ poſſeſſio uocat unde legitimi. p̃ q̃ vocãtur agnati,
& q̃ loco agnatorũ ſunt, ut ſup. de legit. agna ſucceſſ. §. 1.
6 Quinta, uocatur † vnde eadẽ perſona, q̃ dat decẽ perſonis,
q̃ p̃ferunt extraneo manumiſſori, & ſunt illæ decẽ perſonę,
pr̃ & mater, auus & auia paterni & materni, filius & filia,
nepos & neptis ex filio. vel ex filia, frates & ſoror ſiue cõ-
7 ſanguineus ſiue vterinus. Et dr̃ † extraneus manumiſſor, qui
olim in emãcipatione emebat familiã, & deinde manumit
tebat eã, ut ſupra quib. mod. ius patriæ poteſtatis ſoluitur.
8 §. præterea. Sexta † bonorũ poſſeſſio uocatur unde cogna-
ti, & datur proximis cognatis, qui de iure ciuili non ſucce-
9 debant, ut ff. de cogna. l. primo reſponſo. Septima † vocatur
tanquam qui ex familia, per quam bono. poſ. vocantur col-
laterales patroni vſque ad quintum gradum ad ſucceſſionẽ
10 liberti. Octaua † uocatur vnde patroni, quæ datur patro-
no, & libertis eius deſcendentib. Nona vocatur, vnde vir &
vxor, per quam deficientibus, deſcendentibus & aſcenden
tibus, & collateralib. agnatis, & cognatis, vocatur vir ad ſuc
ceſſionem vxoris, & econtra excluſo fiſco, ut C. vnde vir &
uxor. l. . Decima uocat unde cognati manumiſſoris, de qua
manumiſſione dictum eſt circa quintã bonorũ poſſeſſionẽ.
11 Opponitur † primò, & vr̃ quod prima bonorũ poſſeſſio non
bene dicatur eſſe ex teſtamento, ſed potius dici debere cõ-
tra teſtm̃, quia per eã rumpitur teſtamẽtum. C. de tol. l. vt li
beris. Sol. Vocatur ideo ex teſtamento, quia non competit
nec datur iſta bonorum poſſeſſio, niſi quando factum eſt te-
ſtamẽtum. ¶ Opponitur ſecũdo & uidetur, quod iſta nõ de-
beat eſſe prima via, bonorũ poſſeſſio ſecundum tabu. eſt di
gnior, ergo illa debet præcedere. Solut. Iſta ponitur prima,
quia alia. ſ. ſecundum tab. non datur donec conſtat de iſta.
12 ¶ Opponitur † tertio, & videtur, quod bonor. poſſeſſio ſe-
cundum

Digitized by Google

cundum tab.ſit ſuperflua,quia qñ factum eſt teſtm̃, tunc inſtitutus pōt ſuccedere de iure ciuili.Sol. Iſta in quibuſdam caſibus eſt neceſſaria, ut notatur in l. certum. C de legiti. hæred. Primus eſt,quando naſcitur poſthumus,qui rumpit teſtm̃. Nam tunc inſtitutus non poteſt petere hæreditatem de iure ciuili,licet poſthumus ſit mortuus, ſed petit eam iure prætorio,per iſtam bon.poſſ.ſecundum tab.ut l.poſthumus.ff de iniuſ.rup.irr.teſt.Secundus,quando quis eſt capite diminutus tempore factioni teſtamenti, & tẽpore mortis,eſt ſui iuris.Nam tunc inſtitutus non petit hæreditatem iure ciuili,ſed per iſtam bonorum poſſeſſio,vt ſup.quib.modis teſtamenta infirmantur.§.non tamen.Tertius caſus eſt, quando filius inſtitutus eſt ſub conditione,tunc pendente conditione poteſt petere hæreditatem,per iſtam bonorum poſſeſſio.ut l.2.§.ſub conditione.ff. de bonorum poſſeſſio.
13 ſecundum tab.¶Oppon.† quarto,& vr̃,ꝙ filius præteritus exiſtens in poteſtate nõ habeat duas vias contra teſtm̃,per leg.illlud.§.at teſtã.ff.de contratab. Solu. Illud intelligitur reſpectu teſtĩ patris vel aſcendentium per lineã paternam. Sed illa in oppoſitũ all.loquitur reſpectu teſtamẽti matris, aſcẽdentium per lineã,maternã,contra quod filius non hẽt per contratab.ſed querelã de inoffic. ¶Opp.finaliter,& ur̃, ꝙ octaua bon. poſſ. in ordine omniũ deberet poni ſeptima loco,quia in ſucceſſione liberti. patronus, & liberi eius,& etiam parentes,præferuntur collateralibus, quibus datur ſeptima bon.poſſeſ. Sol. Textus iſte non obſeruat ordinem ſecundum quem fit ſucceſſio.ſed ordinem edicti.

§. Sed eas.

1 *Bonorum poſſeſſiones quatuor ſunt hodie ſublatæ ex decem, & quot remaneant hodie.nu 2 & 5.*

3 *Bonorum poſſeſ. extraordinaria.duo requirit.*

4 *Locum altiorem debent habere digniores.*

1 Summatur ſic;Ex† dictis decem bonorum poſſ.quatuor ſunt ſublatæ, & remanſerunt ſex ordinariæ bonorum poſſeſſiones, quibus addita ſeptima extraordinaria. hoc dicit.¹ Sed pro intellectu textus notãndum primo, ꝙ primo

ſublata eſt bon. poſſ. vnde decē perſonæ, q̄ poſita eſt quarto loco; quia hodie parēs emācipat cōtracta fiducia, id eſt cū ſecuritate, q̄ ipſe debet ſuccedere libeo emācipato, ſi decedat ante eū, ut ſup. de legi. agnato, ſucceſ. §. fi. & per ea quæ notata ſunt ibi. Et loco iſtius poſita eſt bo. poſ. vnde cognati q̄ fuit ſexta. Secundo ſublata eſt bo. poſ. tanq̄ ex familia, quæ dabatur collateralibus patroni. Et tertio, ſublata eſt octaua bo. poſ. q̄ dabatur patrono & liberis eius, & parentibus ipſius quia oēs iſti pñt ſucc. per cōtratab. vel per vnde legitimi, vñ cognati. Et iō ſexto loco poſita eſt bon. poſ. vnde vir & vxor, q̄ fuit nona. Quarto, ſublata eſt decima bo. poſ. vñ cognati manumiſſoris, eadē rōne, qa ſublata eſt vñ decē perſonæ. Et ita † remanet tm̄ ſex bon. poſ. duæ ex teſtō, ſcontratab. & ſm tabu. & quatuor ab inteſtato: ſcilicet vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor. Hodie tñ non oportet facere differentiam inter vnde legitimi, & vnde cognati, quia ſublata eſt differentia agnationis, ut in §. reliquum. in Auth. de hæred qui ab inteſta. veniunt col. la. 9. ¶ Notandum † ſecundo, quòd addita eſt ſeptima bon. poſ. extraordinaria, ad quam duo requirūtur. Primo, vt detur bon. poſ. ex aliqua lege, quæ non eſt in l. 12. tabu. vel ex Senatuſcon. vel ex aliqua conſtitutione principis, & bon. poſ. non habet nomen expreſſum. Secūdo requiritur, quòd illa ſucceſſio, ad quam datur bon. poſ. non ſit de iure ciuili capiendo ius ciuile pro l. 12. tab. & eſt illa bon. poſ. extraordinaria, quia datur & ex teſtamento, & ab inteſtato. Et pōt poni exemplum ex teſtamento ſecundum glo. hic de poſthumo alieno inſtituta, qui non poteſt adire hæreditatem iure ciuili, ſed prætorio, ut ſup. eodem §. primo dictum eſt. & habet iſte hanc extraodinariam bonorum poſ. Poteſt etiā poni exemplum ex teſtamento & ab inteſtato, de eo qui moritur apud hoſtes, cuius bona non acquiruntur iure ciuili, ſed ex noua l. Corn. per iſtam bon. poſ. ut ff. de bo. poſ. l. 3. §. ſed & eius. & ff. de vulg. ſubſti. l. lex Cornelia. Poteſt etiam exemplificari, qñ teſtm̄ factum eſt inter liberos, cum quinque teſtibus, quod valet per l. hac conſultiſſima, C. de teſt. Vel quando teſtm̄ factū eſt cum duobus teſtib. & preſbytero

pytero parrochiano, iuxta c.cum eſſes. extra de teſt. Nã ſic inſtituti de iure ciuili l.12.tab.nihil haberent, quia non ualet tale teſtm̃ illo iure, ſed ſuccedunt per iſtam bonorum
4 poſſeſ.¶Notandum † finaliter ex gl. hic ſuper verb. aliam, q̃ digniores debent habere alteriorem locum, quod ſeruis bene pro mulieribus, quæ ſæpe ſolent certare quæ earum primo debeat offerre in Eccleſia. Nã illa debet præferri, quæ nupta eſt nobiliori viro, nam radijs maritorum mulieres corruſcant, ut in Auth. de conſuli §. hæc itaque colla. 4. l. fęminæ. ff. de ſenato. Et ad ſedandam iſtã concertationem mulierum, poteſt implorari officium iudicis, ut l. 1. C. vt dignita. or. ſeruetur. lib. 12. & non oportet agi actione iniu-
5 riarum. ¶Opponitur † primo ſic, & videtur, q̃ ſunt plures bo. poſſ. quam ſep. ẽ. quia ẽt Carboniana, per l. 1. C. de Carbonia edict. Sol. Hic enumerantur bon. poſſ. quæ tribuunt ius proprietate, & dantur cum cauſæ cognitione. Verum tamen eſt, quòd ſunt adhuc aliæ bon poſſ. ſed non dant ius in proprietate, nec requiritur in eis cauſæ cognitio ar. l. pe. & fi. & quod ibi notat gl. & Doct. C. qui admit. ad bon. poſſeſſ. & ſunt tres. Prima dicitur Carboniana, per quam pupillus, cui mouetur quæſtio ſtatus, mittitur in bon. poſſeſſ. patris ſui reſeruato iudicio ſtatus, vſque in tempus pubertatis, ut in l. 1. alleg. in oppo. Secunda eſt de ventre in poſſeſſionem mittendo, quæ datur vxori, quando maritus eius moritur, & dubitatur, an ſit prægnans, vel non, ut ff. de vent. in poſſ. mittendo. l. 1. & l. vbicunq. §. interdum. ff. eo. Tertia eſt, quæ datur gratia litis agnoſcendæ, & datur filio emancipato exhęredato, qui non cognoſcitur iure ciuili, vt poſſit intentare querelam in officioſi, vt ff. de inofficio. teſtamen. l. Papinianus. §. 1.

§. Cum igitur.

1 *Tempus ſtatutum ad petendam bono. poſſeſ. quantum varið.*
2 *Tempus illud ipſum an currat ignoranti ignorantia iuris aut facti, aut filio ſcienti.* 3 *Dies utiles qui dicantur.*
4 *Priori in gradu ſi repudiauerit bo. poſ. ante finem temporis ſibi aſſignati ſtatim currit tẽpus ei, qui poſt eũ admittitur. Et quid ita-*

5 *Excluſus a bonorum poſ. vt filius, petere eam poteſt agnatus: deinde vt cognatus.* 6 *Bonorum poſſeſſio, duplex.*
7 *Bonorum poſ quædam hodie neceſſaria, quædam non neceſſaria.*

1 Sũmatur ſic: Fauore † creditoris & defuncti ſtatutũ eſt certum tpſ, ad petẽdum bonorum poſſeſſionẽ. ¶ annus, liberis & parentibus. Alijs aũt centum dies vtiles, quo tẽpore lapſo accreſcit bonorũ poſſeſſio nõ petita alijs perſonis eiuſdem gradus, quæ eam petierunt quibus non exiſtentibus admittuntur ſequentes in gradu ex ſucceſſorio edicto, & petitur bon. poſ. coram iudice, ſine ſolennitate. Hoc dicit,
2 patet intellectus textus. ¶ Notandum † primo, quòd iſtud tempus etiam currit ignoranti ignorantia iuris, ut l. iuris ignoratiam. C. qui ad bonorum poſſ. admit. poſſunt. non autem ingnoranti ignorantia facti, ut l. quandiu. eo. tit. allegato. Currit etiam filio ſcienti, licet pater ſuus ignoret, ſi filius poteſt patrem certificare, quia filius poteſt bonorum poſſeſſionem ſine patre petere, ut l. bonorum eod. tit. allegato. Nec poteſt iudex iſtud tempus ad inſtantiam debitoris vel creditoris abbreuiare, ſecundum Bar. in l. ſi quis ita
3 inſtituatur. §. 1. ff. de hæred. inſtituen. ¶ Notandũ † ſecundo, quòd illi dies dicuntur vtiles, qñ poteſt haberi copia iudicis, actoris, & rei, ut ff. de diuer. & temp. præſc l. 1. per totũ. fac. gl. cum tex. in l. fi. C. de temp in integ. reſt. pe. ¶ Notan-
4 dum † tertiò, quòd ſi prior in gradu repudiauerit bon. poſ. ante finem temporis ſibi aſſignati, ſtatim currit tempus illi, qui poſt eum admittitur, quia dies non expectatur, cuius euentus nihil operatur, ut §. fin. l. aliquando, ff. ad Velle. & ideo non expectatur finis temporis aſſignati illi priori. Ex quo patet, quod ſi duobus ſeparatim conceſſa eſt prima præbenda vacatura ſi infra menſem eam acceptauerint & primus repudiet eam ante finem menſis, ſtatim currit tempus ſecundo. Faciunt notat per Bar. in l. ſi maritus ff. de adul. Circa quod vlterius ſciendum, quòd qñ habenti ius in aliqua re præcipitur à iure vel a lege, ut inf certum tempus aliquid faciat ſub pœna priuationis iuris, quod habet ſi dicatur, ſit ipſo iure priuatus, tunc lapſo tẽpore priuatus eſt. Sed ſi non dicatur, ipſo iure, tunc nõ eſt priuatus,

ſed

ſed requiritur ſententia, ut in c. cōmiſſa. de elec. lib. 6. Et illam ſententiam debet præcedere monitio, ſm An. de But.
5 in c. cum in cunctis. extra de elec. ¶ Notandum † quarto, q̄ ſi aliquis ſit excluſus à bono. poſ. ut filius. poteſt petere ea, ut agnatus, & ſi excludatur ut agnatus, poteſt petere, ut cognatus, & ita quis videtur ſibijpſi ſucedere, ut ff. de ſucceſ.
6 edic. l. 1. ſed videndum. ¶ Notandum † quinto, quòd duplex eſt bon. poſſ. ſ. decretalis, quæ decernitur à iudicialis. C. qui fiebat olim cum ſolemnitate, & dr etiam iudicialis, quæ ad bo. poſ. admit. poſſunt, l. pe. & l. fi. Alia eſt edictalis, quæ competit ex edicto prætoris mortui, & illa petitur ſine ſolẽnitate iuris, ut ff. de bon. poſ. l. 3. §. ſed ſi nemo. decretalem hodie non habemus in uſu, ſed potius edictalem, de qua ẽt
7 not. gl in d. §. ¶ Notandum † finaliter, quod aliquæ bon. poſ. hodie adhuc ſunt neceſſariæ, ut contratabu. & unde uir & vxo. Aliæ autem non neceſſariæ, niſi in quibuſdam caſibus: Ex quo prouiſum eſt iure Auth. de alijs remedijs, ut in Auth. de hær. qui ab inteſt. veniunt. per totum, coll. 9 Si tñ volumus, uti poſſumus hodie illis bonorum poſſeſſionibus.

DE ACQVISITIONE PER ARROGATIONEM. Titulus XI.

1 *Acquiſitio per arrogationem, inducta eſt a Diuo Pio. & cur ita.*

CONtinuatur ſic; Dictum eſt, quomodo res acquiruntur per vniuerſitatem ex teſtō, & ab inteſtato iure ciuili, & etiam iure prætorio per bon. poſ. Cum igitur res etiam acquirantur per vniuerſitatem arrogatione, ut ſupra. p̄ quas perſo. nob. acquiratur. §. fi. idcirco tractandum eſt hic de ac
1 quiſitionibus per † arrogationem, & ita rubricatur iſte titulus. Et iſtud ius non eſt de lege 12. tabu. nec etiam prætorium, ſed introductum eſt per conſenſum, ut dicitur hic in prin. tex. in nigro. Eſt enim illud ius introductum a conſtitutione diui. Pij, conſenſu arrogatoris & arrogati, vt hic in gl. & ita etiam patet tex. vſque ad §. ecce enim.

§. Eccce enim, cum paterfamilias.

1 *Arrogatis res oēs & actiones, olim acquirebantur arrogatori pleno iure*

iure, exceptis his, quæ minima capitis diminutione pereunt. Quæ hodie non pereunt, & nu. 2.

3 *Vſusfructus, & vſus olim peribant, minima capitis diminutione. Hodie non.* 4 *Socium nemo habet inuitus.*

1 Summatur ſic, Oēs † res & actiones ipſius arrogati, olim acquirebantur arrogatori pleno iure, exceptis illis, quæ minima capitis diminutione pereunt, quia etiam olim vſus, & vſufruct. peribant, ſed hodie ea non pereunt. h.d. & patet intel. tex. ¶ Notandū † primo, ꝙ olim omnes res ipſius arrogati pleno iure acquirebantur arrogatori, exceptis illis quæ minima capitis diminutione peribant, & ideo operæ libertorū, quæ debentur patronis, & non tranſeunt ad extraneum hæredem, non acquirebantur arrogatoris, ut ſunt obſequiales, quæ conſiſtunt in faciendo, ſicut eſt aſſurgere coram patrono, & ſimiles, ut C. de operis libert. l. liberti. & etiam operæ fabriles incertæ, ut ſunt carpentariæ, & ſimiles, ut ff. de operis liberto. l. ſi operarum iudicio. Ex quo patet, ꝙ ſi patronus dat ſe in arrogationem, liberatur libertus ab illis operis, de quo latius per Bart. & gl. in l. ſi non ſortē §. libertus. ff. de cond. indebiti. Si tamen patronus cōduxit aliquas operas, illæ acquirūtur arrogatori. Sic etiam, quia ius agnationis peribat minima capitis diminutione vt ſup. de legit. agnat. tute. §. fin. ſed non ius cognationis, quia per ius ciuile non permittur ius naturale, ut in gloſ. ſuper verbo ius agnationis. Idcirco ius ſuccedēdi, vt agnatus ē, non acquiritur arrogatori. Et dicit gl. hic, ꝙ hoc ē locum habet hodie: ſed hoc non eſt verū, niſi intelligatur hodie, hoc eſt tpe, quo fiebat ille liber. Nam illo tpe, cū dria agnationis & cognationis ſit ſublata, nō perit agnatio, ſicut nec cognatio minima capitis dimin. vt in §. ſi vero, in Auth. de hære. qui ab inteſtato veniunt. col. 9. ¶ Notandū † ſecundo, quòd

3 vſus, & vſusfructus olim pereunt minima capitis dimin. hodie tñ non pereunt, ut hic. ſed non tranſeunt propriè ad arrogatorē, ut. ſ. ipſe habeat illius vſum vel vſumfructum, quia ſeruitus ſeruituti non debetur, ut ff. de vſufruc. legat. l. 1. ipſe tñ habet commodum vſus vel vſusfructus ipſius arrogati, quemadmodū dicitur de filio naturali, & legitimo, habere

habere vſumfructum, & exiſtente in poteſtate patris, ut in
4 gl. in Auth. idem eſt. C. de bon. quæ lib ¶ Opponitur, † &
videtur, quòd olim omnes res ipſius arrogati acquirebantur arrogatori, per l. actionum. §. ſocietas. ff. pro ſocio. Sol. Speciale eſt in ſocietate, ut nemo inuitis habeat ſocium, acquiſita tamen in ſocietate, acquirebantur arrogatori.

§. Nunc autem.

1 *Summarium huius § ex ſententia Domini Nicaſii.*

2 *Arrogator ſuccedit mortuo filio arrogato, ſi non ſuperſint, qui excludāt patrē in ſucceſſione. Cū quo ēt admittuntur fratres arrogati.*

3 *Arrogator, de quibus geſtis per arrogatum teneatur. Et quatenus.*

1 Summatur ſic; Hodie † res arrogati non acquiruntur pleno iure arrogatori, ſicut olim, ſed arrogator tantum habet vſumfructum in bonis aduētitijs arrogati ſicut pater in bonis filij naturalis, & legitimi exiſtētis in eius ptāte. Mortuo tn̄ filio arrogato, & non exiſtentibus perſonis, quæ patrem in ſucceſſione excludant, ſuccedit arrogator. De geſtis tn̄ p arrogatum, non tenetur arrogator ipſo iure, licet noīe filij conueniatur. Et ſi noluerit eū defendere, mittūtur creditores in poſſeſſionem illorum bonorū, quæ in vſufructu futura fuiſſent eius cā, ſi non fuiſſet arrogatus. h. d. ¶ Notādum
2 † primo, ꝙ mortuo filio arrogato, ſuccedit arrogator, ſi nō ſuperſint perſonæ, quę excludāt patrē in ſucceſſione ut ſūt liberi ipſius arrogati, ut C. communia de ſucceſ. l. fi. in qua lege ēt habetur conſtitutio, de qua fit hic mentio in tex. Et admittuntur hodie fratres arrogati cum arrogatore, ut in Auth. de hæredi. qui ab inteſta. veniunt. §. conſequens col.
3 9 Not. ſo, † ꝙ arrogator non tenetur de geſtis per arrogatum ante arrogationem; ſed his, quæ poſt arrogationē geſta ſunt, tenetur quantum eſt in peculio, & in quibus acquiritur ſibi vſusfructus, ut ff. de pecu l. in arrogationem, ſicut ēt pater tenetur pro filio, quātum eſt in peculio, ut ff. de pecul. l. 1. Et ſi noluerit arrogatus eū defendere in alijs, tunc mittūtur creditores in poſſeſſionem bonorū, quæ eius cauſa in vſufructus futura eſſent ut hic in fine textus, & ff. ex quibus cauſis in poſſeſſio. eatur, l. Fulcinius. §. ſi quis.

DE

DE EO, CVI LIBERTATIS CAVSA, bona addicuntur Tit. XII.

COntinuatur ſic. Quia ſupra per quas perſonas nobis acquiritur. §. fi. dictum eſt, quatenus res per vniuerſitatem etiam acquiruntur cauſa libertatum conſeruandarum, idcirco ſubijcitur hic de modo illius acquiſitionis, & rubricatur iſte titulus, de eo, cui libertatis cauſa, bona addicuntur.

§. Acceſſit.

1 *Summarium huius §. per dominum Nicaſium*
2 *Seruus item fiſcus, item quicunque extraneus, poteſt petere cauſa libertatum conſeruandarum, addictionem bonorum Non poteſt tamen ille ipſius libertus operas imponere nu. 3.*
4 *Illi cui relicta eſt libertas, ſi directè voluerunt conſentire in ius patronatus illius, cui bona addicuntur; tūc remanebūt in ſeruitute.*
5 *Succeſſio anormala, eſt bonorum addictio.*
6 *Fauore perſonę, & cauſa fauore ſimul conuenientib. vter pferatur.*
7 *Conſtitutio una ſuppletur per aliam.*

1 Per † conſtitutionem diui Marci ordinatum eſt, ut datis libertatibus in teſtamento, ex quo non eſt adita hæreditas poteſt vnus de ſeruis, quibus data eſt libertas, præſtita idonea cautione, de ſatisfaciendo creditoribus petere, ut bona ſibi addicantur, cauſa libertatū conſeruandarum. Et ita oēs ſerui efficiētur liberi. Et ipſe erit patronus, nō ſolū eorum, qui per fideicōmiſſum, ſed ēt ſit velit & ipſi cōſenſerint, eorū qui directo acceperunt libertatē. Et ſi fiſcus voluerit bona defuncti apprehendere, ſaluę tñ debent libertates remanere. tunc ibi, hoc reſcripto. Et valet iſta conſtitutio non ſolum ad libertates conſeruandas, ſed ēt ne creditores bona defuncti poſſideant, & vendat. Et habet etiam locum, quando libertates datæ ſunt in codicillis, & nemo ab inteſtato adit hæreditatē, tunc ibi, ſi is. Et ſi ille, qui repudiauit, uel abſtinuit ab hæreditate, poſt aditionem bonorum cauſa libertatum conſeruandarum factam in integrū reſtituatur, libertates tñ quæ datæ ſunt, nō reuocatur. Et ſi libertates datæ ſint inter viuos, vel cā mortis, pōt aliquis hac de cauſa

bonorum

Digitized by Google

bonorum addictionem petere, ne dubitetur, an hoc in fraudem creditoris factum ſit, nõ ex uerbis, ſed ex mente conſtitutionis, tunc ibi, & cum multas. Et quia in dicta cõſtitutione imperfectè continebat ius huius ſucceſſionis, idcirco p
2 D. Iuſtinianũ illud ius cõpletum eſt. h. d. ¶ Notandum † primò, ꝙ non ſolum ſeruus, vel fiſcus. ſed ẽt quicunque extraneus poteſt petere cã libertatum conſeruandarũ, addictione bonorum, vt C. de manumiſ. teſta. l. fi. ſi creditoribus aut vni ex creditoribus nomine omnium, idoneum cautionem fecerit, de ſoluendo in ſolidũ, ut ff. de fideic. liber. l. 4. §. cre-
3 ditoribus. ¶ Not. † ſecundò ꝙ iſte, cui bona adducuntur, non poteſt ipſis libertis operas imponere, ut ff de oper. li-
4 ber. l. ſi quis hac lege. ¶ Not. † tertio, ꝙ ſi illi, quibus relicta eſt libertas, directe noluerint conſentire ius patronatus iſtius, cui bona adducuntur, tunc remanebunt in ſeruitute, ut habeat eum dñm, quem noluerunt habere patronum. C.
5 de manu. teſt. l. fi. ¶ Not. † quartò, quòd illa ſucceſſio non eſt ex teſtõ, nec ẽt ab inteſtato, ſed uocatur ſucceſſio anomala. in Auth. de hæred. & falci. § in omnib. coll. 1. Et habet iſte iura ſepulturæ, ut l. poſſit inferre mortuos ſuos in ſepulchro defuncti, ut ff. de fideic. liber. l. 4. ſicut hæres habet illa iura iure ciuili, & bonorũ poſſeſſor, iure prætorio, quæ pridem iura non habet ille, qui recipit hæreditatem p fideicommiſſum, ſed manent apud heredem. ut l. quia perin de. ff. ad Treb. & not glo. & ibi, quòd fideicõmiſſarius non
6 eſt loco hæredis. ¶ Not. † quintò ibi, ſi is, ꝙ qñ ſimul conueniunt fauor perſonæ, & fauor cauſæ, tunc propter fauorem cauſæ poſtponendus eſt fauor perſonæ. Et ideo licet fiat reſtitutio in integrũ fauore minoris, non tñ reuocantur liber
7 tates. ¶ Not. † finaliter ibi, ſed cum multas, ꝙ vna cõſtitutio ſuppletur per aliã. Et dicit Io. Ant. de But. in c cauſam quæ. ext. de reſcrip. quod reſcripta debent interpretari, ſm ius cõe, & ẽt ſtatuta, ut in c. literis. extra de cõſtitutio. Sed priuilegia debent interpretari contra ius commune, iuxta tamen limites iuris cõis ut notatur in c. abbate extra de uerborum ſignificationibus. ut ſcilicet aliquid quantuncunque etiam minimum, ſuperaddat iuri communi priuilegium.

DE

DE SVCCESSIONIBVS SVBLATIS, QVÆ fiebant per bonorum vendicationes, & ex Senatuſconſulto Claudiano. Titulus. XIII.

DIctum eſt ſup. de quatuor modis, quibus res acquiruntur per vniuerſitatem ab inteſtato. Et, vt nihil antiquitatis ignoretur, ponuntur hic duo modi, quibus olim res etiam acquirebantur per vniuerſitatem. Et ideo rubricatur iſte ti. de ſucceſſ. ſublatis, quæ fiebant bono. venditio. & ex ſenatuſconſul. Claud.

§. Erant.

1 *Succeſſiones olim duæ erant.*
2 *Emptio pro venditione.*
3 *Succeſſionib. per bo. vẽd. quid olim requirebat. Et eius antiqua authoritas.*
4 *Iudicium poteſt dici ordinarium dupliciter.*
5 *Mulier dicitur bacchata.*
6 *Mulier libera poteſt hodie nubere ſeruo, ſi non ignoret conditionem eius, nec eo amittit libertatem.*

1 Olim etiam † erant duæ ſucceſſiones, quarũ una erat per bonor. venditio quæ. ſ. creditor vendebat bona debitoris, ſed illa nunc ſublata eſt, tunc ibi erat. Alia fuit miſerabilis ſucceſſio, qua. ſ. libera mulier coniungens ſe ſeruo, amittebat libertatem & ſubſtantiam, quæ etiam modo ſublata. h. d. ¶ Notandum † primo, quòd emptio ponitur hic in tex. pro venditione, & vnum correlatiuum ponitur pro altero, hoc tñ fallit in l. 2. C. loca. vult ibi Cy. quamuis gl. ibi contrarium dicat. ¶ Notandum † ſecundo ſuper verbo, ambages ꝙ illa ſucceſſio per bono. vend. requirebat, ꝙ creditor actionem ſuam proponeret, & ſi cadebat a ſyllaba, tunc cadebat a tota cauſa. Si autem nõ cadebat, ſed debite formabat actionem ſuam, poterat propria auctoritate oĩa bona debitoris vendere, ut ff. ex qui. cau. in poſſeſſionẽ eatur. l. 1. Sed iſte modis ſuccedendi hodie ſublatus eſt, vt C. de formu. & impetra ſubla. l. 1. & 2. quia hodie creditor mittitur in bo. poſſ. ipſius debitoris, ex primò & ſecũdò decreto pro menſura debiti declarati, ut in Auth. de exhib. & introducis.

4 reis.§. ſi verò coll. 5. ¶Notandum † tertio, ꝙ iudicium pōt dici ordinariū dupliciter. Vno mō, reſpectu ptātis ipſius iudicantis: alio modo, reſpectu formæ iudicialis. Et ita etiam dupliciter dicitur iudicium extraordinarium. Primo modo, iudicium delegati eſt extraordinarium: ſecundo modo, iudicium, in quo non obſeruatur forma & ordo iuris, dicitur extraordinarium, ut no. in c. quoniā cōtra falſam ext. de prob.

5 ¶Notandum quarto, † ꝙ mulier dicitur bacchata.i. capta amore, quia ſicut quis capitur Baccho.i. vino, & non utitur rōne, ſic ēt mulier capitur amore. Nam furore amoris nihil eſt uehementius, ut in Authe. quib. mo. na. effi. leg. §. illud.

6 ¶Notandum finaliter † ꝙ libera mulier pōt hodie nubere ſeruo ſi nō ignoret cōditionē eius, vt l. fi. C. de agri. & cenſ. lib. 11. & maxime iure cano. vt c. 2. extra de cōiug. ſeruo. nec amittit libertatem, imo filij etiā ſunt liberi, quia ſequuntur ventrem. Et ratio eſt, q̄a mulier non tranſit in poteſtatem viri, niſi quantum ad debitum carnale, & operas domeſticas, ut ſupra de Senatuſcon. Tertul. dictum eſt. §. 1. notab. 5.

DE OBLIGATIONIBVS. Titulus XIIII.

NVnc dictū eſt de iure perſo. primo. lib. & de iure rerū a prin. ſecundi lib. vſq. ad iſtū locum tractādum eſt ergo conſequēter de iure actionum ſm quod dictum eſt ſup. in §. fi. de iure nat. gen. & ciuil. Et quia obligatio eſt mater actionum, vt ff. de procul. l. licet. §. ea obligatio. præcipue perſonalium. ideo prius, q̄ tractetur de actionibus, præmittendum eſt de obligationib. Et ideo iſte tit. ſic rubricatur.

§. Nunc tranſeamus.

1 *Obligatio quid. Et eius partium explicatio nu. 8. 9. 10. 11.*
2 *Obligatio, quotuplex.*
3 *Obligatio naturali tantum effectus habeat, & quos.*
4 *Obligatio naturalis, duplex.*
5 *Obligatio ciuili tantum quæ, & vnde naſcatur. Et quoſque habeat effectus nu. 6.*
7 *Obligatio ciuilis tantum, quid differat a naturali tantum.*
11 *Obligationi dupliciter poteſt opponi exceptio.*

Non

Digitized by Google

Non ſummuntur iſte §. quia præcedit diffinitiue. Et ponitur in
1 eo diffinitiuo obligationis. q̃ ſic diffinit in tex. † Obligatio, eſt iuris vinculũ, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei
2 ſoluendæ, ſẽm noſtræ ciuitatis iura. ¶ Notan. primò, † ꝙ triplex eſt obligatio. ſ. naturalis tm̃, ciuilis tm̃, & naturalis, & ciuilis ſimul. Naturalis tm̃ eſt, ut q̃ ſolo conſenſu naſcitur, vt l. Stichum. §. naturalis ff. de ſolutio. Et illa pōt eſſe inter ſeruũ dñm, ut ſeruus naturaliter dño obligeť, ut l. naturaliter. ff. de condic. indeb. Sic ẽt filius poteſt obligari patri. vt l. frater a fratre, ff. e. Sic & pupillus proximus pubertati po
3 teſt obligari, ut ff. de nouatio. l. 1 Habet autẽ illa obligatio naturalis tm̃, aliquos effectus. Primus eſt, ꝙ q̃uis nō pariat actionem, parit tñ exceptionem, ut ff. de pact. l. ſi unus §. pactus. & l. iuris gẽtium. §. ſed cũ nulla ff. de pactis facit inſ. §. in perſonã. de actionib. Secundus effectus, eſt, ꝙ impedit repetitione ſoluti, ut ff. de fideiuſſo. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. Tertius effectus eſt, ꝙ ei accedere pōt pignus, & fideiuſſor, qui obligať naturaliter, & ciuiliter, ut inf. de fideiuſ. in prin. Quartus effectus eſt, ꝙ recipit compenſationẽ, ut ff. de cō-
4 penſ. l. etiam. Eſt tamen † duplex naturalis obligatio, ut in glo. in l. ſed & ſi lege. in §. conſuluit. ff de petit. hæred. Vna eſt, quæ oritur ex nudis moribus hominum, ut ꝙ benefactoribus noſtris benefaciamus. & illa obligatio naturalis non habet effectus prædictos. Alia eſt, quæ oritur ex conſenſu,
5 & de illa intelliguntur, quæ dicta ſunt. † Eſt etiã obligatio ciuilis tm̃, quæ oritur ex diſpoſitione ſeu ſolennitate iuris, ut in gl. in l. generaliter. C. de non nume. pecun. Talis eſt obligatio qua aliquis chirographo confitetur ſibi mutuum eſſe factum ſpe numerationis ante biennium, ut inf. de litera. obliga. per totum. & l. in contractibus. C. de nō nu. pec. Talis eſt etiam obligatio, quia quis remanet obligatus, qui fuit obligatus naturaliter, & ciuiliter, ad aliquod debitum, & factum eſt pactum de non petendo. Et illa obligatio non pōt eſſe inter ſeruum & dominum, quia iure ciuili, ſeruus, nihil eſt. l. quod attinet. ff. de reg. iu. nec inter filium, & patrẽ, ut l. frater a fratre. ff. de cōdic. inde. & ita ẽt inter patrẽ, & filium nō pōt eſſe iudicium. ff. de iud. l. lis iure ciuili, hoc

impe-

Digitized by Google

impediente rõne patriæ ptãtis, ſup. de patria poteſta. §. ius
6 auté. Et iſta ciuilis obligatio † tm̃ ẽt habet aliquos effectus. Nam licet ẽt non pariat actionem, parit tñ exceptioné, ut l. in contractibus. C. de nõ num. pecu. Põt ẽt ei accedere pignus & fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſor. §. fideiuſſo ſicut
7 de naturali tm̃ dictum eſt. Et differt † ciuilis tm̃ a naturali tm̃, quia iſta nõ impedit repetitioné ſoluti, ſicut naturalis, nam debitum ciuiliter tm̃, & indebitum naturaliter ſolutũ põt repeti, ſed debitum naturaliter, & indebitum ciuiliter ſolutũ, non põt repeti, ut l. 1. ff. de condit. indeb. Sed obligatio naturalis & ciuilis ſimul, eſt illa, quæ cõiter uenit in cõtractibus, &c. Et iſta eſt, quæ hic diffinitur, & de illa eſt in l.
8 qđ attinet. ff. de reg. iur. ¶ Not. † ſecundo, ꝙ iuris vinculum debet hic exponi actiue, ideſt, ius vinciens, hoc eſt, ligans. Nam ſicut boues & aliæ beſtiæ ligantur funibus, ſic homines ligantur verbis & obligationibus, ut de uerb. ſign. ĩ l.
9 rei. §. 1. ¶ Notandum tertiò, † cum dicitur hic, quod neceſſitate adſtringimur, intelligitur, ꝙ non eſt obligatio, quæ hic diffinitur, niſi per eam quis neceſſario adſtringatur. Non. n. eſt verus debitor, in cuius poteſtate eſt ſoluere, uel non ſoluere, ut ff. de verb. ſignifi. l. debitor. Et ideo bene dicitur, ꝙ omnis homo eſt debitor mortis, quia neceſſario habet ſoluere mortem. Ex quo patet, quòd hic nõ diffinitur illa obligatio q̃ poteſt elidi per exceptionem, ut ff. de reg. in l. non
10 videtur. Notandum † quarto, quòd qñ dr̃ hic alicuius rei ſoluendæ, ibi res, capitur generaliter pro re, aut pro facto,
11 vt ff. ſi cert. pet. l. 1. & de verb. ſig. l. rei. ¶ Notandum † finaliter, quòd qñ dicitur in diffinitione, ſecundum noſtræ ciuitatis iura, hoc põt primò referri ad diffinitũ, ut ſit ſenſus, obligatio ſecundum noſtræ ciuitatis iura, eſt iuris vinculũ &c. Vel ſecundò põt referri ad iuris uinculũ, ut ſit ſenſus, obligatio eſt ius uincens, ſm iura ciuitatis noſtræ. Vel tertiò põt referri ad illam particulam alicuius rei ſoluendæ, ut ſit ſenſus, quod iſta res debet ſolui ſm iura noſtræ ciuitatis, q̃ volunt quòd res ſoluatur æquè bona, ut ff. ſi cer. pet. l. cum qđ. & l. 3. §. ſi res. ff. commoda. & quod ſoluatur congruis loco & tẽpore, ut ff. de ſol. l. ſi ſoluturus, & quòd caueatur de

Pp cui-

Digitized by Google

euictione. ff. de verb. obl. l. Iulianus. §. qui fundũ, & quod ſol uatur apud competentẽ actorẽ, & iudicẽ, ut C. ſi non a com pe. iud. l. ſi. & ꝙ res non ſit deteriorata. Et hoc eſt verum, ſi deterioratio veniat officio iudicis, ut in contractibus ſtricti iuris. Secus ſi ueniret iure actionis ut in contractibus bo. fi. & ideò, ſi qs accõmodaſſet alicui equũ, & teneretur illũ re cipere et deterioratũ, ut no. per gl. & per Bar. in l. qui ſibi. ff. de ſolut. Et ex illis faciliter põt colligi, qđ debitor debeat facere, ſi creditor non vult recipere debitum, ut nõ conſti tuatur in mora. ¶ Opponitur contra pͤdicta, & vr̃ primo, ꝙ iſta diffinitio obligationis non ſit bona, quia omnis diffi ni tio, conuertitur cũ diffinitio, ut l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Sed iſta diffinitio non conuenit obligationi tm̃, nec ci uili tantum, ergo &c. Media ſeu minor patet, quia per talẽ obligationẽ nõ adſtringitur quis neceſſitate. Sol. Hic nõ dif finitur oĩs obligatio, ſed illa quæ eſt naturalis & ciuilis ſi-
2 mul, ut dictũ eſt in fine primi notab. ¶ Opp. ſecũdo, † & vr̃, ꝙ hic diffinitur ẽt obligatio cui põt opponi exceptio, quia hic diffinitur obligatio ciuilis & naturalis, ꝗ põt contrahi per filium & ꝑ mulierẽ, cui tñ põt opponi exceptio de Ma cedoniano & Velleiano, ergo non bene dictũ eſt in tertio notab ꝙ hic ſolũ diffinitur obli. ꝗ nõ põt elidi per exceptio nẽ. Solu. obligationi dupliciter põt opponi exceptio. Vno modo ꝑꝑ defectum vinculi naturalis aut ciuilis, & ita ꝓce dit quod dictum eſt in tertio notab. Alio modo opponitur exceptio, non propter defectũ vinculi, ſed propter perſonã contrahentẽ, & ita procedit oppoſitio. Nã obligatio cõtra cta per filium, eſt naturalis & ciuilis, poteſt tñ opponi exce ptio ad Macedonianum, vt l. quia naturalis. ff. ad Maced. Ita etiam eſt obligatio contracta per mulierem, tñ opponi tur exceptio de Velleiano, ut l. ſi mulier. ff. ad Velleia.

§. Omnium autem.

1 *Obligationum quædam ſunt ciuiles, quædã prætoriæ, ſiue honorariæ.*
2 *Diuiſio quid.*
3 *Obligationes ciuiles, quæ Item, quæ prætoriæ ſiue honorariæ. nu. 4. Et quis eorum vſus nu. 5.*

6 Con-

Digitized by Google

6 *Contractus, tripliciter capitur.*
7 *Contractus, actio, & obligati differunt.*

Non ſummat, quia procedit diuiſiuè, nam obligationum
1 †quædã ſunt ciuiles, & quædã p̄toriæ. Ciuiles ſunt, quæ legib. conſtitutæ ſunt, aut iure ciuili approbatæ. Sed p̄toriæ ſunt, quæ p prætoré inductæ ſunt, quæ ét uocantur honorariæ tunc ibi, ſequens ponitur alia diuiſio. Nã obligationum quædã ſunt ex contractu, quędã ex quaſi contractu. quædã ex maleficio & quædã ex quaſi maleficio. Et primo tractandum eſt de illis, quæ ſunt ex contractu. tunc ibi, harum aũt. Et iſtæ q̃ ſunt ex cõtractu, aut ſiunt ex rebus. aut ex uerbis, aut ex literis, aut ex cõſenſu, de quib. oĩbus dr̃ infra. ¶ Not.
2 primo, ꝙ diuiſio eſt vniuerſalis materiæ breuis cõpoſitio. Et ad q̃ vtilis ſit diuiſio, dictũ eſt ſup. in proęmio huius li
3 bri. §. pen. ¶ Not † ſcdo, ꝙ illæ obligationes ſunt ciuiles, q̃ habent efficaciam ſuam ex conſtitutione legum, vt eſt illa, q̃ dat̃ p l. Aqui. ut infra ad l. Aqui. in prin. vel q̃ dat̃ de pauperie, ut ff. ſi quadru. paupe. fecisſ. dicatur l. 1. vel quæ eſt furti non manifeſti, vt infra de nox. act. §. ſunt autem. uel dicũtur ét obligationes ciuiles, quæ deſcendunt a iure gẽtium,
4 ſunt tñ per ius ciuile cõprobatæ. Sed † prætoriæ ſunt, in quibus prætor conſtituit aliquid, uel addendo uel approbãdo, vel ét de nouo condendo, vt ff. de iuſt. & iur. l. ius autẽ ciuile. §. ius prætorium. Et uocantur iſtæ etiam honorariæ, quia prætores honores gerebant, ut etiã ſup. de iure natur. gent.
5 & ciuili. §. prætorum edicta. † Et ſeruit illud ad ſciendum, quæ actiones ſint ciuiles, & quæ prætoriæ, inter quas eſt magna differentia, ut infra de perpe. & tempor. act. dicetur.
6 Notandum tertio, ꝙ tripliciter capitur contractus. ſ. ꝓprie, impropriè, & improprijſſimè. Propriè contractus dicitur, qñ contrahentes hinc inde obligantur, ut in emptione & vendit. ut l. Labeo. §. contractum. ff. de uerb. ſig. Impropriè dicitur, qñ una pars ſolũ obligatur, ut in mutuo, ut ff. ſi cer. pet. l. 2. Sed contractus improprijſſimè dictus eſt, quando ſit diſſolutio contractus, vt in tranſactione, vt not. per Bar. in l. ſiue apud acta. C. de tranſac. ſic etiã eſt in liberatione. vt infra quibus mod. tollitur oblig. §. 1. Et iſta ſeruiunt ad

Digitized by Google

intelligendum ſtatuta, in quibus terminis debent proprio accipi, ut l. 3. hæc uerba. ff. de neg. geſt. Ex quo patet, quòd ſi in aliquo loco ſit ſtatutum quo prohibeatur ut nemo cũ talib. contrahat, per illud ſtatutum non prohibetur mutuũ, neq. tranſactionẽ, neq. liberationẽ cum talibus fieri, quamuis Bal. C. de pac. in rubrica dicat, quòd qñ ꝑ ſtatutũ prohibetur contractus, etiam prohibetur liberatio, & multo ma-
9 gis in mutuum. ¶ Not. † finaliter, quòd differentia eſt inter cõtractũ, obligationẽ, & actionẽ. Nam cõtractus, eſt cõceptio verborum ſeu conſenſum, ut ff. de uerb. oblig. l. ſtipulationum. §. ſtipulatio. & eſt facti, ut ff. curato. furio. l. conſilio. Obligatio autem oritur ex contractu, & eſt iuris. ff. ſi cert. pet. l. 2. Actio autem ulterius oritur ex obligatione, ut ff. de procu. l. licet ea obligatio, & etiam eſt iuris.

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR obligatio. Titulus X V.

QVia ſupra dictum eſt tit. prox. §. fi. quod quatuor ſunt ſpecies obligationis, quæ naſcitur ex contractu. Quarum prima eſt, quæ naſcitur ex re, etiam potior: idcirco primo de illa hic tractatur, & rubricatur titulus, quibus modis re contrahitur obligatio.

§. Re contrahitur.

1 *Obligatio re contrahitur in datione mutui ex qua naſcitur cerui cõdictio.*
2 *Pactum nudum poteſt nouem modis veſtiri.*
3 *Pactum nudum, quando dicatur veſtiri auxilio legis.*
3 *Res aliqua vt poſſit dari mutuo, quæ requiruntur.*
5 *In mutuo transfertur dominium a dante in accipiẽtem. Et quare dicatur mutuum.*
6 *Mutui reconcilia tio, qualiter fiat.*
7 *Mutuũ recipiens, nõ tenetur eandẽ rẽ in ſpẽ reſtituere. Lim. nu. 10.*
8 *Mutuum petitur actione, quæ dicitur condictio.*
9 *Pecunia tripliciter accipitur.*

1 Re contrahitur † obligatio, in datione mutui, quod conſiſtit in rebus quæ per numerum, pondus, vel menſurã traduntur ut fiant accipientem. Et ex hac obligatione naſcitur

2 tur actio, & vocat certi condictio. h. d. ¶ Not. † primo, quod nudum pactum pōt nouem modis ueſtiri. Primo, re, ut hic. Secundo uerbis, ut ti. prox. Tertio literis, ut inf. de litera. obl. Quarto, conſenſu. ſ. ſolo, quia in alijs obligationibus ēt requiritur conſenſus, ut infr. de oblig. quæ ex conſenſu naſcūtur. Quinto, cohærentia contractus, vt qñ iuxta contractū ponitur pactum ante vel poſt, vt C. de pac. l. reperens. Sexto, interuentu rei, ut in cōtractib. innominatis. C. de re. permuta. l. ex placito. Et differt iſte modus a primo, q̃a qñ pactū ueſtit̄ re, tunc ſtatim habet robur, & naſcitur actio ut ff. ſi cer. pet. l. cum quid. Sed qñ ueſtitur per interuentum rei, tunc nō ſtatim habet robur, nec oritur actio, ſed tūc demū, qñ res eſt tradita, ut C. de pac. l. petēs, & l. iuriſgen. §. quinimo. ff. de pac. Septimo, principio rei, ut ſi quis pollicet̄ reipub. nudo pacto, ut ff. de pollicita. & no. gl. in verbo. cæperit l. 1. Octauo, iureiurādo. l. ut iuſiurādi. ff. de ope. liber. Nono, authoritate ſeu auxilio legis, ut ff. de pac. l. legitima. Et
3 dr̄ nudū pactū ueſtiri auxilio legis qñ ex tali pacto non daretur actio, niſi lex hoc diceret, & hoc fit in multis caſibus, ſicut patet in his verſibus, non recta lege pedum currētib.

Pactum in his nudum actionem maxime parit.
Conſtituens, donans, dotans, ſpondens ob honorem.
Naturarumq; fraus acceſſio, verbis, vſurat.

Nam aliter ex nudo pacto nō datur actio, ut ff. de pac l. iuriſgentium. §. quinimo, quod uerum eſt iure ciuili, ſecus iure canonico, ubi ex nudo pacto datur actio, extra. de pac. c.
4 1. Notandū † ſo, quod ad hoc, quod aliqua res poſſit dari mutuo, aliqua requiruntur. Primo, quod illa res ex natura ſua poſſit numerari, menſurari, uel ponderari. Secundo, quòd ſit etiā conſuetudo talē rē numerando, vel menſurando, vel pōderando tradi. Tertio, quod datio rei, fiat ſm eius aptitudinem, & ideo unum nō traditur mutuo per pondus, ſed per mēſuram. Quarto, qđ actus aptetur ad aptitudinem rei, & ideo ſi pecunia tradatur cum ſacculo, tanquam ſpecies, & nō numeretur, non eſt mutuum. Et iſta nota. per Doct. & præcipue per Bart. in l. mutuum. § mutui. ff. ſi cer. pet. Patet ergo, quod ſi trado librum per pondus non eſt mutuum, ut

Digitized by Google

millia non veniunt niſi 10.millia in obligatione. Si tñ debitos eſſet, in mora poſſet creditor ex mutuo petere ſuum intereſſe.ſi proueniat ex lucro ceſſante, ſiue ex dãno emergẽ
8 te, vt not.in l.vinũ per Doct.ff.ſi cer.pet. ¶ Not.finaliter ꝙ actio,qua petit mutuũ,vocatur certi condictio, & põt dici certi cõdictio ſpecialis,vt ff.de tritica.condictione.l.1. Nã in omni cauſa & cõtractu,ex quo certum petitur,datur certi condictio gñalis,vt l.certi condictio ff.ſi cer. pet.Et eadẽ actio,quæ datur ad mutuũ,datur ãt ad intereſſe,quia quamuis non ſit certũ in principio,certificatur tñ per iudicem.Et hoc maxime verum eſt, qñ in libello concludit ad certam ſummam,vt no.in §.curare.infr.de actio. ¶Opp.primo ſic, & vř,ꝙ pecunia non conſiſtat in numero, per l.2.§.mutui.
9 ff.ſi cer.pet.Solu.Pecunia † capitur ſimpliciter.Vno modo, pro omni re corporali.Secundo modo pro omni re,quæ cõſiſtit numero,pondere, aut menſura.Tertio modo,pro pecunia numerata,vt no.per.Bar.in l.talis ſciptura ff. de leg. 1.Et eſt tex.in l.pecuniæ.ff. de verb.ſign. & iſto modo capi-
10 tur hic ¶Opponitur ſecundo † & vř,quod non bene dicatur in tex. quòd mutuo poteſt eadem res reddi, per l. 2. in prin.ff.ſi cer.pet.Solu.In mutuo poteſt eadem per reddi,vt hic dicitur.ſed hoc non debet à principio agi,vt ſcilicet eadem res reddatur, vt vult l. in oppoſitum alegata.

§. Is quoque.

1 *Solutione indebiti per errorem facta naſcitur actio condictitia.*
2 *Solutio indebiti debet eſſe facta ab ignorante,prius,quam ex ea quis obligetur.*
3 *Solutio indebiti quid.*
4 *Condictio indebiti Et ad eam intentandam quid requiratur.*
5 *Acceſſiones naturales,quæ.Et quæ ciuiles.nu.6.*
7 *Obligamur ad indebitũ ſolutũ per errorẽ,non ſecus, quã ad mutuũ.*
8 *Pupillus,cui ſolutum eſt indebitum per errorem,ſine authoritate tutoris,non tenetur hac actione.*
9 *Pupillus qualiter,& quando,ex mutuo,inebito, uel alias poſſit obligari diſting.*
10 *Obligatur re, qui indebitum recipit.*

11 Poteſt. verb. intelligendum cum effectu

1 Sũmatur ſic † Contrahitur et re obligatio ſolutione indebiti per errorem facta non obſtante, ꝙ ille qui ſoluit, magis vř diſtrahere, ꝗ contrahere. Et ex iſta obligatione naſcitur actio condictitia, qua tñ non tenetur pupillus, ſi ei ſine tutoris authoritate per errore indebitum ſolutũ ſit, ſicut nec ēt tenetur certi cõdictione, ſi ſine tutore mutuũ accepit h.

2 d. ¶Not. † primo ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis obligetur hac obligatione, requirit, quod ſolués ignoret eſſe indebitũ. Nã ſi ſciẽter ſolueret, præſumeretur donare, & non eſſet iſta obliga

3 tio, vt no. in l. 1. ff. de cond. indeb. Eſt † aũt ſolutio indebiti, qñ quis tenetur alicui ad 10. & ſoluit 20. & nř de hoc glo.

4 not. in c. fi. extra de ſolut. ad longũ. ¶Not. † ſecundò, quòd iſta actio, per quam repetitur indebitum, vocatur cõdictio indebiti, & requiritur ex parte eius, cui ſoluitur, quòd res transferatur in eius dominium. alioquin non eſt iſta obligatio, vt ff. vſusfructuarius, quemadmodum caue. l. fi. Si etiam ille ignoret indebitum eſſe, non obligatur, niſi in quantum factus eſt locupletior ſed ſi ſciat obligatur non ſolũ ad rem quã accepit, ſed etiã ad acceſſiones & augmenta naturalis,

5 vt ff. de condi. indeb. lege, indebiti. Vocantur † aũt acceſſiones naturales, augmenta, quæ veniunt naturaliter ex ipſa re, ſicut fructus ex agro ſeminato & partus, ſed non ad aug

6 mẽta ciuilia, vt C. eo. l. 1. Dñr † augmẽta ciuilia, quæ veniũt ex induſtria hominum & labore. Et ſi rẽ retineat poſtquã ſciat inuito dño, tenetur etiam actione furti, vt ff. de cond.

7 fur. l. quoniam. ¶Notandum † tertio, quòd ad indebitum ſolutum per errorem quis obligatur; ſicut ad mutuum, ut infra de obliga. quæ ex quaſi contractu naſcuntur, §. fi. niſi in quibuſdã caſib. Primo, ſi ſoluatur indebitum ex cauſa, quæ es inficiatione creſcit, vt l. ea. quæ. C. eo. Secundo ex cauſa pietatis vt l. cum hic. §. ſi mulier. ff. eo. Tertio, tranſactione vt l. sũma. ff. eo. Quarto authoritate rei iud. vt l. 1. C. eo. Quinto rõne ſcientiæ, vt l. 1. ff. eo. & dictum eſt in 1. nota. Sexto, iureiurado, vt infra de act. §. ſi qs poſtulãte. ¶Notã-

8 dum † quarto, quod pupillus, cui ſolutũ eſt in debitũ per errorem ſine authoritate tutoris, non tenetur hac actione, ſicut

tur nec mutui actione, quod verum eſt niſi pupillus ex eo factus ut locupletior, vel pecunia ſit apud eum ſalua aut in aliā rem conuerſa, vt ff. de ſolut. l. in pupillo. Nam tunc naturaliter & ciuiliter obligatur & tenetur cum effectu, vt l.
9 naturaliter. §. fi. ff. de cond. indeb. Ad † ſciendum ergo, qualiter pupillus ex mutuo, vel ex indebito, aut alias poſſit obligari, ſic eſt diſtinguendū. Aut. n. pupillus eſt maior infante, id eſt eo, qui nondū cōplēuit ſeptimum annum, & nullo mō pōt obligari l. qđ pupillus. ff eo. Aut eſt maior infante, & promittit tutori ſuo. & nullo mō obligatur ff. de auth. tuto. l. pupillus. Aut promittit alteri ſine tutore & obligat naturaliter, ſed nō ciuiliter, vt l. 1. ff. de nouatio. & no. eleganter in d l. 1. per gl. fi Aut promittit cū tutore, & obligatur naturaliter & ciuiliter, vt l. ſi impuberes, ff. de auth. tut. ſed pōt reſtitui in integ. Eodē mō dicendum eſt de adulto minore, habente curatorē, vt. C. de in integ. reſtit. mino l. curatorē, ſed ſi nō habeat curatorē, obligat naturaliter, & ciuiliter, ſed pōt reſtitui, ſi obligauit ſe ante 25. annū. ¶ Not.
10 † finaliter, ꝙ iſte caſus potius vꝛ ponēdus in ti. de obligat. q̄ ex quaſi cōtractu naſcuntur, vt in §. itē is ibid. q̄a ſoluens vult diſtrahi, non contrahi: ſed q̄a tacite aliquid agitur qđ concernit contractum, nā ille qui recipit debitū obligatur re, ſicut in contractu, qui conſiſtit in re, idcirco ponitur hic fa l. ſi in area ff eo. & l. ſi is qui. §. vlt. ff. cōm. ¶ Opponitur ſic & vꝛ ꝙ nō bene dicaꝛ in tex. indebitū poſſe cōdici. ſi appareat. ſ. ipſum eſſe indebitū; q̄a ex illo ſequeretur, ꝙ indebitum deberet probari ante inſtitutionē actionis, ſeu ante
11 litē conteſt. quod nō eſt uerū Solu. Illud † verbū, pōt & debet intelligi hic cum effectu, vt ſ. reus condēnetur per ſententiam, vt ſit ſenſus, quod non poteſt indebitū cōdici effectualiter, id eſt, ſententia ferri, donec appareat indebitum.

§. Item, is cui.

1 *Commodatarius etiam re obligatur. Et naſcitur ex hac obligatione actio commodati.*

2 *Mutui & commodati differentia duplex. Et nu. 4.*

3 *Commodatum varie deficit.*

Commo-

5 *Commodatarius tenetur commodati, varie Et nu. 6. 7.*
8 *Precarium & commodatum, in quo differant.*
9 *Commodati actio, duplex.* *(culpam*
10 *Incendiũ numeratur interdũ inter caſus fortuitos, interdum inter*
11 *Commodatum, debet eſſe gratuitum.*

1 Recipiens † comodatũ, ideſt, cõmodatarius, ẽt re obligatur, & naſcitur ex hac obligatione actio cõmodati: & differunt mutuum & commodatum, quia in mutuo transfertur dñium, in cõmodato non, & recipiens mutuum tenetur de dolo, oĩ culpa & caſu fortuito: ſed recipiens cõmodatum tenetur de dolo & oĩ culpa, ſed nõ de caſu fortuito niſi culpa ſua præcedat illum caſum, & commodatum dẽt eſſe gratui-
2 tũ h. d. ¶ Notandum primò † q̃ tex tangit hic duas dñas, inter mutuum & commodatum. Prima eſt, q̃ in mutuo tranſfertur dñium, in cõmodato non: oportet. n. commodatariũ reſtituere commodanti eandẽ rẽ. ſed gl. ſuper ver. accepit, dicit de triplici mutuo. Nam quoddã eſt naturale tm̃. ſ. qñ numeratur pecunia ſine aliqua ſtipulatione Aliud eſt ciuile tm̃, qñ fit ſtipulatio ſine numeratione. Aliud eſt naturale & ciuile ſimul ſ. qñ numeratur pecunia & concipitur ſtipulatio, vt ff. ſi cer. pet. l. 2. Quod ergo hic dr̃ de translatione dominij, intelligitur de mutuo primo & tertio modo di-
3 cto. Et deficit mutuũ † interdũ ratione rei, ut in furto. vt ff. eo. l. 2. §. mutui. & l. nam & ſi fur. ff. ſi cer. pet. interdum ratione perſonæ, ut ff. ſi cer. pet. l. ſi a furioſo. interdum ratio-
4 ne conſenſus, ut ff. ſi cer. pet. l. ego pecuniam. Secunda † differentia eſt, quia recipiens mutuum, tenetur de dolo, & omni culpa & caſu fortuito, commodatarius aũt non tenetur de caſu fortuito, niſi ſua culpa præueniat illum caſum. Et exemplificat tex. vt ſi cõmodata ſit tibi res, ut ea vtaris in domo tua, & defers eam tecũ in peregrinatione, ſi tunc eã caſu amiſeris, teneris de ea reſtituenda, uel eius æſtimatione. Et licet cõmoddatarius regulariter teneatur de oĩ culpa, vt hic dr̃, quia non ſufficit tantã diligentiam adhibere, quã tã quis adhiberet in ſuis proprijs reb. & ideo iſte poſitiuus, exactam. in tex. exponitur per ſuperlatiuum. ideſt, exactiſſimam. Iſtud tñ habet exceptiones, vnde ſic diſtinguendum

eſt

Digitized by Google

5 eſt.Quia † aut cōmodatum datur gratia cōmodentis & tūc commodatarius ſolum tenetur de dolo.v. g. Cōmodo vxori meæ futuræ aliqua clenodia. ſ.anulos, coronam,& ſimilia,vt ornatè veniat in domum meam . & ſi iſta perdantur, nō tenetur mulier niſi fecerit ꝑ dolū, vt l.ſi vt certo §.nunc
6 videndum ff.commoda.Aut † datur gratia vtriuſq;.ſ.cōmodantis & commodatarij , & tunc tenetur commodatarius de dolo,lata culpa & leui,vt ſi commodo tibi vaſa argētea, quia tecū cęnabant amici tui,& mei,vt honorifice tractentur gratia nr̃i,vt ff.eo.l.in rebus.§.hoc ita.Aut † dat̃ gratia
7 cōmodatarij tm̄ & eius rogatu,quòd præſumitur in dubio, & tunc tenetur cōmodatarius ēt de culpa leuiſſima . Et qa hoc regulariter fit,ideo textus ſolū loquitur in illo caſu,ſic ēt pōt dici de cōtractu in generali,vt in glo.in l.ſi in certo. §.2.ff.eo.quia aut fit gratia dantis tm̄ , & tenetur ſolum de dolo.Aut gratia accipientis tm̄,& tenetur de dolo & oī culpa,excepto precario ; quia ibi recipiens tenetur ſolum de dolo & lata culpa,ut ff. de preca.l.quæſitum.§.& illud,aut gratia vtriuſq. & nō tenetur de culpa leuiſſima. Eſt aūt dif-
8 ferentia † inter precarium,& cōmodatum,quia cōmodatū datur ad certum vſum,ita, quòd ſi cōmodatarius aliter vteretur re cōmodata committeret furtum, precarium aūt nō datur ad certum vſum Scd̃o,quia cōmodatum non pōt ſtatim reuocari,ſed cōpleto vſu,ad quem cōmodatum eſt,precarium ſemper reuocari pōt , & de illis differentijs not. in gl.in l.vt cōmodato.§.ſicut.ff.commodati.Bal.dicit dr̃iam inter iſtam gl.ſingularem.ad cognoſcendum commodatū , depoſitum,& precarium, de qua in l.contractus. ff. de reg.
9 iur.idem Bal.in.l.2.C.eo.Not. † ſecundo, quod duplex eſt actio commodati.Nam quædam eſt directa,quæ datur commodanti contra commodatarium, non ſolum ad rem commodatam,ſed ēt ad intereſſe,vt ff.cōmodati.l.3.§. ſi reddita. Alia dicitur contraria,quę datur commodatario contra commodantem de impenſis factis in re commodata , ut ff.
10 commodati l.in commodato.§.contraria.¶Notandum† tertio, ꝙ incendiū interdum numeratur inter caſus fortuitos, & interdum inter culpas.Nā ſi incendiū ortum ſit in aliena domo,

domo, dr̃ eſſe caſus fortuitos, reſpectu eius in cuius domo non eſt ortum incendium. ſed ſi in ſua domo incendium ſit ortum, tunc dr̃ eſſe ex ſua culpa, vt l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi fornacarius. ff. ad leg. Aqui. nã incendia cõiter veniunt ex culpa inhabitãtium, vt l. ſi vendita. ff. de periculo & commodo rei vẽditiτæ. ¶Not. † finaliter. ꝙ commodatũ debet eſſe gratuitum. Si. n. merces interueniat, non eſt commodatum, ſed locatum, vt infra locati. §. 1. quod eſt verum, ſi res ſit locabilis: alioquin eſt contractus innominatus, vt le. naturalis. §. adeundo. ff. de pſcriptio. ver. ſic ẽt mãdatum dẽt eſſe gratuitum, vt infra mandatis. §. fi. quamuis poſtea qñ mandatum cõpletum eſt dẽt ſolui ſalariũ pro labrore, ut ff. mãdati. l. 1.

§. Præterea.

1 *In Depoſito, re contrahitur obligatio, & tenetur depoſitarius tantum de dolo* Et *num. 3*

2 R*e meã ſi depoſui apud te teneris mihi actione depoſiti directa. Sed ſi in ea feceris aliquas impẽſas tenor tibi actiõe depoſiti cõtraria.*

4 *Dolus, quid. Quid lata culpa. Quid leuis. Quid leuiſſima Quid caſus fortuitus.*

5 *Depoſiti actione, habet paratam executionem.*

1 In Depoſito etiam re † contrahitur obligatio, & tenetur
2 depoſitarius tantum de dolo. h. d. ¶Notandum † primò. ꝙ ſi depoſui apud te rem meã, teneris mihi actione depoſiti directa, ſed ſi tu feciſti aliquas impenſas in re mea, tunc ego teneor tibi actione depoſiti cõtraria, ſicut dictum eſt de cõ
3 modato. ¶Notandum † ſecundò, quòd depoſitarius tenetur de dolo, vt ff. depoſit. l. 1. §. illud. & de lata culpa, quæ æquiparatur dolo, vt ff. depoſiti. l. quod Nerua. & ff. ſi quis in teſta. liber eſſe ius ſu. l. 1. §. non autem. nõ aũt tenetur de leui culpa regulariter, & ideo ſi tu rem meam apud te depoſitã negligentia tua, caſu uel furto amiſeris, mihi non teneris, debet enim mihi imputari, quia rem meam cuſtodiendã tradidi amico negligẽti. Si tñ factum ſit pactũ inter te, & me, quòd ſi rem meam perdideris, tenebis tunc ẽt obligaris ad culpam leuiſſimam, ut ff. depoſiti. l. 1. §. ſæpe. Interdũ ẽt teneris de caſu, ut ſi rem meam apud te depoſitam portaſti

ad

ad loca periculoſa,ut ff. commodati.l.in rebus.§.1.uel ēt ſi fuiſti in mora reſtituendi depoſitum,ut ff.depoſi.l.ſi in alea

4 §.¶Not.tertio,†quod dolus eſt machinatio ſtudioſa, vt de dolo.l.1.2.ſed lata culpa eſt negligere, quod oēs ſciunt, ut ff. de uerb.ſigni.l. latè ſed leuis culpa eſt, qñ eſt deſidia vel negligentia, ut hic dr:leuiſſima āt culpa eſt,qñ non præuidetur quod alius diligentiſſimus pōt præuidere.Et ideo furtum non cōmittitur ſine leuiſſima culpa.ut ff pro ſocio.l.cū duobus.§.damna,niſi furtum fieret a perſona domeſtica,de qua non eſſet ſuſpicio vt vult Cy.in l.2.C.depoſi. ſic ēt incendium ortum in ſua domo,non eſt ſine culpa.ff. de offic. præfe.vigilum l.3.§.1.& dictum eſt ſupra §. proxi. ſed caſus fortuitus eſt,qui præuideri nō pōt,ut C.de pigno act.l.

5 qui fortuitis.¶Not † finaliter,quod actio depoſiti,habet paratā executionē,ſicut ſumma,ut C.depoſiti l.penul.& hoc eſt uerum, qñ depoſitum eſt notorium p publicum inſtrumētum, vel p ſcripturam, vel ex teſtimonio teſtium receptorū ad perpetuā rei memoriam,ut notat Bar.in l.creditores C.de pignoribus.alias āt reqritur libellus & litis conteſtatio,ut in c.quoniam frequenter.extra ut lit.nō cōteſt.

§.Creditor.

1 *Pignoris acceptione, etiam contrahitur obligatio, ex qua naſcitur actio pignoratitia. Et in quo teneatur creditor,pignus recipiens.*

2 *Creditor hic accipitur ex omni cauſa,*

3 *Pignus & hypotheca differunt.*

4 *Pignoratitia actio eſt duplex.*Et *nu* 5.

6 *Pignus ſi perdatur ex dolo aut lata leui culpa,tunc debitor tenetur hoc probare,Secus in caſibus fortuitis.*

1 Acceptione†pignoris, etiam re contrahitur obligatio ex qua naſcitur actio pignoratitia,& tenetur creditor pignus recipiēs de dolo,lata culpa,& leui,ſed non leuiſſima, neq;

2 de caſu fortuito h.d.uſq.ad fi.tit.¶Notandū † primo,quod creditor intelligitur hic ex omni cauſa,ut in Auth.de fideiuſſo.§.ſi colla.1.quia pignoris obligatio, quæ eſt acceſſoria,pōt omni obligationi & pacto, etiam naturali tantum accedere, ut l.res hypothecatæ ff. de pignorib. item infra. §.In

§. 1. de fideiuſſ. notab. 2. & naturaliter. ff. de cōd. indeb. ſup. co. §. 1. notab. ¶ Notandum † tertio, ꝙ in textu dicitur notan-
3 tāter, ſi creditor pignus accepit, q̄a ante, q̄ accepit pignus, nō eſt ipſe obligatus, quāuis ex nuda conuentione pignus ſit obligatum ſibi, vt ff. de pigno. act. l. 1. & competit ipſi creditori ex nuda conuentione actio hypothecaria, ad pſequē dum pignus, ut infra de actio. §. itē Seruiana. ubi ēt ponitur differentia inter pignus & hypothecā, q̄a pignus conſtituit in reb. mobilib. hypotheca vero in immobilib. ¶ Notandum
4 † tertio, ꝙ actio pignoratitia eſt duplex: nam quædam eſt directa, q̄ datur debitori contra creditorem, p reſtitutione pignoris, quod dēt reſtitui in ſpecie idē, & cum fructibus: imò ēt ſi creditor ſit in mora, cum vſuris & intereſſe, ut in l. q̄uis. §. ſi creditor. ff. de pigno. act. ſed nō naſcit iſta actio, niſi ſolutione facta, aut cum ſatisfactum ſit de debito: ut in l. ſi rem. §. omnis. ff. de pign. act. ſicut actio tutelæ non naſcitur, niſi finita tutela, ut ff. de tute. & ratiocinijs diſtrah. l. ſi tutor. §. 1. q̄uis aliqui dicāt, ꝙ iſtæ actiones bene prius naſcuntur, ſed nō prius dantur ſeu intentantur. Prima tñ opinio melior eſt ſm gl. ꝙ ſi creditor non vellet recipere pecuniam, ut poſſit retinere pignus tunc debitor debet pecuniā deponere, & aſſignare in iudicio, & hoc ſufficit ad rehabēdum pignus, ſecus ſi faceret extra iudicium, ut l. ſi rē alienam. §. qui āt, ff. de pign. act. pōt ēt debitor ſoluere creditori creditoris, & liberatur ſi hoc faciat de voluntate creditoris ſui: non aūt, ſi faciat eo inuito. Sed ſi fecerit eo ignorante, tunc non liberatur iure, hēt tñ exceptionem contra creditorem, vt not. per Bar. & doct in l. ſolutū. ff. de pigno. act. & hoc eſt diligenter retinendum. Alia † eſt actio pignorati-
5 tia contraria, q̄ datur creditori contra debitorē, pro impenſis factis in pignore ut l. ſi neceſſarias. ff. de pig. act. ¶ Not.
6 † quarto, quod creditor nō tenetur de culpa leuiſſima, nec de caſu fortuito, ſi pignus perdatur, ut innuitur in tex. hic. Et ratio eſt, q̄a iſte eſt contractus, qui fit gratia recipientis & gratia dantis, ut etiam dicitur hic in tex. & in tali contractu non tenetur recipiens de culpa leuiſſima, ut ff. commo-
7 da. l. ſi ut certo. §. nunc videndum. ¶ Notandum † finaliter, quòd

quòd ſi pignus perdat ex dolo,aut lata vel leui culpa,tunc debitor tenetur hoc probare,ſ.dolum, aut culpam,vt ff. de probatio l.in exceptione.ſed ſi caſu fortuito.tunc ſecundũ Bal.in l. ſi creditor.C.de pigno.act.diſtinguendum eſt,quia
8 aliqui ſunt † caſus fortuiti,qui cõmuniter accidunt ſine aliqua culpa,ut eſt incurſus latronũ,vel naufragium, & in illis caſib.ſufficit creditorem probare,ꝙ pignus ſit amiſſum, vt d. l.ſi creditor.primo reſpõſo. Alij ſunt caſus fortuiti, q. non accidunt cõmuniter,niſi ex culpa, ut eſt furtum vel incendium.& in iſtis caſibus ſufficit creditorem probare ſi ſit furtum,ꝙ iſtud furtum accidit ſine culpa ſua,qa per perſonam domeſticam,de qua non fuit ſuſpitio, ut l.argentum. ff.commoda.& de incendio ſufficit probare, ꝙ non habuit ortum in domo ſua,ut l.ſi quis ſeruo.ff.ad leg. Aquil. ¶Opponitur ſic,& vř, ꝙ non bene dictum ſit in 3. notab. quod pignus debet reſtitui cum fructibus, quia dicitur in tex. ꝙ pignus datur gratia debitoris , & creditoris.ſed iſto modo creditor non videtur habere aliquam vtilitatem ex pignore. Solutio. Verum eſt , quòd creditor non habet aliquam utilitatem ex pignore , quia poteſt pecunia menſurari , ſed habet ex eo ſecuritatem ſolutionis fiendæ , quia melius eſt pignori incumbere,quam contra perſonam agere.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS. Titulus XVI.

Dictum eſt iam de obligatione,quæ naſcit ex contracta re,& quia alia ſpecies iſtius obligationis eſt ſ.quę naſcitur ex contractu,qui fit verbis.idcirco tractatur hic conſequenter de verborum oblig.& ita rubricatur iſte tit.

§.Verbis obligatio.

1 *Obligatio verb qualiter contrahatur.*
2 *Obligatio verborum,vocatur ſtipulatio. Et eius diffinitio.*
3 *Obligari non poſſunt ſurdus,mutus,infans,abſens.*
4 *Actio duplex naſcitur ex ſtipulatione.*
5 *Stipulatio ex incertitudine rei vitiatur. Et quando dicatur res incertas, nu.6.*
7 *Obligatio verb.dicitur ſtipulatio, a ſtipulo.*

Opponitur

1 Obligatio † contrahitur verbis ex interrogatione & reſponſione, de dando aut faciendo aliquid, ex qua obligatione naſcitur duplex actio, videlicet certi condictio & actio ex ſtipulatu, & uocatur iſta obligatio ſtipulatio, a ſtipulo, 2 ꝙ eſt firma, & denuat a ſtipite. h. d. ¶ No. † primo ꝙ obligatio verborũ uocatur ſtipulatio. & põt ſic diffiniri, quod eſt verborũ expreſſio interrogando & reſpondendo facta, qua promittitur aliq d dari uel fieri, vt ff. de uerb. oblig. l. 5. ſtipulatio. & dicitur notanter interrogando & reſpondendo, qa ſi vnum illorum deficiat non eſt ſtipulatio. C. de vſuris l. 1. & not. per gl. pen. & debet interrogatio præcedere, & reſponſio ſequi ſine magno interuallo tpis, quo. ſ. poſſet labi memoria eorum, q̃ in interrogatione dicta ſunt, ſeu interuenire diſſenſus, vt C. de contrahen. & commit. ſtipul. l. nuda. nam ſi reſponſio præcedat, & interrogatio ſequatur, vel non fiat interrogatio, tunc dr̃ pollicitatio, ut in d. l. nuda. Et rõ eſt, qa nemo præſumitur ſe uelle obligare per quæcunq. verba promiſſoria, quorum aliqua interdum proferuntur cauſa amicitiæ, ut dicendo. Ego ſum totus tuus, & oĩa mea tua ſunt: ex quibus uerbis non naſcitur oblıgõ, ut eſt ſingularis gl. in l. 2. C. in quib. cauſis coloni, cenſiti dominos ſuos 3 accuſa. pñt. lib. 11. Si igitur † in aliquo inſtrumento reperiatur, ꝙ quis promiſit, & nihil dicatur de interrogatione, ſi hoc verbũ prolatũ ſit a notario, p̃ſumitur, ꝙ præceſſerit interrogatio: ſecus ſi reperiatur a teſte ꝓlatũ, ut eſt bona gl. in l. 1. C. de vſuris. Et ex iſtis patet ꝙ infans, ſurdus, mutus, 4 abſens, non poſſunt ſtipulari, ut ff. eo. l. 1. ¶ Notandum † ſecũdo, ꝙ eo ſtipulatione naſcitur duplex actio, quarũ una dicitur certi condictio generalis, quæ. ſ. competit, quando res certa deducta eſt in ſtipulatione. & dicitur res certa, de qua conſtat quo ad quid quale, & quantum, ut ff. eo. l. ſtipulationum. Sed quando res deducitur incerta, tunc naſcitur actio ex ſtipulatu, hoc tamen fallit in dote, ut l. unica. C. de rei vxo. actio. Sed quãdo in alio contractu, quam in ſtipulatione deducitur res incerta, tunc non datur actio ex ſtipulatu, ſed actio, quę uocatur incerti condictio, ut l. ſed ſi ex 5 me. §. 2. ff. de cond. indeb. ¶ Notandum † tertio, ꝙ ſtipulatio

ex

Digitized by Google

ex incertitudine rei vitiatur, ut l.ſi promittatur ſubſtantia vel corpus, vel animal, q̄a dādo unam feſtucam vel vnā muſcam, liberaretur promittens, ſed neceſſe eſt in ſtipulationē venire rem, quæ continetur certis finibus, ut in l.ita ſtipula
6 tus.ff.eod. Dicitur† tamen res incerta, qñ non conſtat quid, quale, q̄tum, ut dictum eſt in ſuperiori notabili, Poteſt etiā incertitudo ſpecificari per coniecturas, ut per præfationes, ſeu orationes, quæ circa ſtipulationem apponuntur, ut no.
7 Bar.in l.triticum ff.eo. ¶Not.† finaliter, quòd iſta obligatio dr̄ ſtipulatio, a ſtipulo, quod eſt firmo, & ita nomen correſpondet rei, ſic ut dictum eſt ſup.de don.§.eſt, & aliud.nam olim in ſtipulatione vnus hēbat alteri ſtipitē paleæ, ſicut in ueſtitura feudi fit per traditionē baculi, vel ſtipitis, vel mātelli, ut ff.de pac.l.1.§.1.hoc tñ nō eſt de ſubſtātia cōtractus feudalis, nec p̄ talē inueſtiturā tradit̄ poſſeſſio, ſicut p̄ traditionē clauiū, ut ſup. de rerū diuiſio.§. item ſi q̄s merces. Sed ſecundum aliquos traditur ius capiendi poſſeſſionem ꝓpria authoritate.ita vult Inn.in c.ex literis.ext.de cōlue.

§.In hac re.

1 *Stipulatio, qualiter olim fiebat.* Et *qualiter hodie, ibid. & nu.* 2.
3 *Stipulatio nō vitiatur* ꝑ *diuerſitatē linguarū, vel eius ignorātiā.*
4 *Contrahentes attendere debent ad ſenſum, & intellectum verborū, quæ in ſtipulatione proferuntur.*
5 *Imperator pōt aliqua verba inſtituere, per quæ fiat contractus aliquis, ita quod ſi aliter fiat, non valeat. Quemadmodum in re ſacra, verborum immutatio ſacramentum reddit irritum.*

1 Summatur ſic:† Licet olim ſtipulatio fieret per certa verba ad hoc tradita, hodie tñ fieri poteſt per quæcunq. verba
2 intelligibilia ad hoc apta, h.d. ¶Notandum† primò, ꝙ ſtipulatio hodie fieri poteſt per uerba ad hoc capta, & ideo non poteſt fieri per notulas cifreas, vel per abbreuiaturas, unde ſi ego velim ſignificare per A, promittis? & tu uelis ſignificare per B, promitto, ſi ego interrogē A? & tu reſpondeas B, non eſt ſtipulatio, ut ff.de conſti.pecu.l.qui autem.§. fin. quia ſtipulatores non poſſunt mutare ſignificationes uominum appellatiuorum, ut l.ſi quis in fundi uocabulo. ff. de

Digitized by Google

lega. 1. & per Bar. in l. quotiens. ff. de hæred. inſtit. & in gl. in proœ. ff. ſuper. §. illud autem. in uerbo, criminalem, in qua gl. etiam dr, quod ſcribens per ſigna inconſueta, puniendus eſt criminaliter arbitrio iudicis. Quod uerum eſt ſi ſcribat libros iuris vel inſtrumenta, alias non, ut in l. hęredes pa-
3 lam. §. ſed ſi notam. ff. de teſt. ¶ Notandum † ſecundo, quod propter diuerſitatem linguæ, uel ignorantiam eius, non uitiatur ſtipulatio, & ideo notarius poteſt cõficere inſtrumẽtum de ſtipulatione inter Latinũ, & Græcũ, ſeu Theutonicum contracta mediante interprete, ut ff. eo. l. 1. §. fin. & creditur ſoli notario, ſi habeat intellectũ utriuſq. linguæ, ut C. de fal. ſi quis decurio. ſic autem non creditur teſti, ut C. de teſtj. l. iuriſiurãdi. ſed ſi notarius nõ habeat intellectũ utriuſque linguæ, adhibendi ſunt duo teſtes interpretes, ſi poſſunt haberi, ſed ſi haberi non poſſunt ſufficit vnus, ut in Authen. de rebus eccl. nõ alienan. §. quod aũt. colla. 2. ¶ Notan-
4 dum † tertiò, quòd contrahentes attendere debent ad ſenſum, & ad intellectũ verborum, quæ in ſtipulatione proferuntur, vt dr hic, & ff. eo l. 1. §. qui præſens & licet ponãtur in ſtipulatione verba inutilia, per hoc non vitiatur ſtipulatio, ſi etiam verba vtilia, & apta habeantur, vt l. quæ extrinſecus. ff. eo. quod facit pro libellantibus, vt libellus non reijciatur, licet in eo ſint verba inutilia, & ſuperflua, dum tamẽ
5 in eo ẽt contineantur verba vtilia. ¶ Notan. † finaliter, ꝙ ex iſto. §. elicitur, ꝙ Imper. põt certa verba inſtituere. p q̃ fiat contractus aliquis. ita ꝙ ſi aliter fiat, nõ valeat. igitur firmiter credere debemus, ꝙ cœleſtis Imperator Chriſtus Ieſus inſtituit verba, ex quorum prolatione ſequitur effectus, q alias nullo modo ſequeretur, vt ſunt in ſacrõ Baptiſmi, ego baptizo te ĩ noĩe patris, &c. in ſacra venerabili Euchariſtię, hoc eſt. n. corpus meũ. & ita de alijs verbis ſacramẽtalibus.

§. Omnis ſtipulatio.

1 *Stipulatio omnis aut fit purè, aut in diem, aut ſub conditione.*
2 *Stipulatione purè facta promiſſum ſtatim debetur ſtatimq. peti põt.*
3 *Stipulari ad diem, & in diem, differunt.*
4 *Promittens ſoluere præſenti die, non poteſt conueniri eodem die.*

Stipu-

Stipulatio† omnis aut fit pure, aut in diẽ, aut ſub conditione. Quod purè ſtipulatur, ſtatim debetur. & peti põt; ſed ꝙ ſtipulatur in diem, ſtatim debet, ſed peti nõ poteſt, niſi die lapſo, in quem ſtipulatio facta eſt. h.d. ¶Not.† primò, ꝙ qñ ſtipulatio fit pura, tũc promiſſum ſtatim debetur, & ſtatim peti põt, ut hic, & l. eum qui calendis. §. ſi ff. e. niſi fiat dilatio rõne loci, ut inf. e. §. loca uel ratione rei, q̃ nõdum eſt in rerum naturæ, ut inf. de exceptio. §. antepenulti. Promiſſor tamẽ non tenetur ſtatim ſoluere, & ideo hoc uerbum, cõſeſtim, hic in textu. non debet intelligi, ꝙ ſtatim debeat ueni re cum ſacco, paratus ad ſoluendum, ut ff. de ſolutionib. l. qđ dicimus. ſed ſecundum aliquos dantur ſibi decem dies, ut inf de inutilibus ſtipulationibus. pen. ſicut dantur decẽ dies, ut fiant præcepta a poteſtatibus, ſm conſuetudinem multorum locorum, q̃ eſt optima legum interpres, ut ff. de legi. & ſenatuſc. l. ſi de interpretatione, ſed ſecundum alios illud tps relinquitur arbitrio iudicis, quia non eſt limitatũ in iure, niſi de conſtituta pecunia, ut l. promiſſor. ff. de conſti. pec. & hoc notatur per Bar. in l. ratum. ff. de ſolutio. & facit gl. in l. 2. C. de conſti. pec. §. liceat. ¶Notãdum ſecundò, quòd aliud eſt ſtipulari ad diẽ & aliud in diem, nam quãdo ſtipulatur ad diem, tunc promiſſor obligatur uſq. ad diem, & non poſt, ut ff. de actio. & obliga. l. obligationũ ferè. §. 1. Sed qñ fit ſtipulatio in diem uel in die, ꝙ diem eſt, ut d. l. obligationum ferè, tunc promiſſor ſtatim obligatur, ſed ſtipulator non poteſt petere, niſi tranſacto die, ut hic, & ff. de uerb. ſigni. l. cedere. & ſi antè petat. repellitur exceptione, ut inf. de excepti. §. præterea. & ſi ſtipulatio fiat. ut detur hodie, non eſt in diem, ſed pura, ut l. liber homo. §. decem. ff. e.

6 ¶Notandum† tertiò, ꝙ ſi aliquis promittat ſoluere præicti die, non poteſt conueniri eodem die, quia totus dies cedit promiſſori, ſed cõuenitur tranſacto die, ut colligitur ex iſto tex. Ex quo tex. etiam dicunt aliqui, quòd ſi iudex ſtatuit partibus terminum peremptorium ad ferendum ſniam certo die, ut puta die Mercurij, & una partium nõ cõpareat illo die, qđ tunc iudex non dẽt ferre ſniam illo die, quia totus dies cedit partibus ſcđm iſtum tex allegant etiam pro

ſe. l. more, ff. de ferijs. Et ad confirmationē iſtius opinionis, dicunt, ꝙ iudex poſt terminū peremptorium dēt mittere citationē, ut ff. de iudi. l. poſt edictū, & inter q̄libet citationem oli debebāt mediare decē dies, ff. de iudi. l. ꝑ interualla hodie triginta dies, in Auth. de litigio. oēm, colla. 7. Sed alij dñr, ꝙ iudex debet illo die ferre ſnīam, ut C. quorum appe. nō recip. ſic l. cum nō ex eo die, & hoc debet fieri circa finē diei, ut hora ueſperorū uel circiter, qñ ꝓſumitur, ꝙ pars abſens nō ſit uētura, ut ff. eo. l. cū ſtipulatus ſum. & hoc maxime uerum eſt, ſi periret inſtantia iudicij Nā tunc pōt ferre ſnīam in nocte cum luminibus, vt no. in c. cōſuluit. extra de of. dele. & iſta per Bar. in l. eū, q calend. ff. e. & ꝑ iſta vlt opinione multū fac. l. aut q aliter. ff. quod ui aut clā, ubi dr̄, ꝙ ſi aliqs ſit citatus ad cōparēdum certa hora, tunc ſi ille actus ad quem citatus eſt fiat alia hora, tunc perinde eſt, ac ſi ille actus factus eſſet parte non citata. Ex quo apparet, ꝙ iudex neq. de rigore, neq. ex æquitate pōt ſnīam differre in alium diem, & dicit Bar. ꝙ ille tex. in l. aut qui aliter, merito deberet ſcribi cum aureis literis; & ita nō eſt ſimile in ſolutionibus, & in ſententijs ferendis. ¶ Opponitur primo cōtra prædicta, & uī, ꝙ nulla ſtipulatio poſſit eſſe in diem uel ſub cōditione, quia ſtipulatio eſt actus legitimus, infr. de actio. §. de conſtituta. ſed talis non recipit conditionem neq. diem, ut l. actus, ff. de reg. iu. ergo. Solutio. Illa regula actus, loquitur in caſib. ibi enumeratis, inter quos non eſt ſtipulatio, ut ſup. ēt dictum fuit. Opponitur ſecūdo, & uidetur, quòd qñ ſtipulatio facta eſt pure, nō detur promiſſori ad ſoluēdum dilatio decem dierum, uel ſcd̄m arbitrium iudicis, per l. liber homo, §. decem, ff. eo. Sol. Illa lex loquitur quādo dies eſt expreſſus, hic autē loquimur qñ expreſſio non eſt facta.

§. At ſi ita.

1 *Promiſſio facta annuo ſeu annuatim, & anno differunt.*

2 *Stipulatio aureorum, eſt una ſtipulatio, ſecus in legatis.*

3 *Stipulatio decem aureorum, quoad uiuam, eſt perpetua ipſo iure, nec finitur morte ſtipulantis.*

1 Si ſtipuler a te decem aureos annuos, quo ad uiuā, ſtipulatio

latio iſta eſt pura & ꝑpetua.ſed ſi hæres meus poſt mortē meā petit iſtos decem aureos,repellit exceptio pacti. h.d.

1 ¶Notandum primo,† ꝙ dr̄ia eſt,qn̄ aliquid promittitur annuo ſeu annuatim, & anno, quia primo caſu naſcitur obligatio in principio anni,ſed in ſecundo caſu in fine anni,ut ff. quando dies lega.ced.l. 1.& l.nec ſemel.eo. unde uerſus.

Anno ſi dicas,tunc reſpicias caput anni.

Annuo ſi dicas,in fine teneberis anni

Dicit tamen Io.Fab.quod iſtud intelligitur in legatis. Not.

2 ſecundo,† ꝙ quando ſtipulatur decem aurei annui eſt una ſtipulatio,ut l.Stichum.§.2. ff.e. ſecus in legatis, quia ſunt plura legata,ut ff. de do.cauſa mor. l. ſenatus §. ſi Et ratio eſt,quia in ſtipulatione ſolum conſideratur conditio ſtipulantis ſemel & in prin.& ideo etiam naſcitur tm̄ una actio, ut l.ſi filius.ff.eo.ſed in lega. annuis conſideratur conditio legatarij ſingulis annis,& naſcuntur plures actiones,ut. ff.

4 de annui.lega.l.cū in annos.¶Not.† tertio,ꝙ iſta ſtipulatio nō finit morte ſtipulātis,ſed eſt ꝑpetua ipſo iure,qa tp̄s nō eſt modus,quo tollat obligatio, vt l.obligationū fere. §.placet ff.de act.& obli.ſed petēs poſt mortē remouet exceptione. Et fiat illa ſtipulatio abſq. illa clauſula, quoad viuā,dixerūt,aliq,qđ nō eſſet ꝑpetuā,ſed poſſet exceptione petēs remoueri. Io.Fab.dicit,ꝙ illa ē ꝑpetua ipſo iure & effectu, hoc eſt,ꝙ petēs nō pōt repelli ꝑ exceptionē poſt mortē ſtipulātis,ꝑ l. ſi pactū.ff.de prob. qa ꝓſumit,ꝙ ſtipulator voluit ſibi ꝓuidere,& hæredibus ſuis,ſecus in legatis annuis, q̄ non pn̄t peti poſt mortē legatarij,vt l.annalib.C. de leg.

§. Sub conditione.

1 *Stipulatione facta ſub conditione, differtur obligatio vſq. ad euentum conditionalem.* Et *quando ſortiatur effectum poſt mortem,& ſpes conditionalis tranſmittatur ad hæredes* ...

3 *Stipulatio poteſt fieri ſub conditione affirmatiua, uel negatiua. uarie tamen.*

4 *Spes proueniens ex ſtipulatione pœnali tranſmittitur ad hæredes.*

1 Stipulatione facta † ſub conditione,differt obligatio vſq. ad euentū cōditionis,& ſi ſtipulatio concepta ſit ſub condi-

tione, quæ in vita plane nõ poteſt euenire, ſortitur effectũ poſt mortem, & tranſmittitur ſpes cõditionalis ſtipulatio-
2 nis ad hæredes. h. d. ¶ Notandum † primo, ꝙ iſte tex. debet intelligi de conditione cauſali, quę. ſ. eſt de contingente ad vtrumlibet, quod indifferẽter ſe habet ad eſſe & ad non eſſe. Cum ergo ſtipulatio ſub tali conditione facta eſt, nõ naſcitur obligatio, pendente conditione, nec promiſſor dicitur eſſe debitor, ut ff. ſi cer. pet. l. non omnis. Simile eſt de hærede ſub conditione inſtituto, vt ff. fam. erc l. ſi maritus. nec etiam promiſſor per euẽtum conditionis conſtituitur in mora, vt notatur per Bar. in l. quod dicimus, ff. de ſolutio-
3 nibus ¶ Notand. † ſecundò, quòd ſtipulatio poteſt fieri ſub conditione affirmatiua, vel ſua conditione negatiua, quæ ſtipulationes in hoc conueniunt, quòd vtraq; tranſmittitur ad hæredes, qui poſſunt ex ea agere purificata conditione, vt C. de actio. in hæred. & cõtra hæredem. l. 1. ſed differũt, quia quæ eſt ſub conditione affirmatiua, dicitur cõditionalis, quæ eſt ſub conditione negatiua dicitur in diem, vt in exemplo poſito in tex. ſ. Promittis tantum, ſi Capitolium non aſcendero, nam iſta conditio non dicitur impleta, niſi poſt mortem, quæ quidem mors certa eſt, vt ff. de cond. in deb. l. nam ſi, licet quando ſit incertum nobis, vt ff. de cond.
4 & demonſtratio l. 1. ¶ Notandum † teriò, quòd ſpes proueniens ex ſtipulatione conditionali, tranſmittitur ad hæredes vt hic dicitur: ſecus in legato cõditionali. Et eſt ratio differentię, quia ſtipulatio mediante facto ſtipulatoris, qui pręſumitur velle prouidere ſibi & hęredibus ſuis, vt l. ſi pactum. ff. de probationib. ſed legatum nõ fit mediante facto legatarij, ſed ſola voluntate teſtatoris, vt C. de cad. tollen. l. vnica. ¶ Opponitur, & videtur ꝙ ex ſtipulatione conditionali ante euentum conditionis, promiſſor fit debitor. per legem ſecundã. C de conſt. pec. vbi dicitur, quòd per iſta ſtipulationẽ conſtituitur debitũ, ergo promiſſor efficitur debitor. Sol. Verũ eſt, ꝙ per iſtam ſtipulationẽ promiſſor conſtituitur debitor in ſpe, ſed non in re: & ita etiam intelligitur. l. creditores. ff. de verborũ ſignificatione, vt ſcilicet per huiuſmodi ſtipulationem efficiantur creditores in ſpe.

§. Loca-

Digitized by Google

§. Locati etiam.

1 *Locus non ſuſpendit obligationem, ſed differt petitionem, & ſolutionem & num. 2.*

3 *Impoſſibilitas vitiat ſtipulationem.*

1 Locus nō † ſuſpendit obligationem, ſed differt petionem & ſolutionem, & ſi quis exiſtens Romæ promitteret hodie ſoluere Carthagini, nō valet ſtipulatio propter impoſſibi-
2 litatem h.d. ¶Notandū † primo, ꝙ licet ſit certum tempus determinatum veniendi ad iudicium, videlicet certi dies, computando pro quo libet die 20. miliaria, ut ff ſi quis cautio. l. 1. in contractibus tamen, in quibus inſeritur locus, datur tempus arbitrio iudicis, attentis qualitate perſonæ, diſtantia loci, & qualitate temporis, vt l. continuus. §. 1. ff. de verb. ob. & ibi Bart. & Imo. Et ideo licet ſtipulatio ſit pura, in qua promiſſum eſt aliquid certo loco, eius tamen executio differtur vſq. poſt ipſ, quo promiſſor ad illū locū venire poſſit, ſed ſi prius venerit tenetur implere promiſſū, q. a in incertis, & nō in certis locus eſt coniecturis, vt l. continuus
3 §. cū ita. ff. de verb. obl. ¶Not. † ſcd'o, ꝙ impoſſibilitas vitiat ſtipulationem, vt hic, & infr. de inutili ſtip. §. ſi īpoſſibilis. Iſte tñ caſus qui hic in tex. imponitur. ſ. quo aliqui exiſtēs Romæ ꝓmitteret hodie ſoluere Carthagini, eſt poſſibilis. ſ. ſi prius conuētū eſt inter eos, ꝙ mediantibus ꝓcuratorib. iſta ſolutio fiat ſtatuto die, vt ff de verb. ob. l. ſi. §. ſi inter eos.

§. Conditiones.

1 *Conditiones, quæ ad præſens vel præteritum tempus referuntur, non ſuſpendunt obligationem.*

2 *Conditio de furto contingenti ſuſpendit obligationem.*

3 *Natura eſt duplex.*

1 Summat ſic; † Cōditiones, quæ ad præſens vel ꝑteritum tēpus referuntur, non ſuſpendunt obligatione, cū ea, quæ certa ſunt in rerum natura, non differant obligatione, quā
2 uis nobis incerta ſint. Hoc dicit. ¶Et pro † intell. tex. notandum, ꝙ conditio de futura cōtingente ſuſpendit obligationem. vt ſup. eo. § ſub cōditione. ſed non conditio de futuro neceſſario, vt ſi aliquid à te ſtipuler cum hac cōditione, ſi

moriar. nā iſta conditio non ſuſpendit obligationem, vt ff. de condic. indeb. l. nā ſi ſicut nec conditio de præſenti, vel de præterito, vt hic, & l. itaque. ſi cer. peta. & l. cum ad præ-
3 ſens. ff. eo. & l. conditio. ff. de verb. ob. ¶Opponitur, † & uſ, quòd conditiones de futuro contingenti etiam non ſuſpendant obligationem, per rationem hic in textu, quia licet incerta ſint apud nos: ſunt tamen certa, apud naturā, vt ff. de iud. l. ſed & ſi reſtituatur. §. fi. Sol. Duplex eſt natura, quædam dicitur natura naturans, & eſt Deus: apud illam naturam omnia certa ſunt, & manifeſta, apud quem ſunt mille anni, ſicut dies heſterna, quæ præteriti, & de illa natura intelligitur l. in oppoſitum allega. Alia dicitur natura naturata, & eſt curſus rebus à Deo inditus, & vocatur curſus naturæ, apud quem curſum futura contingentia ſunt incerta, & de illa natura loquimur hic. ¶Opponitur ſecundò & videtur, ꝙ incertitudo apud nos ſuſpendat obligationē quamuis ſit certitudo apud naturā, ſecundo modo acceptā, per l. in totum. ff. de re. iu. Sol. Illa lex loquitur, qñ relinquitur præſentiæ ſolennitas, vt ſeptem teſtes in teſtō, ſuprà de teſta. §. 1. vel loquitur in caſibus, vbi requiritur certa ſcientia, & intelle. de præſenti, vt in alijs contractibus puris. C. de dona. l. nec inuitus. hic autē loquimus in conditionalib.

§. Non ſolum.

1 *Factum poteſt venire in ſtipulationem Et facti appella. venit etiam non factum.*

2 *Promittere poteſt quis unica ſtipulatione, aliquid fieri, & aliquid non fieri ſub appoſitione pœna.*

Summatur ſic: In ſtipulatione nō ſolum veniunt res, ſed etiam facta: & in tali ſtipulatione vtile eſt apponere pœnam, ne actor grauet p probationem ipſius intereſſe. h. d. &
1 patet intell. tex. ¶Notandum† primò, ꝙ factum poteſt venire in ſtipulationem, & appellatione facti etiam intelligitur non factum, & vtile eſt in tali ſtipulatione apponere pœnam. Cuius ratio eſt, quia obligationi natæ ex iſta ſtipulatione, accedit obligatio ad intereſſe vt l. ſtipulationes §. Celſus. ff. e. & difficile eſt probare intereſſe, vt ff. de præt. ſtipul.

ſtipul l ſi. probatur. n. intereſſe per teſtes, vt C. de ſent. quæ pro eo. l. 1. §. 1. ꝙ niſi intereſſe peteretur ex dolo aduerſarij, tunc. n. poſſet probari in iuramentum in litẽ, vt ff. qđ vi aut clam. l. ſemper. §. in hoc interdicto. & §. ſequ. Ex quo patet, ꝙ ſi ſtudens pergens ad patres ponat ciſtam ſuam clauſam apud aliquem, & eo reuertente inueniat ciſtam ſuam apertam, poteſt iurare in litem de rebus ſuis amiſſis contra de depoſitarium: quia videtur dolum cõmiſiſſet, vt notatur p Bar. in l. in actionibus, ff. de in litem iuran. & per Inno. in c. ſi ext. de eo, quod vi, metuſve cauſa. Sic etiã in odium eius, qui fecit violẽtiã, iuratur in litem ſuper amiſſione quaruncunque rerum, nec oportet probare res amiſſas, ſecundum gl. notabilem, in l. ſi quĩ. C. vnde vi. & d. c. ſi. Cum ergo in ſtipulatione appoſita eſt pęna, nõ eſt opus probare intereſſe, quia pœna ſoluitur loco intereſſe & licet etiã nullum committatur intereſſe, tñ ſoluitur pœna, ſi contrarium factum
2 fuerit, vt l. 3. ff. eo. ¶ Notandum † ſecundò, ꝙ quis poteſt promittere vnica ſtipulatione aliquid fieri, & aliquid nõ fieri, cũ appoſitione pœnæ, vt ſi promittat ire Romã, & non ire per Florentiam ſub pęna decem aureorum, & tunc ſi committatur pæna ex vno capite, ut puta, quia vadit per Florentiam, non incidit in pænam ex alio capite, & ideo licet non vadat Romã ſolũ ſoluet decem aureos, ut ff de receptis arbi. l. ſi duo. §. fi. niſi actum eſſet, ꝙ pęna plures cõmitteret. vt ff. de tranſact. l. ſi fideicommiſſum. Et ſoluendo pænam, liberatur qs à pacto, vt l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pactis. niſi dictum ſit ratio manente pacto, ut d. l. qui fidem. ¶ Opponitur ſic, & uř, ꝙ ſtipulanti aliquod factum, non competat intereſſe, per l. non autem. ff. de arbitris. Solu. Licet ibi non competat quo ad hoc ut valeat, compromiſſum, competit tamen ut ualeat, quãtum ad utilitatem ſtipulationis.

DE DVOBVS REIS PROMITTENDI & ſtipulandi. Titulus XVII.

QVia dictũ eſt ſup. de ſtipulationibus, in qbus interdũ interueniunt plures pſonę ſtipulantes, & promittentes, ideo tractatur hic de duobus reis ſtipulandi, & promit-

Digitized by Google

§. Et ſtipulandi.

1 *Rei duo ſtipulandi, item duo rei promittendi, quando & qualiter fiat* Et *debeat ne addi particula, inſolidum nu. 4.*
2 *Debitor interdum dicitur reus. Et qualiter hic accipiatur. num. 3.*
5 *Res duo promittendis multis modis conſtituuntur.*

1 Summatur † ſic, Duo rei ſtipulandi fiunt, qn̄ poſt interrogationem duorum vnus reſpondet. Vtriq. veſtrū dare ſpōdeo, & duo rei promittendi fiunt, quando duo promittunt
2 dare eandem rem. h. d. ¶ Notandum primo, † ꝙ debitor interdum dicitur reus, vt C. de iura. cal. l. 2. dicitur etiā reus, qui conueniunt in iudicio C. de iudic. l. properandum. §. ſi
3 quidem. Sed reus hic aliter capitur, vt. ſ. reus † dicatur à re, & non à reatu, dicitur reus ſtipulādi, cui res promittitur, & reus promittendi, qui rem promittit, vt l. 1. ff. eo. Et fiunt duo rei ſtipulandi, quando ad interrogationem duorum vnus reſpondet incontinenti promittō. ſecus, ſi ex interuallo reſponderet. puta, ſi poſt vnā reſponſionē promiſſor diuerteret ſe ad actus extraneos, quia tunc nō eſſent duo rei ſtipulandi, nec vna obligatio, ſed duæ, vt l. duos. §. fin. ff. eo.
4 Notandum † ſecūdò, ꝙ illud intelligitur, qn̄ actum eſt, vt ſingulis debeatur inſolidum & ſinguli teneantur inſolidū, ſecundum glo. hic in verbo, ſpondeo, ſed iſta glo. non dicit verum, quia licet non ſit expreſſum inſolidum. hoc tamen tacite agitur iure iſto, vt ff. eo. l. reos. §. cum tabulis. Dynus tamē dicit, quòd hodie ad hoc, quòd ſint duo rei, oportet,
5 quòd dictio, inſolidum, exprimatur. ¶ Notandum † tertio, ꝙ duo rei promittendi multis modis conſtituuntur. Primo, ſi hoc ſit expreſſe actum, vt l. reos §. cum tabulis. ff. eod. Secundo, cum iſta dictione, idem, vt l. 2. ff. eo. Tertiò, cū iſta clauſula inſolidum vt l. 3. §. vbi. ff. eod. Quartò, cum iſta dictione, quilibet, vt l. ex pluribus. ff. de lega. 1.

§. Ex huiuſmodi.

2 *Reis duobus ſtipulandi extantibus: ſi unus recipiat promiſſum, alius non poteſt petere. & nu. 2.*
3 *Rei duo ſtipulandi poſſunt conſtitui, etiam in alijs contractibus, quam ſtipulatione.*

Summa-

4 Sumatur ſic: Qñ † ſint duo rei ſtipulandi, tunc ſi vnus recipiat promiſſum, alius nõ poteſt petere; & qñ ſunt duo rei promittẽdi, tũc ſi vnus ſoluat, alius eſt liberatus. h. d. Not.
5 † primò, quod qñ hic dicitur, ſi vnus correorum ſtipulandi, recipiat promiſſum, tunc alius petere nõ poteſt, hoc debet intelligi, ſi recepit totum promiſſum; nã ſi partẽ receperit, tunc alius correus ſtipulandi poſſet illã partẽ reſidum exigere, vt l. ſi ex toto fundo. §. 2. ff. de leg. 1. & latius per Bar. in l. ex duobus ff. eo. Similiter qñ dr̃, ſi vnus correorũ promittendi, ſoluit, alius eſt liberatus debet intelligi, ſi ſoluit totum: nam ſi ſoluit partem, manet alius correus, quo ad illam partẽ obligatus, vt l. qui hominẽ §. 1. ff. de ſolutionib.
6 ¶ Not † ſecundo, ꝙ non ſolũ in ſtipulatione, ſed ẽt in alijs contractibus, poſſunt conſtitui duo rei, vt l. eandem. ff. eo.

§. Et duobus.

1 *Rei ſtipulandi vbi duo ſunt, unus põt alteri præiudicare, idq́ narie.*

2 *Reorum ſtipulandi altero ſoluente, ille poterat partem ſuam petere à ſuo correo aut actione mandati, uel neg geſto. uel actione pro ſocio Et quid hodie. nu. 5.*

6 *Rei duo promittendi, non ſunt fideiuſſores, quo ad creditorem. Et an in eis vlla, aut quatenus ea ſit quæ inæqualitas nu. 7.*

Summatur ſic; In duobus reis promittendi põt eſſe imparitas, ita. ſ. quòd vnus promittat pure, & alius in diẽ vel ſub conditione, & non obſtante die, vel conditione, poteſt promiſſum peti ſtatim ab illo, qui pure promiſit. hoc dicit.
1 ¶ Notandum † primò quòd qñ ſunt duo rei ſtipulandi, tũc vnus poteſt alteri præiudicare petitione vel litis conteſtatione facto vel ſententia, aut alij, ſimilibus modis, vt notatur per
2 Bar. in l. ex duobus, ff. eo. ¶ Notandum † ſecundo, quod quãdo ſunt duo rei promittendi, & vnus ſoluit, tunc ille poteſt partem petere à ſuo correo, actione mandati, vel negotiorum geſtorum, vel etiam act. pro ſocio, vt not. per Bart. in l. reos ff. eod. facit. l. 1. C. de duobus reis ſtipul. ¶ Notan-
3 dum † tertio, quod illud ius hodie non eſt innouatum, quo ad duos reos ſtipulandi ſeu credendi, neque in modo conſtituendi, neq; in modo exigendi, ſed quo ad duos reos

promit-

Digitized by Google

promittendi ſeu debendi, ēt nō eſt mutatū, quo ad modum conſtituendi, vt no. per Bar. in l. 2. ff. eo. ſed in mō exigēdi hodie iſtud ius innouatū eſt, in Auth. de duob. reis ſtip. §. 1. colla. 7. qa ſi ſunt duo rei promittendi, tunc ſecūdū illa cōſtitutionē promiſſum non pōt inſolidū exigi ab vno, quanuis etiā expreſſe hoc actum ſit, ſed vnuſquiſq; cogitur ſoluere per ſuam quotam, & ſi exigatur ab eo totum, habet beneficium iſtius nouæ cōſtitutionis niſi alter correus ſit abſens, vel non ſit ſoluendo, aut renuntiatū eſſet huic nouæ conſti-
6 tutioni, vt no. p Bar. in Auth. hoc ita. C. e. ¶ Not. † finaliter, ꝙ duo rei promittendi nō ſunt fideiuſſores, quo ad creditore, & ideo nō habēt beneficiū epiſtolæ diui Adr. vt ī Auth. preſente. C. de fideiuſ. niſi hoc actū fuerit, vel niſi creditori ſit color queſitus, vt ſi accepit filiū familias ꝑ debitore, ut l. ſed Iulianus, & ſeq. ff. ad Maced. Sed quo ad ſe inuicē, poſſunt dici fideiuſſores in cā oneroſa, licet res peruenerit ad unū, ut l. uir uxori, ff. ad Velle. ſed in cā lucratiua ſunt ſocij ut l. in lege. Fal. hoc eſt obſeruandū, ff. ad leg. Falc. ¶ Oppi-
7 & † ur, quod in duobus reis promittendi non poſſit eſſe imparitas, p l. eandē §. ſed ſi quis. ff. eo. Sol. Verū eſt, ꝙ in iſtis non poteſt eſſe imparitas in ſubſtantia ſtipulationis, ſed bene pōt eſſe imparitas in alijs. ſ. accidētalibus ſtipulationis, vt hic dicitur, & de iſ o latius notat per Bar. in l. duos. ff. eo.

DE STIPVLATIONE SERVORVM. Titulus XVIII.

Dictum eſt ſup. qualiter poſſumus ſtipulari nobiſmet ipſis. Hic conſequenter tractatur, qualiter nobis aliquid ſtipulet p alios, & quia hoc pōt fieri ꝑ ſeruū, idcirco dicitur hic eſt ſtipulatione ſeruorum, & ita iſte titu. rubricatur Notandū ergo circa rubr. quod quicquid acquirit ſeruus, hoc acquiritur dño ſuo, ut ſup. de his, q. ſui uel alie. iuris ſunt. §. in poteſtate. & ſeruit iſta materia in acquiſi. quæ fiunt per monachos, ſeu religioſos, qa quicquid acqrūt, acquiritur monaſterio. quia monachi reſpectu monaſteriorum habentur, ſicut ſerui reſpectu dominorum, ut notatur per Inno. in c. cum olim. ext. de priuileg.

§. Seruus

§. Seruus ex perſona do.

1 *Seruus quicquid acquirit aut ſtipulatur, id cedit domino. Et quid ita nu. 2. Limit nu. 3.*

4 *Filius in poteſtate, acquirit patri in profectitijs, quo ad totum, & in aduentitijs quo ad vſumfructum. Et quid in criminibus nu. 5.*

6 *Hæreditas in pleriſque an uicem perſonæ defunctæ ſuſtineat. Et num hæredis futuri nu. 7.*

8 *Hæreditati iacēti quicquid accipitur, hoc acquiritur futuro hæredi.*

9 *Hæreditas iacens quando dicatur.*

10 *Furtum poteſt contingere in hæreditate, tribus caſibus.*

1 Quicquid ſeruus† ſtipulat̃, ſibi vel dño ſuo, ſeu conſeruo ſuo uel impſonaliter, hoc acq̃rit̃ dño ſuo ſi uiuat, & ſi mortuus ſit, tunc ante aditā hæred. acq̃ritur hæreditati iacēti, q̄ repſentat pſonā defuncti, ſicut acquiritur patri, quicquid ſtipulando acquiritur p libertos exiſtentes in eius ptāte, ſi tñ ſeruus ſtipulet̃ ſibi aliquod factū, ut ire p alienū fundū, hoc acq̃rit̃ ſibi, & nō dño, h. d. & patet intell. tex. ¶ Not. pri-
2 mo, † ꝙ quicquid ſeruus ſtipulatur ſibi, uel dño ſuo ſeu impersonaliter, hoc acquiritur dño, ut hic dr̃, cuius ratio eſt, q̄a ſtipulatio eſt de iure ciuili, ſed hoc iura ſeruus, nihil eſt ut l. qđ attinet, ff. de reg. iur. nec ſeruus habet caput ut inſ. de noxali. §. omnis. & ideo non habet ius ſtipulandi, niſi ex perſona domini. Et ideo etiam capacitas & incapacitas ſerui attēditur penes capacitatem, & incapacitatē domini, ut l. ſi mihi & tibi. §. regula. ff. de leg. 1. ſed ſi ſeruus fuerit manumiſſus, tunc incipit habere caput, ut ff. de ca. dimin. l. libe-
3 ros Si tamen† ſeruus ſtipuletur ſibi factum, ut ire vel agere per fundum alterius, hoc ſibi acquiritur & nō domino, ut hic dicitur in uerſ. ſed cum factum. quod eſt uerū, ſi ipſe ſtipuletur uerbaliter, ut ſi dicat. Promittis mihi licet ire per agrum tuum: non autē ſi ſtipuletur nominaliter, ut ſtipuletur ſibi iter uel uiam. Ratio ſecundum Io. Fab. eſt, quia p uer. ſtipulat̃ factū in ea ſtipulatione auertit̃, eo quod uerbū ſecundum grāmaticos ſignificat agere uel pati. Cum igitur talis quantitas facti poſſit conferri in perſona ſerui eius, cuius perſonæ factum inſpicimus, ſed nomina ſignificant ſubſtantiam,

ſtantiā, cum qualitate propria vel cōi. in ea ſtipulatione ius vertitur, qđ ſeruo acquiri non pōt, eo quod q̄tū ad ius, ſeruus nihil eſt l. qđ attinet. & l in ſeruitutē. ff. de re. iur. ideo

4 dño quæritur. ¶ Not. † ſecundo, ꝙ ſicut ſeruus ſtipulādo acq̄rit dño, ita filius exiſtens, in poteſtate acquirit patri, in ꝓfectitijs, quo ad totū, & in aduentitijs, quo ad vſumfructū, & ſicut dominus tenetur ex contractu ſerui, ita pater tenet̄ ex cōtractu filij, ſaltem de peculio, ut ff. de pecu. l. 1. §. poteſtatis, q̄a ſicut uox ſerui eſt uox dñi, ita uox filij eſt vox patris. inſt. de inutili ſtipulatio. §. ei qui. Et pōt ſeruo uel filio ſolui, ſi ipſe contraxit, & ita et pōt ſolui monacho, ſi ipſi cōtraxit, licet non accedat licentia Abbatis, vt vult Bal. in l. fi-

5 lius. C. de pac. In † criminibus tn̄ aliud eſt de filio & de ſeruo, nam dominus pōt dare ſeruum pro noxa. i. ſi ſeruus interfecit aliquē, dominus pōt eum pro tali crimine dare, vel pōt ſeruū defendere, reſtituendo alteri dānum, ut ff. de noxali actio. l. noxali. ſed pater pro delicto ſiue noxa filij, non pōt dare filium, nec tenetur emendare damnum, nec tenet̄

6 eum defendere, ſi non vult, vt d. l. noxali. ¶ Not. † tertio, ꝙ dicitur hic in tex. notantes, ꝙ hæreditas in pleriſque vicem defunctæ perſonæ ſuſtinet, ſed hoc non eſt uerum ſemper, nam hæreditati iacenti non poteſt fieri furtum, quod ſic debet intelligi, ut ex ſubtractione rerum hæreditariarum nō naſcatur actio furti, ſubtrahens tamen res hæreditarias tenetur actione de crimine expilatæ hæreditatis, pro quo infligitur pena extraordinaria, arbitraria, ut l. 2. ff. de crimine expila. hæred. vel tenetur actione in factum ciuiliter, ut l. C. eo. & no. gl. fin. Nec poteſt ſeruo hæreditario promitti vſusfructus, ut acquiratur hæreditati iacenti, quia vſusfructus adhæret perſonæ, nec poteſt conſtitui ſine perſona, ut ff. de

7 vſusfruct. leg. l. ſi Titio. §. fin. ¶ Notandum † quarto, ꝙ hæreditas ſuſtinet uicem defunctæ perſonæ non hæredis futuri. quia perſona defuncta eſt certa, ſed hæres eſt incertus, vt dictum eſt ſup. de hæred. inſti. §. ſeruus, & hæreditas,

8 de acq. rer. do. ¶ Notandum † finaliter, quòd quicquid acquiritur hæreditati iacenti, hoc aqniritur futuro hæredi, quia aditio hæreditatis retrahitur ad tempus mortis defuncti,

Digitized by Google

functi, cuius fuit hæreditas, ut l.hæres quoque.ff.de acquir. hæred. Dicitur autem † hæreditas iacens, qñ aliquis adijt hæreditatē, & poſtea moritur, & hęredes ſui nondū hæreditatē adierunt. ¶Opp. primo ſic, & uidetur φ qñ ſeruus ſtipulatur imperſonaliter, tunc non acquiratur dño. per Auth. ſi qñ. C. de conſt. pecu. Solu. Aut imperſonalitas eſt ex parte promittentis, & tunc uerum eſt, φ nō acquiritur dño, quia non valet ſtipulatio præſumitur. n. in dubio, quòd nemo velit ſe obligare, ut l. cum de indebito. ff. de proba. Sed ſi imperſonalitas ſit ex parte ſtipulantis, tunc valet ſtipulatio, & acquiritur dño, nā in dubio præſumitur, quòd ſtipulator velit ſibi aut dño ſuo aliquid acqrere, ut in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chriſogonus. ff. de uerb. obli. ¶Opp. ſecundo. & vr̄ quod qñ ſeruus ſtipuletur factum, hoc non acquiratur ſibi, ſed dño, quia quicquid acquirit ſeruus, hoc acquiritur dño. per. §. non ſolum ſup. per quas perſ. nob. acquiritur. Sol. Qñ ſeruus ſtipulatur ſibi factum, tunc licet dño non acquiratur ipſum factum, tamen eidem acquiritur cōmodū ſeu vtilitas proueniens ex facto. Et intelligitur iſtud de facto a ſeruo faciēdo, nam ſi ſeruus ſtipuletur ſibi ſcribi librum, hoc acquireretur dño. ¶Opponitur finaliter & videtur, quòd hæreditati iacenti poſſit fieri furtum, per l. hæreditariæ. ff. de furtis.
10 Solu. Verum † eſt quòd in hæreditate pt̄ contingere furtū in tribus caſib. Primò, ſi res hæreditaria ſit pignorata. Secūdo, ſi ſit alicui commodata. Tertio, ſi aliquis in hæreditaria habet vſumfructum. Iſtis tamen caſibus nō proprie furtum fit hæreditati, ſed potius creditori, commodatario, vel vſufructuario, ut l. hæreditariæ, & l. ſequenti. ff. de furtis.

§. Seruus communis.

1 *Seruus communis, an & qualiter acquirat dominis ſuis, diſt. nu. 2.*
3 *Non nationis effectus fortior eſt, quam iuſſionis.*
4 *Seruus communis ſi ſtipuletur aliquid ex re vnius dominorum, tunc hoc acquiritur omnibus dominis.*

1 Summatur ſic, Seruus † cōmunis ſtipulando acquirit dominus ſui proportionibus dominicis niſi ſtipuletur iuſſu vnus, quia tunc acquiritur illi tantum, uel niſi ſtipuletur

vni

vni nominatim,quia tunc etiã illi ſolum acquiritur,vel niſi vnus dominorum non ſit capax eius,qđ ſtipulatur ꝑ ſeruũ, vt puta,ſi ſit res ſua,& tũc acquirit alij vel alijs.h.d.¶Not.
2 primò,ꝙ qñ ſeruus cõis ſtipulatur aliquid,tunc diſtinguendum eſt, quia ſtipuletur imperſonaliter, vel ſibi vel dominis ſuis.ſub nominibus appellatiuis,tunc illud qđ ipſe ſtipulatur,acquirit dominis ſuis,pro dominicis portionibus,hoc eſt,ſi vnus hẽt tertiã partem in illo ſeruo,illi acquiritur tertia pars ex ſtipulatione ſerui, & ille qui habet medietatem in ſeruo,illi acquiritur medietas, & hoc eſt verum,ſi domini ſint capaces,nã ſi ſeruus meus,& tuus ſtipuletur rẽ meã, ex illa ſtipulatione nihil acquiritur,quia ego nõ ſum capax, nam res mea non pt amplius mea fieri.inſ.de act.§.ſic itaq. & iõ ex tali ſtipulatione tm̃ acquiritur tibi. Aut ſeruus ſtipulatur ſub nominibus proprijs, & tunc quod ſeruus cõis ſtipulatur, acquirit dñis pro virilibus portion.& ita tm̃ habebit,cuius eſt tertia pars ſerui,ſicut ille, cuiꝰ eſt medietas. Aut ſeruus cõis ſtipulatur ſub noib. proprijs,& appellatiuis,tunc ſi nomẽ appellatiuũ ꝓponitur,acquiritur dñis pro portionibus dñicis.Si aũt nomẽ propriũ præponitur, tunc acquiritur dñis pro virilibus portionibus. Iſta notatur per Bar.n.in l.ſi ſeruus cõis.ff.eo. Facit iſtud ad ſciẽdũ,an aliqđ ſit legatũ Eccleſiæ,vel ꝑſonæ Epi eſt ſeu paſtoris q̃a ſi expſſum fuerit nomẽ proprium,tũc relictũ eſt perſonę,ſed ſi dictum ſit,relinquo hoc epõ uel paſtori,tunc intelligitur relictum Eccleſiæ,ut in c.requiſiſti.ext.de teſt. & per iſtud etiã cognoſcitur, qñ commiſſio extendatur ad ſucceſſionem,nõ aũt ſi ſit expreſſum nomen proprium,ut in c qm̃ Abbas ex
3 tra de offic.iudi. deleg. ¶Notandum † ſecundo,ꝙ ſi ſeruus cõis ſtipuletur iuſſu vnius, & nominet alium dñm,tunc acquiritur nominato, & non iubenti. niſi ſtipulatio fiat ex re iubentis,ut C. per quas perſonas acqui.l.ſi. Ex quo patet, quòd effectus nominationis fortior eſt q̃ effectus iuſſionis.
4 ¶Notandum † finaliter , ꝙ ſi ſeruus cõis ſtipulatur aliquid ex re vnus nominatorum, tunc hoc acquiritur omnibus dominis & tantum redditur illi, ex cuius re ſtipulatur, per actionem communi diuidundo,ut l.ſi ex re §.2.ff.eod.

D 6

Digitized by Google

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM. Titulus XIX.

CONtinuatur ſic; Dictum eſt ſup. qualiter fiunt ſtipulationes, conſequenter tractatur hic de dñijs ſtipulationum, & ideò rubricatur iſte tit de diuiſione ſtipulationum.

§. Stipulationum.

1 *Stipulationum quadruplex diuiſio.*
2 *Stipulationes iudiciales; an, & in quo differant a prætorijs ibid. & nu 3. 4. 5. 6.*
7 *Cautio de dolo, quam præſtat creditor in reſtitutione pignoris, eſt iudicialis.*
8 *Stipulationes ædilitiæ, quæ.*
9 *Stipulationum conuentionalium tot ſunt penè genera, quot res contrahendæ*
10 *Cautio, rem pupilli ſaluam fore eſt communis.*
11 *Prætoria ſtipulatio dupliciter accipitur.*

Non ſummat iſte tex. quia procedit diuiſiuè, & diffinitiuè.
1 Diuiſio eſt hæc. Stipulationum † aliæ iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ cõuentionales, & alię cões. Iudiciales ſunt, quę ex mero iudicis officio dependent, ut cautio de dolo, & de perſequẽdo ſeruo, vel de p̃tio reſtituendo. Prætorię ſunt, q̃ ex mero prætoris officio depẽdent, ut de dãno infecto, vel legatorũ, & ſub iſtis ẽt cõprenduñ ædilitiæ. Conuentionales ſunt, q̃ fiunt ex conuentione vtriuſq. partis, quarũ pene tot ſunt gñа, quot ſunt res cõtrahendæ. Cões ſunt q̃ interdũ ſunt p̃toriæ, & interdũ iudiciales, vt rẽ pupilli ſaluã fo-
2 re, vel cautio rem ratã haberi. h. d. ¶ Not. † primo, ꝙ ſtipulatio iudicialis differt a p̃toria, ſm gl. hic, q̃a p̃toria eſt, ꝓpter q̃ principaliter adit̃ p̃tor, ſed pp iudicialem nõ principaliter adit̃ iudex, ſed incidentaliter. iſta tñ dñia non placet docto. q̃a pp iudicialẽ ẽt interdũ principaliter adit̃ iudex, ut notat per Bar. in l. 5. ff. de uerb. obli. Et iõ ponitur alia dñia, iſta. ſ. ꝙ p̃toriæ ſtipulationes ponunt̃ in uno tractatu, ut ff. de p̃to. ſtip. per totũ, ſed iudiciales ſunt diſperſæ in diuerſis paſſib. iuris. ſed dñia iſta ẽt non placet, quia ſtipulationes de dã. infec. & legatorũ ſunt prętorię, ut hic dr̃, in uer. prętorię

& tñ ponuntur in illo tractatu. Eſt † ergo alia dña, ꝙ prætoriæ interponũtur coram iudicib. ordinarijs, & iudiciales coram quibuſcunq. iudicibus, nec iſta dña placet, q.a cautio
3 iudicatũ ſolui eſt prætoria, & tñ interponitur corã quibuſcunq. iudicibus, ut l. minor. ff. de minorib. Eſt ergo uera differentia, quia prætoriæ inuentæ ſunt, & introductæ a iure ꝑtorio; ſed iudiciales introductæ ſunt ab alijs partib. iuris, ut ſup. de iure naturali gent. & ciui. in § conſtat. Hñt etiam
4 illæ ſtipulationes diuerſos effectus. Nam† prætoria ſtipulatio ſolũ durat anno, iudicialis aũt ꝑpetuo, ut inf. de perpe. & tempo. actionib. per totũ. Scdõ, quia prætoria ſtipulatio
5 interponitur† cum pignore, vel fideiuſſione vel iurō, ut l. ꝑtoriæ. ff. de prȩto. ſtip. inf. tit. ſeq. §. 2. notab. 1. ſed in iudiciali ſufficit nuda promiſſio ut l. ſancimus. C. de verb. ſig. Ter-
6 tiò, quia† prætoria habet certam formam quæ non põt immutari additione vel diminutione, quandiu manet prætoria, vt l. in cõuentualibus. ff. de verb. oblig. ſed iudicialis põt mutari, nec hẽt certam formã, ut l. 1. omnib. ff. de iudi. ¶No.
7 †ſecundo, ꝙ cautio de dolo, quam præſtat creditor in reſtitutione pignoris eſt iudicialis, vt l. creditor. ff. de pigno. act. ſi etiam tñ abſtuliſti ſeruum meum dolo, aut metu, & ſeruus ille fugit a te debes mihi præſtare cautionem de proſequendo ſeruo & reſtituendo ſi inueniatur, uel ſoluendo prætium, ſi non inueniatur, quæ quidem cautio eſt iudicialis. ut l. ſi cum exceptione. §. ꝙ ſi homo, ff. de eo, quod me-
8 tus cauſa. ¶Not.† tertiò ꝙ ædilitiæ ſtipulationes ſunt illæ, quæ præſtantur de eo, ꝙ animalia nõ ſunt uitioſa ut l. itaq. ff. de ædilitio e dicto. & ſunt prætoriæ, quia ædiles erãt ex prætoribus ut ſup. de iu. nat. gen. & ciuili. ff. proponebatur. Stipulatio tñ dupliciter eſt cõis, quia interdum interponit̃ coram ꝑtore, ſeu introducta eſt a prætore. videlicet, cauetur de vitio animalis, vel ſerui, & interdum corãm iudice, uel introducta eſt a iuriſconſultis, ut qñ cauetur de vitijs aliarũ
9 rerũ ut l. emptori. ff. de euict. ¶Not.† quarto, quòd dicitur notanter in textu, ꝙ plenè tot ſunt genera conuentionalium ſtipulationum, quot ſunt res contrahendæ, quia fallit in uenditione liberi hominis, ut ff. de contrah. emp. l. ſi.

¶Notan-

10 ¶Notandum† quinto, quòd cautio rem pupilli ſaluam fore, dicitur cõis, quia interdum eſt prætoria, ut ſi pupillus habeat tutorem qui non ſatiſdedit, aditur prætor, ut tutor caueat rem pupilli ſaluam fore; ſed ſi pupillus non habeat tutorem, tunc aditur iudex, vt det ſibi tutorem, & per conſequens, vt ille tutor caueat rem pupilli ſaluam fore, & tunc illa ſtipulatio dicitur iudicialis: Vel ſic, qñ tutor cauet con tutori ſuo, tunc ſtipulatio eſt iudicialis, ut l. 3. ff. de admin. tut. Sic etiam ſtipulatio rem ratam haberi, eſt cõis, quia qñ interponitur a procuratore actoris, tunc dicitur prætoria, ut l. non ſolum. §. qui alieno. ff. de procur. ſed qñ interponitur a procuratore rei, tunc dicitur iudicialis, a iuriſconſultis inuenta, ut ff. de procurato l. Pomponius. §. ſed & ſi is, nã quum dubitatur de mandato procuratoris, tunc debet cauere rẽ ratam haberi a dño ſuo, vt C. de procur. l. 1. nã in hoc caſu ſine ſatiſdatione experiri non poteſt, ut infra de ſatiſda. §. penu. ¶Opponitur, & uidetur, ꝙ prætoria ſtipulatio non diſtinguatur ſpecificè a iudiciali, per l. 1. ff. de præ-
11 to. ſtipula. Solu. Prætoria † ſtipulatio capitur dupliciter. Vno modo ut eſt genus, & ita habet ſub ſe iudicialem, & prætoriam, ſpecificè captam, & communem, & ſic capitur in l. allega. in oppoſi. Alio modo capitur pro ſpecie illius generis, & ſic capitur hic. Simile etiam eſt de adoptione, vt ff. de adoptio. l. 2. ut dictum eſt ſupra de adoptio.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS. Titulus XX.

SVpra dictũ eſt, qualiter fiant ſtipulationes, ſed quia contingit interdũ ſtipulationes inutiliter fieri, idcirco tractatur hic de inutilib. ſtipulat. & ita rubricatur ille titulus:

§. Omnis res.

1 R*es dicitur non eſſe in dominio noſtro quatuor modis. ibi nu. 2. 3. 4.*
5 *Homo mortuus an poſſit in ſtipulationem deduci ſi ſtipulator credat eum viuere.*
6 R*es ſacra vendi poteſt, ignorante emptore eam eſſe ſacram.*
7 *Stipulatio de re ſacra, cur non valeat ſicut emptio.*

8 *Res in commercio noſtro, quæ dicatur eſſe.*
9 *Rem ſuam ſtipulari nemo poteſt.*
10 *Stipulatio pure facta, non poteſt eſſe in pendenti.*
11 *Stipulatio facta de re ſtipulabili, poſtea extinguitur, ſi res fiat non ſtipulabilis, nec tenetur promiſſor ſi hoc fiat ſine facto ſuo.* Et *n.* 12

Stipulatio facta de re, quæ non pōt eſſe in rerum natura vel de re ſacra, vel publica, ſeu ēt de libero hoīe, vel de re cuius commercium non hr̄, aut de re ſtipulatoris, non valet, nec conualeſcit per hoc, ꝙ res poſtea fiat ſtipulabilis, ſicut contra ſtipulatio facta de re ſtipulabili, extinguitur, ſi po-
1 ſtea illa res fit nō ſtipulabilis. h. d. uſq. ad §. ſi quis. ¶No. † primo, ꝙ quatuor modis res non dr̄ eſſe in dn̄io noſtro. Primò, ſi non ſit in rerum natura, vt homo mortuus, vel non pōt eſſe in rerum natura, ut hyppocentaurus, i. animal natum ex equa, & tauro, ſed ſi res non ſit in actu, ſit tn̄ in potentia, vt fructus talis res bene poteſt in ſtipulationem deduci.
2 Secundo, † qn̄ acquiſitio rei eſt nobis impoſſibilis ſcḋm natu-
3 ram ut ſol & luna. Tertiò qn̄ † acquiſitio rei eſt nobis impoſſibilis de facto ut aureus mons. ff. de ſta. lib. l. cum hæ-
4 res §. 2. Quartò, qn̄ † res non pōt a nobis acquiri, propter diſputationem hominum, ut res ſacræ, & religioſæ, de qui-
5 bus ſup. de re. um diuiſio. §. nullus. ¶No. † ſecundo ꝙ qn̄ hic dicitur, ꝙ homo mortuus non poteſt in ſtipulationem deduci, ſi ſtipulator credat eum viuere, hoc ēt verum eſt, quamuis ſciat eum mortuum, niſi mora debitoris ſeu promittentis præcederet mortem, ut ff. de conſt. pec. l. promiſſor. & tunc in æſtimationem fiet executio. l. ſi ſeruum. §. effectus.
6 vbi glo. & Doct. ff. de uerb. obl. ¶Notandum † tertio, quòd licet res ſacra non poſſit deduci in ſtipulationem, poteſt tn̄ uendi ignorante emptore eā eſſe ſacrā, ut infr. de empt. & vend. §. fi. nam ſi emptor ſciat, non ualet uenditio, & imputatur emptori, & ſcienter emit rem ſacram, ſed ſiue venditor ſciat ſiue non, ipſe ſemper tenetur, ut ff. de contrahen.
7 emp. l. & liberi. Ratio † autem, quare ſtipulatio de re ſacra non ualet, & tamen emptio valet, eſt, quia in emptione non transfertur dominium, ſicut in ſtipulatione, ut ff. de cōtrah. emp. l. ſi ita. §. fi. & ſic etiam res aliena vendi poteſt, ut ff. de

contrah.

Digitized by Google

contrah.emp.l.rem alienam.obligari tñ non pōt,vt C.quę res pign. obli.poſ.l. qui liberos.quia in pignore cōſtituitur ius ipſi creditori, ex quo habet hypothecariā actionē, ſed in venditione ſufficit traditio cum obligatione euictionis,
8 vt ff.de pignorib.l.qui nondū.§.quod dicitur.¶Not.† quarto,ꝙ illa res dicitur eſſe in cōmercio noſtro, quā ex aliquo contractu acquirere poſſumus, & ideo Iudæo non pōt ſibi ſtipulari Chriſtianū mancipium, ſiue a Iudæo ſiue a Chriſtiano,ut C.ne Iudæus Chriſtia.mancipiū.l.1.quia Iudæus non pōt poſſidere Chriſtianum mancipiū, ſed Chriſtianus pōt ſtipulari à Iudęo Chriſtianum mancipiū,ut ff. de verb. obl.l.multū intereſt. Ex quo ēt patet,ꝙ fuit inutilis ſtipulatio,q̄ fecit Iudas Iſcarioth cū Iudæis,qñ dixit. Quid vultis mihi dare,& ego eū tradā uobis?& ipſi promiſerunt 30.ar-
9 genteos.¶Nota. †quinto,ꝙ nemo poteſt ſtipulari rem ſuā, quia amplius ſua fieri non pōt,vt ſup de leg.§. ſed & ſi rem ſua.& inf.de acti.§.ſic itaq. niſi rōne poſſeſſionis apud aliā conſtiturę,ut ff.de cōtrah.emp.l.ſi emptione.§.rei ſuæ,uel ratione conditionis, ita.ſ.ut adueniente conditione res nō ſit ſtipulatoris,ut ff.de verbo.oblig.l.ſi rem meam.& l.exi-
10 ſtimo.¶Notandum † ſexto quod ſtipulatio pure facta,non poteſt eſſe in pendenti,ut ff.de ſtipula.ſeruorum.l.vſusfructus,ſecus in alijs actibus viuorum,ut ff.communia prędiorum.l.finali.§ fina.Et ideo ſtipulatio facta de re ſacra, quæ poſteà fit prophana,uel de republica,quæ poſtea fit priuata, uel de libero homine,qui poſtea fit ſeruus, non conualeſcit, cuius etiam poteſt eſſe alia ratio, quia fortuna in illis non eſt ſpectanda, ut l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de
11 uerborum obligat. ¶ Notandum † ſeptimo, quòd ſicut ſtipulatio facta de re non ſtipulabili, non conualeſcit, licet res poſteà fiat ſtipulabilis, vt ſtatim dictum eſt,ſic econtrà, ſtipulatio facta de re ſtipulabili, ut puta de re non ſacra, uel priuata, poſteà extinguitur, ſi res fiat non ſtipulabilis, nec tenetur promiſſor, ſi hoc fiat ſine facto ſuo. Et ſic ex illo habetur, quòd res uitiatur, ſi veniat ad eum caſum,à quo incipere non poſſit,quod uerum eſt, niſi ſtatim ab initio tendat ad illum caſum,ut notatur per Bar.in l.plu-

Digitized by Google

12 ribus.§.q si placet.ff.de verb.obl. ¶Notandum† finaliter, quod dicitur notanter, in hoc caſu promiſſorem non teneri, ſi res fiat non ſtipulabilis ſine facto ſuo, quia ſi fieret ex ſuo facto, teneretur ad intereſſe, pręſumitur autem ſemper ſuo facto fieri ſi ſit res ſua; tenetur etiam, licet ſit res aliena ſi fiat non ſtipulabilis poſt moram ſuam, vt ff.de verborum oblig.l.ſi ſeruum Stichum,§.1.& 2.

§.Si quis alium.

1 *Factum alienum non poteſt promitti. fallit, quinque caſibus, quos percutit nu. 2.3.4.5.6.*

7 *Obligatur ille, qui promittit ſe facturum, quod alius dabit, uel faciet aliquid.*

Promittens aliũ daturũ vel facturum aliquid non obligatur, ſed ſi promittat ſe facturũ, vt alius det, vel faciat, tunc

1 obligatur.h.d.¶Not.† primo, quod ex iſto tex. hr̃ q̃ alienũ factũ non põt promitti.& cõcordat l.ſtipulatio iſta, in prin. ff.de verb.obl.ſi tñ promittatur ſub aliqua pęna, tunc promiſſor tenetur ad pęna, ſi nõ fiat, qđ promiſſum eſt, vt infr. eo.[§.]verſa uice.ſi ẽt promiſſor obliget ſe ad intereſſe, ſi nõ fiat promiſſum tenetur, quãuis promiſſum ſit factum alienũ.In quinq. tñ caſibus fallit, quod hic dicitur ſm gl. hic ſu

2 per verſi.non obligabitur.Primus† in ſtipulalione de iudi-

3 cio ſiſti.vt ff de verb.obl.l.quotiens quis. Secundus,† in ſtipulatione hr̃e licere, vt ff.de verb.obl.l.ſtipulatio iſta.& eſt ſtipulatio habere licere, quam interponunt notarij, qñ ſcribunt hoc mõ.Promiſerunt defendere talẽ in iſta re ab omni homine, ita vt licebit ei ſtare, vti,& frui, ſine moleſtia cuiuſcunq. quo caſu venit factum ẽt extraneorum moleſtantium,& hoc ſi ſit talis contractus, de cuius natura venit euictio, vt l.inter ſtipulantem.ff.de verb.obl. in alijs autẽ contractibus ſolum venit factum ipſius promittentis,& eorum quos ipſe prohibere poteſt, vt l.ſtipulatio iſta.§. ſed quate-

4 nus.ff.de verb.obl. Terius† caſus, in ſtipulatione de raro,

5 vt ff.rem ratã hab l.in ſtipulatione.Quartus,† in ſtipulationibus edilitijs, qñ vt promititur ſeruum eſſe ſanum, uel non eſſe furẽ, vt ff.de euict.l.ſi ita quis.Quintus, in ſtipula-

6 tione† rem pupilli ſaluã fore, in qua cum ſit prætoria, requiritur

ritur fideiuſſor, vt ff. de pto. ſtipul. l. ptoriæ, & ſtipulatur pupillus à fideiuſſore, ſub his verbis aut ſimilibus: Promittis mihi res meas ſaluas fore ſeruãdas à tutore; & alius rñdet. promitto, vt ff. re pupilli ſaluã fore, l. 1. & l. cũ pupillus. Dicit tñ hic. Io. Fab. ꝙ in iſtis caſib. non promittitur factum alienum, ſed factum ſuum, & ideo ſalua reuerẽtia gl. in iſtis caſibus non eſt fallẽtia, vt patet diligenter inſpicienti. ¶No
8 tandũ † ſcđo, quod qñ quis promittit ſe facturũ, quod alius dabit aut faciet aliquid, tũc obligatur, vt hic dr in 2. reſpõ. Et rõ eſt, quia tũc promittit factũ propriũ, vt ff. de ver. obl. l. inter ſtipulantem. §. 1. & qñ aliquis promittit ſimpliciter factũ alienũ, tunc in dubio præſumitur, quod ipſe promiſit ſe facturum vel procuraturum fieri, aut dari, quod promiſſum eſt, ut in l. qui aũt §. ſed & ſi quis certam ff. de conſti. pecu. & notatur per Ang. in d. §. 1. in l. inter ſtipulãtẽ ¶Opponitur ſic, & videtur, quod factũ alienũ poteſt promitti, quia aliquis poteſt promittere aliquid fieri vel dari per hæredem ſuum, & hoc quotidie fit per l. fi. C. de contr. emp. Solu. Quod promittitur fieri per hæredem, non eſt factum alienum, quia hæres & promittens finguntur vna perſona, ut in Auth. de iureiur. à moriente præſt. §. 1. coll. 10.

§. Si quis aliſ.

1 *Stipulari alteri nemo poteſt, cuius iuri non eſt ſubiectus. Fallit 16. caſibus, quos ordine enumerat per diſcurſum nu. 2.*
3 *Stipulatio an ualeat ſex dantur regulæ per nu 4. 5. 6 7. 8. 9.*
10 *Extraneus põt adijci ſolutioni ita, ut promiſſor ei ſoluẽdo liberetur.*
11 *Stipulatio facta ſibi & extraneo pro parte ualet, & ꝑ ꝑte nõ ualet.*
12 *Stipulans ei, qui ſuo iuri ſubiectus eſt, tunc id quod ſtipulatur, acquiritur ſibi.*

Nemo põt ſtipulari alteri, cuius iuri non eſt ſubiectus, ſed ſi quis ſtipuletur ſibi aut alteri, tunc licet ſibi acquirat obligatio, alteri tamẽ etiam eo inuito poteſt fieri ſolutio, ſed tunc cõpetit ſtipulator: cõtra alterum mandati actio, ad petẽdum quod ſolutum eſt ab eo. Si autem quis ſtipuletur ſibi & alteri, cuius iuri non ſit ſubiectus, ſcilicet extraneo, tũc valet ſtipulatio, vt acquiratur ſtipulatori pars dimidia

promiſſi: ſi uero quis ſtipuletur ei, qui ſuo iuri ſubiectus ſit in his rebus, quæ ſibi acquiri poſſunt, tunc illud qđ promiſſum eſt, acquiritur ſibi. Hoc dicit uſq. ad §. præterea. ¶ Not.
1 † primo, ꝙ nemo pōt alteri ſtipulari, ut hic dicitur, & concord. ſtipul. iſta. §. alteri. ff. de verb. obli. Cuius rō eſt, quia ſtipulationes inuentæ ſunt, ut unuſquiſq. conſequatur ſuū intereſſe, & qñ aliquis ſtipulatur alteri, tunc ſibi nullū cōpetit intereſſe, iſtud tñ uerum eſt ſolum, qñ ſtipulator non eſt ſubiectus illi alteri, nā ſubiectus pōt ſtipulari alteri, ſiue ſubiectus ſit rōne pat. poteſta ut filius pōt patri ſtipulari, ſiue ratione obedientiæ, ut monachus pōt ſtipulari monaſterio, ſiue rōne dñij, ut ſeruus pōt ſtipulari dño, ſiue ſit ſeruus pleno iure, ſiue vſufructuarius, ſiue vſuarius aut ſeruus alienus bo. fid. poſſeſſus. ¶ Not. † ſecundo ꝙ iſtud regulare dictum fallit in 16 caſibus. Primo, in tutore, qui pōt ſtipulari pupillo Scđo, in dño, qui pōt ſtipulari procuratori ſuo, ſicut ecōtra. Tertio in debitore, qui pōt ſtipulari creditori ſuo, ut inf. eo. §. ſed ſi quis. Quarto in ſtipulationib. prętorijs, ut ff. de ꝑtor. ſtipu. l. in omnib. ut in ſtipulatione. de dāno infecto, ut ff. de dam. infec. l. dam §. fi. & in ſtipulatione iudicatū ſolui, ut ff. de procu. l. in cauſæ. §. fi. Quinto, in procuratore præſentis, ut ff. de uerb. obliga. l. ſi procuratori. Sexto, in actore municipij, ex cuius ſtipulatione acquiritur municipibus, ut ff. quod cuiuſque uniuerſitatis nomine. l. 1. §. quibus autem Septimo in curatore furioſi, ut ff. de conſtitu. pecu. l. enim qui §. ſi actori. Octauo, in inſtitore, ex cuius ſtipulatione acquiritur inſtituenti, ut ff. de inſtito. actio. l. 1. Nono, in iudice uel notario, uel alia perſona publica, ut eſt ſacerdos, quia ex iſtorum ſtipulatione acquiritur alteri, ut ff. rem pupilli ſaluam fore, l. 2. 3. & 4. facit gl. in Authen. libellum, ubi Bart. C. de lit. conteſt. Decimo, in creditore, ex cuius ſtipulatione acquiritur debitori, ut ff. de pig. actio. l. ſi conuenerit. Vndecimo, in auo, qui pōt ſtipulari dotem reddi nepti ſuæ: quæ non eſt in ſua poteſtate, ut ff. ſolut. matri. l. Caius Seius. Duodecimo, in procuratore uendentis, ut ff. de act. empt. l. Iulianus. §. ſi procurator. Tertiodecimo, in deponente, paciſcente rē alteri reſtitui, ut ff. depoſiti.

depoſiti. l. publica. Quartodecimo, in commodante faciẽte ſimile pactũ, ut C. de exhib. l. ſi res. Quintodecimo, in donãte, faciente ſimile pactum in euentum alicuius conditionis, ut C. de do. quæ ſub mõ l. quotiens. Sextodecimo, qñ pater ſtipulatur filio ſuo poſt mortẽ ipſius patris. Nã tũc acquirit filio, q̃uis non ſit hæres patris, ut ff. de verb. obl. l. quodcunque. §. ſi qs ita. ſed ſi pater ſtipuletur filio pure, tũ acqritur ipſi patri, ut ff. de uer. ob. l. dominus, & poſtea dicetur in vl. notab. Et iſti caſus excipiuntur ab iſta regula, ne tradendi ſunt ad alios caſus, ut ff. de legi. & Senatuſc. l. quod vero. & non ualet opinio Mar. qui dixit iſtos caſus facere regulã, & quod hic dicitur, uoluit intelligi directe, quaſi diceretur, ꝙ alteri nõ põt ſtipulari directe ſed bñ utiliter. Nã nõ multũ refert, an directe, ſeu utiliter acquiratur. ff. de neg. geſtis. l.
3 actio. ¶ Notandum † tertio, ꝙ de ualiditate ſtipulationis poſſunt dari ſex regulæ, ſecundum Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. al
4 teri. ff. de uerb. obli. Prima † eſt, qñ verba prolata in ſtipulatione oĩno conferuntur in alterum, tunc non ualet ſtipulatio, ut hic & l. quæcunq. ff. de act. & obl. niſi in tutore, cura
5 tore, actore, filio, & ſeruo. Secunda † regula qñ verba ſtipulationis conferuntur in perſonam ſtipulantis, & uerba executoria conferuntur in alterum, ut ſic dicendo. Promittis mihi, quòd dabis Titio decem? & ualet ſtipulatio, ſi intereſt ſtipulatoris, ut in dicto exemplo, ſi. ſ. ego ſim procurator Titij, ut C. ad exhiben. l. penul. uel Titius eſt meus creditor, ſecus, ſi ſtipulatori non intereſt, ut ff. de conſtitu. pecu. l. eam
6 qui. §. ſi actori. Tertia † regula eſt, qñ uerba ſtipulationis proferũtur imperſonaliter, & uerba executoria cõferuntur in alterum ut ſic dicendo, Promittis ꝙ dabis Titio decem, tunc non ualet ſtipulatio, ut ff. de verb. oblig. ſi ita ſtipula-
7 tus ſum. §. Chryſogonus. Quarta † regula eſt, qñ utraq. verba ſ. ſtipulationis & executoria proferũtur imperſonaliter, ut ſic dicendo. Promittis quod dabis decem? tunc ualet ſtipulatio, quia p̃ſumitur in dubio, ꝙ uerba cõferantur in per
8 ſonã ſtipulantis, ut d. §. Chryſogonus. Quinta † regula eſt, qñ uerba omnino conferuntur in pſonã ſtipulantis, & clarũ eſt tũc, ꝙ ualet ſtipulatio, ut ſic dicẽdo, Promittis mihi

quòd

Digitized by Google

9 ꝙ dabis mihi decem. Sexta regula eſt, † quando verba oĩno conferuntur, in perſonã ſtipulantis, noĩe alterius, vt ſic dicendo, Promittis mihi ꝙ dabis mihi decẽ noĩe Titij; tũc valet ſtipulatio, vt d. l. ſtipulato iſta. §. ſi ſtipuler, ff. de verb.
10 obl. Notandũ † quarto, ꝙ licet extraneus non poſſit adijci ſtipulationi, vt ei per ſtipulationẽ illã aliquid acquirat, ut hic, põt tñ adijci ſolutioni ita vt promiſſor ſoluẽdo ei liberetur, ut hic dr̃. Quod verũ eſt niſi ſtipulans ante ſolutionẽ cõteſtatus eſſet litem, vt ff. de ſolu. l. ſi quis. & eſt lex 58. in ordine. nam tunc promiſſor ſoluẽdo ſibi nõ liberaretur. Ex quo patet, ꝙ ſi mercator habet familiarẽ ſuũ in Francfordia, cui dedit ptãtem recipiendi debita ſua, ſi ille familiaris poſtea efficiatur truſator, & prodigus, ſcientib. debitorib. non liberãtur illi debitores ſoluendo ſibi, & licet poſſit ſolui adiecto, nõ tñ eius hæredi, ut ff. de ver. obl. l. cũ quis, nec adiectus põt agere ad ſolutionem, vt ff. de conſti. pec. l. ſed & ſi filio. §. fi. & qñ ſolutio facta eſt adiecto, liberatur promiſſor, ſed ſtipulans põt petere id quod ſolutum eſt, ab ipſo adiecto actione mandati, ſi adiectus fuit pręſens in ſtipulatione, vt ff. de ver. obl. l. Iulianus §. fi. alia agit actione negotiorum geſt. vt ff. de ſol. l. vero procuratori. §. interdum.
11 ¶ Notan. † quinto, ꝙ qñ aliquis ſtipulatur ſibi & extraneo, tunc acquiritur ſibi quod promiſſum eſt pro media parte, vt hic dr̃. Ex quo patet, ꝙ ſtipulatio pro parte ualet, & pro parte non valet, ut ff. de eo, quod certo loco l. 3. §. ſi quis. & ita vtile non vitiatur per inutile, vt ff. de ver. obl. l. 1. ſed &
12 ſi mihi. ¶ Notan. † finaliter, quòd qñ quis ſtipulatur ei, qui ſuo iuri ſubiectus eſt, tunc id, quod ſtipulatur acquiritur ſibi, vt ſi pater ſtipuletur filio exiſtenti in ſua ptãte, quia pater & filius cenſentur vna perſona; quia vox patri eſt vox filij, & econtra, vt hic & C. de impub. & alijs ſubſt. l. fi. in fine ſic ẽt vxor dñi, eſt vox ſerui, & econtra, infra eodem. §. poſt mortem. Et quando dr̃, ꝙ pater ſtipulando filio acquirit ſibi, intelligit̃ in rebus, quæ patri acquiri poſſunt, ut in profectitijs quo ad totum, & in aduẽtitijs quo ad vſumfructũ. ſupra per quas perſo. nobis acquiratur. §. 1. ¶ Opponitur primo ſic, & vr̃, quòd promiſſor ſoluendo adiecto non

libe-

libertur, per l.tertiam. §. item Iulianus.ff.de eo,quod certo loco.Solu.Quòd in illa lege ille non fuit liberatus, hoc fuit ideo; qa ſoluit alibi q̃ ſoluere debebat,& ideo venit intereſſe ipſi ſtipulatori,uel dño,ut infra de actio.§. loco. in quo adiectus nõ põt præiudicare principali recipiendo ſortem tantum,vt ff.de reg.iur.l. non debet. q̃uis ipſe ſtipulãs ſeu dominus poſſit in illo ſibiipſi præiudicare, ut ff. de eo
13 quod certo loco l. certum.¶Opponitur† ſecundo,& uidet, ꝙ quando quis ſtipulatur ſibi & extraneo,ꝙ tunc ſibi acquiratur totum,& non tãtum pars dimidia,per leg.fundus.ff. de contrahen.emptio. Solutio. Ibi eſt ſpeciale, qa intereſt venditoris,ut totus fundus ſit uẽditus.¶Opponitur tertio, & uidetur,quòd utile uitiatur per inutile. l.perui. alias Pedius.ff. de arb.Solutio. Illa lex loquitur in inſeparabilibus, & quod hic dictum eſt,intelligitur in ſeparabilibus.

§. Præterea.

1 *Stipulator ſi interroget ſub conditione, uel in diem, & promiſſor reſpondeat pure,non ualet ſtipulatio.*

2 *Stipulationẽ uitiat reſponſio nõ cõgruẽs interrogationi.Lim.nu.3.4.*

Diuerſitas reſponſionis,& interrogationis, vitiat ſtipulationẽ,& reſpõſio generalis refertur ad oĩa ea, quæ in interrogatione dicta ſunt.Hoc dicit, uſq. ad §. item inutilis eſt.
1 ¶Notandum † primo, ꝙ textus refertur ad particulam ſtatim præcedentem,ut ſit ſenſus, ſicut ſi ſtipulator interroget pure & promiſſor reſpondeat ſub cõditione,ſtipulatio nõ ualet:ſic econtra,ſi ſtipulator interroget ſub conditione uel in diem,& promiſſor reſpõdeat purè dicendo. Præſenti die ſpondeo,nõ ualet ſtipulatio,ſed ſi promiſſor dicat ſimpliciter,promitto,ualet ſtipulatio: quia hoc verbum promitto,ſimpliciter poſitum, refetur ad die ſeu conditionem
2 poſitam in interrogatione. Notandũ† ſecundo,ꝙ reſponſio nõ congruens interrogationi,uitiat ſtipulationẽ, ut hic, & concord.l.1.§.cum adijcitur.& ibi glo.& Doct.ff. de uerb.
3 obliga. ¶Notandum† tertio, ꝙ ſi ſtipulatori incontinenti placet reſponſio, tunc diuerſitas reſponſionis & interrogationis non uitiat ſtipulationem, ſiue ſit diuerſitas in quantitate

Digitized by Google

ritate, quia illa reſpicit totam obligationem, ſiue in ſpecie, vt ff. de uer. obl. l. 1. §. cum adijcitur. Si vero nõ placet, tunc aut eſt diuerſitas in quantitate, ſiue in qualitate, ſiue in ſpecie, vt ff. de ver. obl. l. 1. §. adijcitur. ſi eſt diuerſitas in quantitate, tunc valet ſtipulatio in eo, in quo conſonãt interrogatio & reſpõſio, ſiue ꝓmiſſor addat, ſiue diminuat de eo, quod in interrogatione dictum eſt, in alio verò non valet, vt d. l. 1. §. ſi ſtipulanti. v. g. Si ſtipulator dicat, ꝓmittis mihi dare decẽ, & promiſſor reſpõdeat, promitto quinque, tũc valet ſtipulatio, quo ad quinque, q̃a in illo conſonant interrogatio & rñſio, ſed quo ad alia quinq; non valet. Si in qualitate, nullo mõ valet ſtipulatio, vt d. l. 1. & d. § cũ adiicitur, ut ſi ſtipulator interroget purè, & promiſſor rñdeat ſub cõditione uel in diẽ, ſeu ecõtra. & idem eſt ſi fiat interrogatio in aliquem diẽ, uel conditionẽ aliquã, & promiſſor reſpondeat in aliũ diẽ, uel ſub alia conditione: ſed ſi ſit diuerſitas in ſpecie, tunc aut una ſpecies promittitur ꝓ alia, & nõ ualet ſtipulatio, ut inf. eo. §. ſi de alia. v. g. Stipulator dicit, ꝓmittis dare equum? promiſſor dicat, ꝓmitto dare bouem.
4 Aut adijcitur † alia ſpecies, ut ſic dicendo, Promittis dare equũ? promiſſor dicat, dabo equum, & bouẽ, ualet ſtipulatio quo ad equum, ſed non quo ad bouẽ, vt d. l. 1. §. ſed ſi. Si ãt interrogatio fiat de plurib. rebus, tũc aut ponũtur copulatiuè, & valet ſtipulatio in eo, in quo reſpõſum eſt. Aut disiunctiuè, & ſimpliciter reſpondeatur, uel ad vtrunq; valet ſtipulatio, ſed ſi reſpondeatur ad vnum tantum, non valet ſtipulatio, q̃a alternatiua interrogatio, eſt quodammodo conditionalis, vt promittis illum aut illum, hoc eſt, ſi illũ non dederis, dabis illum, & ſic eſt difformitas in qualitate, q̃ vitiat ſtipulationem q̃uis in ſummis alternatiua valet, licet rñdeatur ad vnam tm̃, vt d. l. j. §. ſi quis. Et eſt rõ diuerſitatis ſecundum Io. Fab. q̃a in ſpeciebus talis reſponſio facit diuerſitatem in qualitate, quia in qualibet ſub conditione interrogaſſe ur; ſed in alternatiua ſummarũ, minor eſt in oblig. l. ſi ita ſtipulatur fuero decẽ aut quinque. ff. de verb. oblig. iõ de ea interrogatum & reſpõſum eſſe vr̃. ¶ Notan.
5 † quarto. ꝙ generalis reſponſio refertur ad ea, q̃ dicta ſunt

in

in interrogatione. Quod facit ꝓ depoſitione teſtiũ; ut ſi teſtis depoſuit aliq̃d, q̃a vidit, hoc refert ẽt ad alia dicta ſua,
6 ut infra eo. §. ſi ſcriptum notab. 2. ¶ Notandum † finaliter, ꝙ ea, quæ dicuntur in præfationibus, intelliguntur repetita in ſequentibus, ut l. Titia. §. idem. ff. de verb. oblig.

§. Item inutilis.

1 *Obligatio ciuilis non poteſt eſſe inter dominum & ſeruum, vel inter patrem & filium, ſed bene naturalis.*

2 *Filius poteſt conueniri etiam inſolidum, ex contractibus, quos fecit durante etiam patria poteſtate. Fallit duobus caſibus nu. 3.*

Nemo pōt ſtipulari ab eo, qui iuri ſuo ſubiectus eſt, nec econtra, & ſeruus non pōt obligari dño ſuo, neq. alteri. ſed licet filiusfamilias non poſſit obligari patri, pōt tñ obligari
1 alteri. h. d. & patet intell. tex. ¶ Notandum † primo, ꝙ inter dominũ & ſeruum, vel inter patrem & filium, non pt eſſe obligatio ciuilis, ſed bene naturalis, vt ff. de cond. inde. l. naturaliter. & l. frater a fratre. §. 1. Cui naturali obligationi pōt accedere fideiuſſor. infra de fideiuſſor. §. 1. quod verũ eſt inter patrẽ & filiũ, niſi eſſet in caſtrenſi, uel quaſi caſtrẽſi peculio, quia quo ad illud, pōt ẽt eſſe ciuilis obligatio inter patrẽ & filium, ut ff. de colla. bonorum, l. 1. §. nec caſtrenſe, & l. 2. ff. ad Maced. Et ita pōt inter patrẽ & filiũ effectualiter eſſe iudicium, ut ff. de iudicij. l. lis. nulla. ¶ Notandum
2 † ſecundo, ꝙ filius pōt conueniri ẽt inſolidum, ex contractibus quos fecit durãte patria poteſtate, ut ff. de pecu. l. ſi q̃s cum filio. De alijs ãt contractibus factis poſt expirationem patriæ poteſtatis conuenitur inquantum facere pōt. vt ff. ꝙ
3 cum eo. l. 2. in prin. In † duobus tamen caſibus filiusfamilias nō obligatur ex contractu ſuo. Vnus eſt ſi mutuum acceperit, nã hẽt exceptionẽ ſenatuſconſulti Macedoniani, & C. ne filius pro patre l. 1. Alius caſus eſt, ſi faciat uotum Deo, vel Reipublicæ, ut ff. de pollici. l. ſi quis rem, §. voto. vnde ſi alius faciat uotum Deo, cõuenitur a plato ſuo, ut ſoluat uotum, ut C. de epiſ. & cler. l. nulli, ſed filius familias ſic nō cõuenitur, & dicit gl. in d. §. uoto, rõnẽ, quare filius non obligatur Deo, ſicut homini priuato, q̃a mitius agit cũ Deo, q̃

cum

Digitized by Google

cum homine l. Celſus. ff. de arbi. & intelligitur iſtud de uoto reali, ut l. filiusfamilias non obligetur, quando promittit Deo aliquam rem. Sed certè, non eſt verum, quod hic dicitur de voto perſonali. Nam filius poteſt vouere, & ſe obligare Deo, etiam cōtra voluntatem patris, ſi ſit doli capex. Et ratio eſt, quia poteſt peccare, & obligare ſe diabolo, ut in c. 1. extra de delic. puero. ergo potius etiam Deo.

§. Mutum neque ſtipulari.

1 *Mutus & ſurdus neque ſtipulari, neque promittere poſſunt. Et qui de furioſo ibid & nu 3.*

2 *Mente captus non poteſt vllum negotium gerere.*

1 Summatur ſic. Mutus † & ſurdus neq. ſtipulari neq. promittere poſſunt, & quia furioſus intellectū nō habet, ideo nullū negotiū gerere pōt h. d. & patet intellect. tex. ¶ Not.

2 † primo, quod textus loquitur hic de ſurdo, qui nullo mō audit, vt quéadmodumſeipſum exponit hic, & patet hic ét, ꝙ mutus nō pōt aliquē actum exercere, ad quē requirūtur verba, & ideò non pōt eſſe iudex, quia debet ſententiā proferre, neque teſtis, quia debet teſtimonium dicere, neq. notarius, quia ille ſtipulatur a partibus, nec pōt ſacramenta conficere. Sed ſurdus, & mutus bene poſſunt exercere actū, ad quē requiritur conſenſus, ut contrahere matrimonium,

3 ut in c. cum apud. extra de ſponſal. ¶ Notandum † ſecundo, ꝙ idem eſt de mente capto ſicut de furioſo, ſupra de curat. §. 1. & etiā de prodigo, qui furioſo aſſimilatur, ut ff. de curatorib. furioſo. l. 1. & ideò prodigus, cui bonis interdictum eſt, ſe obligare non poteſt, ut l. is cui ff. eod. Poteſt tamen ſibi aliquid ſtipulari ſecundum. Ioan. Fabr. hic, & licet prodigo non ſit interdictum bonis, ſi aliquis obligat eum, ſciens quòd malè, & inutiliter expendet illud quod recipit, non tenet obligatio, ut l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empto.

§. Pupillus.

1 *Pupillus ſine authoritate tutoris obligari non poteſt; ſed tamen poteſt aliquem ſibi obligare ſine authoritate, Et quid de infante. nu. 2. Quid de proximo infantia. nu. 3.*

4 Infans

4 *Infans quid diſtet a furioſo.*
5 *Impubes non poteſt obligari cum authoritate patris. Quid de pubere nu. Et quare id non poſſit pubes nu 7.*

Summatur ſic. Pupillus maior infante, cum tutoris autho ritate obligari pōt, ſed non cum patris authoritate, & poteſt alium ſibi obligare, ſine alicuius authoritate, ſed infans alium ſibi obligare non pōt h.d. & patet intell. tex. ¶Not.
1 † primo, ꝙ pupillus ſine authoritate tutoris obligari non pōt, ſed bene pōt alium ſibi obligare ſine tutoris authorita te. Et rō eſt, quia poteſt conditionē ſuam meliorem facere, ſed non deteriorē, ut ſupra de authoritate tutorum. §. 1. &
2 l. contra iuris ciuilis ff. de pact. Infans† autē non pōt aliū ſibi obligare, quia nullum hēt intellectum, vt l. in negotijs. ff. de reg. iur. & dicitur infans vſq. ad ſeptimum annum in-
3 cluſiuè, ut C. de iure deliber. l. ſi infanti: proximus āt† infantiæ poteſt alium ſibi obligare, ſicut proximus pubertati, & dr̄ proximus infantiæ, a ſeptimo anno excluſiuè, vſq. ad decimum annum cum medio incluſiuè, ſi ſit maſculus, & vſq. ad nonum cum medio ſi ſit fęmina, vt notatur in l. pupillū ff. de reg. iur. & ita proximitas refert ad id quod eſt infra. Sed proximus pubertati, dicitur a decimo anno, & dimidio excluſiuè, uſq. ad decimū quartum incluſiue, ſi ſit maſculus, & duodecimum, ſi ſit fæmina, & ita proximus refertur ad
4 id, quod eſt ſup. ¶Not.† ſecundo, ꝙ dr̄ hic in tex. notanter, quòd infans non multum diſtat a furioſo, q̄a in ueritate diſtat, nam infans tranſmittit hæreditatē, ēt quam non agnouit, ut l. ſi infantis. §. 1. C. de iure deliberan. Secus in furioſo, qui non tranſmittit ſic hæreditatem, ut C. de curatorib. furio. l. ſi. §. ſin autem, vel poteſt dici, quod ideo diſtat, quia, infans poteſt ſibi ſtipulari per ſeruum, furioſus nullo modo
5 vt ff. rem pupilli ſaluam fore. l. ſeruum. ¶Notandum † finaliter, quod impubes non poteſt obligari cum authoritate patris, ut hic dicitur. Quod uerum eſt in illis bonis in quib. pater non habet adminiſtrationem. Secus in his, in quibus adminiſtrationem habet, vt l. ſ. §. neceſſitate. C. de bonis,
6 quæ libe. Et † dicitur notanter impubes, quia pubes bene poteſt obligari præter quam in duobus caſibus, ut in mu-

tuo

tuo,& in uoto.ut dictum eſt ſup.eo §.itē inutilis. Ratio ãt quare impubes non poteſt obligari cum authoritate patris 7 † ſicut cum authoritate tutoris,eſt,quia habet tutorem ſibi obligatum,ſi male interponat authoritatem ſuam, ſed patrem non habet obligatum,vt C. de bonis.quæ libe.l.cum oportet.§.ſub hac tamen verſi.non autem hypotheca.Conſuluit tamen Bar.propter euitandas opiniones,patris conſenſum ſemper adhiberi,quando haberi poteſt.

§.Si impoſsibilis.

1 *Conditio impoſſibilis,affirmatiuè concepta,vitiat ſtipulationem. Et quæ dicatur impoſſibilis.nu.2.*

3 *Conditio impoſſibilis,negatiuè concepta,non vitiat ſtipulationem.*

Summatur ſic:Impoſſibilis conditio ſtipulationi affirmatiue appoſita vitiat ſtipulationem, ſed ſi negatiue apponatur,ſtipulatio purè facta intelligitur.h.d.¶Notandum† primo, ꝙ conditio impoſſibilis affirmatiuè concepta uitiat ſtipulationem.Concor.l.impoſſibilis.ff.de uerb.obl.Secus in vltimis voluntatibus,ut ſup.de hære.inſtituen.§.impoſſi-
2 bilis.Et † dicitur conditio impoſſibilis,non ſolum quæ ſm naturam eſſe non poteſt, ſed etiam quæ dependet ex ſola voluntate principis, ut Papæ vel Imperatoris, ut no. per Bar.in l.apud Iulianum.§.fi.ff.de leg.1.& idem eſt de conditione turpi,vel etiam quæ ſecundum ius eſſe non pōt, ut in gl.ſingulari in l.cum donatio C.de tranſact.ſed difficultas non impedit ſtipulationem,ſi.n.pauper promittat dare mille marcas argenti,quamuis ipſe facere non poſſit,valet tamen ſtipulatio,ut in gl.& in tex.in l.2.§.ex his ff.de verb. obl.ſic etiam perplexitas non uitiat ſtipulationem,ſecundū
3 gl.hic quæ alleg.l.ſi Titius ff.de cond.inſti.¶Not.†ſecundo ꝙ ſi impoſſibilis conditio negatiuè concipiatur, non uitiat ſtipulationem,quia eſt neceſſaria,& ideò talis ſtipulatio eſt pura,concor.l.in illa ſtipulatione.§.fin.ff. de verb.oblig.& ideo ſtatim peti poteſt promiſſum, datur tamen tempus ad ſoluendum,ut infra eo.§.fi.& ff.eo.l.cum,qui calendis.

§.Item verborum.

1 *Stipulatio non poteſt fieri inter abſentes.*

2 *Scriptura*

2 *Scriptura eſt duplex Et vtri potius ſtetur.*
3 *Inſtrumentum qualiter reprobetur per teſtes.*
4 *Sponſalia fieri poſſunt inter abſentes, ſolo conſenſu intercedente.*
5 *Præſumptio triplex oritur ex ſcriptura*
6 *Inſtrumentum petitur edi tripliciter Et qualiter.*

Stipulatio facta inter abſentes, nõ ualet, & ſtatur ſcriptu
1 ræ, donec probetur cõtrarium. h. d. ¶ Not. † primò, quòd in ter abſentes non poteſt fieri ſtipulatiò, & ideo non poteſt fieri per nuntium uel epiſtolam, nõ tamen requiritur quòd contrahentes ſe mutuo uideant, nec oportet, quòd ſint omnino propinqui, quia quamuis unus contrahentium ſit in turri, & alius ſit inferius, ſi ſe inuicem audire & intelligere poſſunt, ualet ſtipulatio, ut arg. ff. ad Sillania. l. 1. §. eo. ¶ No.
2 † ſo, quòd duplex eſt ſcriptura. Nã quædam eſt priuata. & huic non ſtatur pro ſcribere, ſed bene ſtat ei contra ſcribẽ tem ſi ſit cum cã, ut in Auth. de iureiu. a mori. præſtan. §. 1. colla. 5. & C. de non num. pecu. l. generaliter. Alia eſt ſcriptura publica facta. l. per publicã perſonã, uel cũ ſigillo authentico, & huic ſtatur, niſi contrarium probetur per ſimilẽ ſcripturã, uel per teſtes idoneos. Si igitur contingat duo inſtrumenta contraria eſſe ſup eodẽ negotio, uidendũ eſt, an unum inſtrm̃ ſit de priori data, & huic ſtandũ eſt, ut in c ſi a ſede Apoſtolica, de pb. lib. 6. & ſi ſit æqualitas in data, & unum eſt fauorabilius altero, ſtatur fauorabiliori, ut ſi contineat de dote, ut ff. ſolu. matri. l. 1. & ſint omnino æqualia, tunc neutri creditur, ut in l. optimam. C. de contra. & com.
3 ſtipula. ¶ Notandum † finaliter, ꝙ ſi inſtrumentum debeat reprobari per teſtes, tunc diſtinguitur ſecundum Bar. in l. 2. §. ſi dubitur. ff quemadmo. teſtam. aperiau. quia aut teſtes contradicentes inſtrumento, ſcripti ſunt in eodem inſtr̃o, & tunc unus ſolus teſtis facit uacillare fidem inſtr̃i, ut tali inſtr̃o non ſtetur, niſi eſſet teſtis ſupernumerarius, ſed ſi teſtes contradicentes non ſunt ſcripti in illo inſtrumẽto, tunc requiruntur plures quam duo, quia ipſum inſtrumentum ſupplet uicẽ duorum teſtium, ut l in exercendis. C. de fide inſtru. & ibi no. idem per Sal. uult etiam hoc Inno. in c. cum Ioan. eremita. extra de fide inſtrum. ubi no. etiam per

Digitized by Google

gl. in uer. quod licet. ¶Opp. primò ſic, & vr, q ſtipulatio inter abſentes bene valet, per l. ea. quæ ff. de dona. inter vir. & vxo. Sol. Stipulatio facta fuit primo inter præſentes, & verba poſtea repetebantur inter abſentes. Sed replicatur, de l. Labeo ff. de pact. Sol. Illa lex loquitur in pactis, in quibus non requiritur illa ſolemnitas, quæ neceſſaria eſt in ſtipulatione &c. Sed iterum replicatur de l. 4. ff. de ſponſ. Solut.
4 Sponſalia † pñt fieri per ſtipulationem, & tunc nõ fiunt niſi inter præſentes: poſſunt etiã fieri per ſolum conſenſum & tũc bene fieri pñt inter abſentes, & hoc mõ loquitur lex cõtraria, & hæc vltima cõiter tenentur l. 1. eo. facit ulti. de procu. lib. 6. ¶Opp. ſecundo, & vr, q contra ſcripturam non poteſt fieri probatio, prout hic dicitur, qa tunc ſequeretur, q reus probauit, quod eſt contra ordinem iuris, vt C. de edendo l. qui accuſare. Sol. Verum eſt, q in iſto caſu reus probat propter præſumptionem, quæ eſt contra eum, ratione ſcri-
5 pturæ, ut ff. de pac. l. iure gentium. §. quod ferè. Nã ex † ſcriptura oritur triplex præſumptio. Vna eſt, q partes ſciunt totum, q ſcriptum eſt. Secunda, quòd ſit ſolemniter facta Tertia, quòd verba ibi poſita ſint per partes approbata, ut l. cum precibus. C. de probat. Patet etiam hic, quod negatiua probari poteſt per coarctionem temporis & loci. ¶Opponitur finaliter & videtur, q contra ſcripturam nõ poteſt probari aliquid de die, quia qñ inſtrumentum petitur edi, tunc datur ſine die & cõſule, ut ff. de eden. l. 1. §. editiones.
6 Solu. Inſtrumentum † petitur edi tripliciter. Vno modo, actor petit inſtrm rei, ut ex eo fundet intentionẽ ſuam: vel reus petit inſtrumentum actoris, vt ex eo fundet exceptionem ſuam, & tunc inſtrm nullo modo eſt tradendum, ut C. de edend. l. fi. Secundo modo petitur edi, quia aduerſarius utitur inſtro, & tunc petitur ideò edi, vt videatur, an poſſit tali inſtrumento, aliquid opponi, & tunc editur ſine die & conſule, ne detur materia falſum fabricandi, ut in l. alleg. in oppoſi. & in glo. d. no. fa. li. 1. §. 1. ff. quemad. teſtam. ape. Tertio petitur edi, quia accuſatur de falſo, tunc edendum inſtrm cum die & conſule, ut in l. optimam. C. de contrahe. & commit. ſtipula. & l. fi. C. de fide. inſtrum. ſiue agatur crimina-

minaliter ſiue ciuiliter, & contra quancunq. partē inſtri falſitas opponatur, ſi alio bono modo probari non poſſit, alias illa pars tantum editur, contra quam opponitur, debet tñ ante exhibitionē accuſator ſe inſcribere ad pœnā talionis.

§. Poſt mortem.

1 *Stipulatio concepta olim poſt mortem ſtipulatoris, uel promiſſoris, vel pridie quam moriatur, alter eorum non valebat. Et nu. 2. hodie tamen valet ibid. & nu 3.*

4 *Acquirere ſibi nullus poteſt poſt mortem hæredib. tamen ſuis poteſt.*

1 Olim ſtipulatio † concepta poſt mortem ſtipulatoris vel promiſſoris, vel pridie, quam moriatur, alter eorum nō ualebat. hodie tamen valet. h. d. & patet intell. tex. ¶ Notandū

2 † primo, quod iſtud quod hic dicitur, intelligitur de iure vetuſtiſſimo, quia de iure Digeſtorum, ſtipulatio fieri poteſt poſt mortem ſtipulatoris vel promiſſoris, vel etiam pridie, q̃ moriatur alter eorum, ut in l. centeſimi. ſup. §. 1. ff. de uerbo. obligatio. & ſicut ſtipulatio facta per ipſum ſtipulatorē non valebat, ſic etiam ſi fiebat per aliquem exiſtentem in ſu apoteſtate, vt per filium, aut per ſeruum, ut hic, & in §. ei qui. ſupra eodem. ponitur tamen correctio iſtius iuris, ēt C. de contrah. & commit. ſtipul. l. ſcrupuloſam. Ratio eſt,

3 † quia ſtipulatio & conſenſus cōtrahentium valet, & quandocunq. conſtat de mente contrahentium, ſecundum eam debet fieri interpretatio, etiam in his quæ ſunt ſtricti iuris. Quod facit, ut ſtatutum recipiat interpretationem extenſiuam, etiam actiuam, ſi ſic conſtet de mente ſtatuentium,

4 alias ſecus. ¶ Notandum † ſecundo, q ideo iſta ſtipulatio hodie valet, quia licet nullus poſt mortē ſuam pōt aliq̃d acquirere ſibi, tamen poteſt acquirire hæredibus ſuis. ſic: ēt licet ipſe nō poſſit dare poſt mortē ſuā, hæredes tamen ſui pñt, vt l. vnica. C. ut actio. ab hæred. & contra herede incipiant.

§. Item ſi quis ita.

1 *Stipulatio valet, etiam ſi in ea dies ſtipulationis, præcedat diem obligationis, & nu. 2.*

3 *Stipulatio prepoſtera ſit in dotibus. Et qualiter.*

4 *In ſtipulatione, cuius executio differtur poſt mortem, non oritur actio, niſi poſt mortem.*

5 *Scripturę ordo an & quando debeant attendi.*

1 Sūmatur ſic. Licet † in ſtipulatione dies executionis præcedat diē obligationis, ualet tñ ſtipulatio. ſimiliter valet, licet executio retardetur poſt mortem ſtipulatoris uel promiſſoris, vel alicuis tertij. h. d. & patet intell. tex. ¶ Notan-

2 dū† primo, ꝙ cum dicitur in tex. pro exemplo præpoſteræ ſtipulationis: Si nauis ex Aſia venerit, ibi debet fieri punctus; hodie dare ſpondes, & non debet fieri punctus poſt illam dictionem, hodie, alioquin eſſet conditionalis, & ſi nauis hodie nō ueniret, extingueretē obligō, ut ſup. de ver. ob.

3 §. ſub condōne. ¶ Not. † ſecundò. quòd in dotibus ſit ſtipulatio præpoſtera, hoc modo. Dicit. n. mulier marito, uolens de dote ſua teſtari, ſi ſine liberis decedas, dotem reddere ſpondes? & proponit prius facere teſtm̄ ante, q̄ dos reddatur, de

4 quo in l. ſimiliter. C. de iure do ¶ Notādum† tertio, quod in iſta ſtipulatione cuius executio differtur poſt mortem, non oritur tertio, niſi poſt mortē, qua. ſ. peti pōt promiſſum, ut C. de teſta. l. præpoſteri. Et patet ex iſto tex. ꝙ ordo ſcripturæ non eſt attendendus, ut ff. de pecu. leg. l. quidā, & ſup. de leg. §. ante hæredis. & l. non enim. ff. de ſolutio. ¶ Opp. ſic. &

5 vr̄ † ꝙ ordo ſcripturæ debet attēdi, ꝑ l. quotiēs. ff. de uſufru. & ꝑ l. generaliter. §. q̄s ergo. ff. de fideicō. liber. Sol. Si q̄ritur de ꝑlatione ꝑſonarū, bene attēditur ordo ſcripturę. Sed qñ quærit̄ de iure, ut in teſtamentis, uel ēt in contractibus, non attenditur ad ordinem ſcripturæ. Nam aduertendum eſt ad ſententiam potius, q̄ ad uerba, vt in l. 3. ff. de adimen. lega.

§. Si ſcriptum.

1 *Teſtes ſi deponant aliquem promiſiſſe nihil dicente de interrogatione, non prǽſumitur interrogationem prǽceſſiſſe.*

2 *Stipulator ſi interroget de pluribus obligatur promiſſor, reſpondeat ſimpliciter tunc in omnibus obligatur promiſſor.*

Sūmatur ſic: in inſtrumento ſcriptum ſit aliquem promiſiſſe. præſumitur interrogationem præceſſiſſe, & ſi ſtipulator de pluribus reb. interroget, & promiſſor ſimpliciter re-

reſpondeat, tenet de oībus illis rebus, alias tenet ſolum de
1 illa re, de qua reſpondit. h. d. ¶ Not. primò, † quod ſi teſtes depo
nant aliquē promiſiſſe, & nihil dicāt de interrogatione, nō
pſumitur interrogationē pceſſiſſe, quemadmodū hic dr de
inſtro, vt l. 1. C. de vſu. Et ratio diuerſitatis eſt ſm gl. hic, qa
inſtrm factum eſt ſm diſpoſitionē iuris, ſed teſtes cōiter nō
ſunt periti in iure. Dicit tamen Bart. quod illa ratio eſt tenuis,
quia Notarij conficientes inſtrumenta, frequenter ēt ſunt
ignari iuris. & ideò ponit aliam rationem in l. ſciendum. ff.
de verb. oblig. ſ. quod teſtes deponunt de his, quæ perceperunt
ſenſu corporeo. Solemnitas autem iuris non percipitur ſen
ſu corporeo, ſed intellectu. Et Notarius in inſtrumento non
ſolum ſcribit ea quæ ſenſu percipit, ſed etiam ea, quæ ſunt
iuris. Patet ergo hic, quòd ſolēnitas iuris interdū præſumi-
tur ex ſcriptura, facit. l. ſciendum. ff. de verb. oblig. ¶ Notan
2 dum † ſecundo, quod ſi ſtipulator interroget de pluribus reb.
& promiſſor reſpondeat ſimpliciter, tunc in oībus obliga-
tur promiſſor. Secus ſi ad unā uel aliquas reſpondeat, quia
tunc ſolū de illa ſeu de illis tenetur, ut hic, & concor. l. Ti-
tia. §. idem reſpondit. ff. de verb. ob. Et illud verum eſt, ſi ſti
pulator copulatiue interroget, nam ſi alternatiuè, id eſt di
ſiunctiuè interrogauerit, non valebit in ſpeciebus ſtipula-
tio, pp diuerſitatē in interrogatione, & in reſponſione, vt
ſup. eo. §. prætereà dictū eſt. Patet etiā hic, quod vtile p inutile
nō vitiatur, qa hic ſunt plures ſtipulationes ab inuicem ſe
parabiles, nam in inſeparabilib. vtile per inutile vitiatur.

§. Alteri.

1 *Stipulari alteri cur nemo poſſit.*
2 *Ex ſtipulatione alteri facta, interdum acquiritur illi actio directa. Interdum utilis. Interdū nulla. Et tunc neceſſaria eſt pœna. Ibi. & nu. 4. Et quam uarie illa pœna apponatur. nu. 5.*
3 *Stipulatio cui pœna apponitur, poteſt quatuor modis formari.*
6 *Stipulans alteri cum adiectione pœnæ, tunc ille alter non poteſt, promiſſum petere, neque pœnam, ſed ſtipulans pœnam petit.*
7 *Stipulans procuratori uel creditori ſuo, non ualet ſtipulatio.*
8 *Principali extincto, an extinguatur acceſſorium. Et quando.*

Digitized by Google

Summatur ſic. Si ille cuius nō intereſt, alteri ſtipuletur, non valet ſtipulatio. Si tamen pæna adijciatur, & non fiat, qđ ſtipulatum eſt committitur pęna. Sic econtra, ſi quis promittat aliū, facturū aliquid, non valeat promiſſio. Sed ſi pæna adijciatur, & nō fiat quod promiſſum eſt, cōmittitur pœ
1 na h. d. & patet intel. tex. ¶Not. † primo, ꝙ rō, quare nemo pōt alteri ſtipulari, eſt, quia ſtipulationes inuentæ ſunt, ut vnuſquiſq. acquirat ſibi, quod ſua intereſt, nihil aūt intereſt ſtipulatoris, ſi alteri detur, & ideo alteri non ſtipulatur, & tangitur iſta ratio hic in tex. Fallit tñ iſtud in 16. caſibus, vt
2 dictum eſt ſup. eo. §. ſi quis alij. in notabilibus. ¶Not. † ſecūdo, ꝙ ex ſtipulatione alteri facta interdum acquiritur illi actio directa, vt ſi filius ſtipuletur patri, aut ſeruus dño, vel econtra, vt l. certi condictio. §. ſi nummos ff. ſi cer. pet. Interdum acquiritur act o vtilis, vt ſi tutor ſtipuletur pupillo, ut ff. de conſtit. pecu. l. eum qui. §. penul. Interdum vero nulla acquritur actio, & tunc neceſſaria eſt pæna, & de hac ſtipu-
3 latione loquitur hic tex. ¶Not. † tertiò ꝙ iſta ſtipulatio cui apponitur pœna, poteſt quatuor modis formari. Primo modo ſic; Promittis, quod dabis Titio decem, alioquin dabis ei quinq. ſub noīe pænæ. Secundo modo ſic, Promittis Titio, ꝙ dabis ei 10. aut quinq. nomine pœnæ, & iſtis duobus modis nō ualet ſtipulatio; neq. quo ad ſortē, neq; quo ad pœnā. Tertio mō ſic: Promittis mihi, ꝙ dabis Titio 10. aut mihi dabis; quinque noīe pæna, & tunc licet ſtipulatio nō valeat quo ad ſortem; valet tñ quo ad pænam, & ita loquitur iſte tex. l. 1. C. de arb. Quarto modo pōt ſic fieri: Promittis mihi recipienti ſtipulationē noīe Titij dare decem, aut quinque nomine pænæ, & tunc valet ſtipulatio quo ad ſortem, & quo ad pænam, ſed ergo cedam actionem ipſi Ti-
4 tio, vel. ſi procuratorem. §. ſi. ff. manda ¶Notand. † quarto, ꝙ notanter dr̄ in tex. quod iſta pæna ſtipuletur, quia ſi apponeretur per nudum pactum, non poſſet peti pœna, ſicut nec vſura, ut ff. de ſer. export. l. ſeruus. & l. 3. C. de vſu. & l.
5 iuriſgentium. ff. de pac. §. ſed cum nulla. ¶Notandū † quinto, quòd de quantitate iſtius pœnæ poteſt ſic diſtingui, quia aut pœna apponitur per nomina numeralia ſimpli-

cia,

cia, vt vnum, duo, tria, & tunc poteſt aſcẽdere pœna vſq. ad infinitum, ſi placeat contrahentibus, vt in gl. in l. ſi dictum. ff. de euictio. vel apponitur ꝑ nomina numeralia quotitatiua, ſeu multiplicatiua, vel duplũ, triplũ. &c. Et tunc vel pœna apponitur ſuper eo, qđ de preſenti centum eſt, verbi gratia Vendo tibi domũ pro centũ, & promitto de euictione. & hoc ego dico ad interrogationem ementis, & tunc pœna ẽt poteſt aſcendere vſq. ad infinitũ, ſi placet contrahentib. vt dicẽdo. Promitto de euictione ſub pœna dupli, tripli, &c. aut pæna apponitur ſuper eo, quod de ꝑſenti eſt incertũ, vt dicẽdo; Vendis mihi domum, & promittis mihi de euictione, de tanto quanti meâ intererit, & tunc pæna nõ põt aſcẽdere vltra duplum, vel ſ.n aliquos quadruplum. ut in l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt proferunt. ¶ Notan.

6 † ſexto, ꝙ qñ qui ſtipulatur alteri cũ adiectione pænæ, tunc ille alter non põt promiſſum petere neq. pænã, ſed ipſe ſtipulans petit pænam. nã iſta ſtipulatio de ſe eſt inutilis, quã uis ſteturei propter pænã, vt ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio

7 iſta §. ſi quis inſulam, in gl. ¶ Notandum † finaliter, ꝙ quando quis ſtipulatur procuratori ſuo vel creditori, tunc valet ſtipulatio, q. ſua intereſt, vt hic dicitur. Procurator tñ ſeu creditore agere nõ poteſt, pro illo intereſſe, ſed ipſe ſtipulator agere poteſt, pro eo quod intereſt ſua, procuratori, vel creditori ſolutum fuiſſe actiones ex ſtipulatu, vt C. de inut. ſtipul. l. ſi, vel certi condictione, vt ſupra de verb. oblig. §. i.

8 ¶ Opponitur † ſic, & videtur, ꝙ quando ſtipulatio non ualet, non valebit etiam adiectio pœnæ, quia extinctio principali, extinguitur etiam acceſſorium, per l. cum principale. ff. de reg. iur. Sol. Verum eſt, quòd extinctio principali extinguitur acceſſorium quando ſ. principale ideo non ualet, q. a ius ei reſiſtit. Secus, quando ius ei non aſſiſtit, nec etiam ei non reſiſtit, & ita eſt hic. Nam ius non prohibet ſtipulationem alteri fieri, licet etiam non approbet, facit l. non dubium. C. de legib. Sed replicatur de lege ſecunda. §. fin. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. vbi appoſitio pœnæ non ualeat. Sol. in illa lege loquitur Iuriſconſultus de pœnæ prætoria, hic autem de pœna conuentionali.

§. Item.

1 *Stipulari nemo poteſt rem ſuam futuram. Et cur ita, nu. 2.*
3 *Stipulator ſi interroget de una re, & promiſſor reſpondeat de alia, an valeat ſtipulatio diſting*

Summat ſic, Nemo pōt re ſuā futurā ſibi ſtipulari, & ſi de alia re fiat interrogatio, & de alia reſponſio, non valet
1 ſtipulatio. h. d. ¶ Notandum primo, † ꝙ nemo pōt rē ſuam futuram ſtipulari, vt hic dr, ſecus ſi futura ſua non eſſet, ut ff. de verb. obl. l. ſi rem minus ergo poteſt rem ſuam de præ-
2 ſenti ſibi ſtipulari. Cuius ratio † eſt, quia quod ſuum eſt, amplius ſuum fieri non poteſt, inf. de actio. §. ſic itaq. Ratione tñ poſſeſſionis poteſt quis rem ſuam ſtipulari ſibi reſtitui,
3 vt l. nemo. ff. de verb. obli. ¶ Not. † ſecundò ꝙ ſi ſtipulator interroget de vna re, & promiſſor reſpondeat de alia, non valet ſtipulatio, vt hic dr. quod verum eſt, qñ certum eſt eos diſcrepare, vt l. continuus. §. 2 ff. de verbo. obli. & ſi ſtipulatio valeat ſecundum intellectum utriuſque tunc accipi debet ſecundum intellectum promiſſoris. ut l. qui ex pluribus. ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. eum qui. ff eo. Nec obſtat, ꝙ minus præſtari pōt in dubio, vt ff. de leg. 1. l. idē Iulianus. §. ſcio quia minus eſt, quòd promiſſor daret uult. inf. de actio. §. præterea. ſed ſi ſtipulatio tm̃ ualet, ſm intellectum vnius. ſ. ſtipulatoris, vel promiſſoris, tunc accipi debet ſm illum intellectum, vt res plus ualeat, quam pereat, v. g. dico ſic. Promittis mihi hodie dare centum Coloniæ? & tu dicis, Promitto. & poſteà tu vis dicere iſtam promiſſ. factam eſſe de alia Colonia ab iſta, non debet iſta ſtipulatio accipi ſecundum dictum promiſſoris ſed ſtipulatoris, qui dicit ſtipulationem intelligi de iſta Colonia, quia aliàs ſtipulatio non ualet, facit. l. quotiens in ſtipulationib. ff. de verb. obgli. & de rebus dub. l. quotiens. 2.

§. Quod ex turpi.

1 *Stipulatio non ualet ſi deductum in ea, ſit turpe. fallit nu. 2.*
3 *Contractus conditionalis tranſit ad heredes actiue, & paſſiue.*

Stipulatio facta ex turpi cauſa, nō ualet, & obligatio cōtracta ex ſtipulatione conditionali, tranſit ad hæredes ſtipulato-

pulatoris, & promiſſoris, ſi conditio exiſtat poſt mortem
1 vtriuſque vel alterius eorum. h. d. ¶ Notandum † primo, ꝙ ſi deductum in ſtipulatione ſit turpe, vt facere homicidiũ vel ſacrilegium, non ualet ſtipulatio, & ſi ſit pœna adiecta, non committitur pœna vt l. generaliter. ff. de uerb. obl. uel etiã ſit appoſitum iuramentum, non eſt ſeruandum, ut in regul. non eſt obligatiorium. extra de reg. iur. lib. 1. uel ſi deductũ in ſtipulatione ſit honeſtum, ſed ex turpi cauſa, uel cũ turpi conditione expreſſa, ut promittis mihi decem, ſi fecero homicidium ſimiliter non valet ſtipulatio, ut l. ſi plagij. ff. de
2 verb. ob. Fallit † tñ hoc in matrimonio, quia ibi turpis cauſa vel conditio habetur pro non adiecta, ut in c. ſi. ext. de cõ de. apposi. ſed ſi cauſa vel conditio turpis non ſit expreſſa, tunc valet ſtipulatio ipſo iure, ſed elicitur per exceptionẽ, vt ff. de cond. ob. turp. cauſ. l. penul. l. ſi uero deductum in ſtipulatione ſit honeſtũ, eſt tñ turpiter promiſſũ ut puta ꝑ dolũ, vel per metũ tunc ualet ſtipulatio ipſo iure. Sed ẽt elicit̃ ꝑ exceptionẽ, vt C. de inuti. ſtipu. l. dolo. Fallit hoc in dote, & in cõtractibus matrimonialibus, quia ibi talis ſtipulatio non valet ipſo iure, vt l. ſi mulier §. ꝙ ſi dos. ff. qđ met. cau. Ex iſto patet, ꝙ ſi aliquid promittatur meretrici cauſa libidinis ſtipulanti nõ valet ſtipulatio, nec tenetur promiſſor hoc dare, datũ tñ nõ põt repeti, ut in l. idem & §. ſed qđ meretrici. ff. de cõd. ob turpẽ cau. & ideo tenet Bart. ibi hoc, & allegat. l. affectionis. ff. de dona. q̃uis gl. ibi dicat contrariũ.
3 ¶ Not. † ſecundo ꝙ contractus conditionalis tranſit ad hęredes actiue, & paſſiue, vt hic dicitur. Secus in relictis ex ultima voluntate, vt C. de cad. toll. l. vnica §. ſin autẽ & l. ſi ita ſcriptum fuerit, in fin. ff. de manumiſ. teſtamenti. facit l. qđ ſi pendente. 1. reſpon. ff. de pericu. & commo. rei vend.

§. Qui hoc anno.

1 *Promiſſum dari hoc anno, uel hoc menſe, non poteſt peti, niſi fine illius temporis.*
2 *Promiſſum pure, non põt peti, donec promiſſor hoc poſſit commode tradere.*
3 *Iudicis arbitrio cum quid committitur, ille medium ſeruare debet*

Promiſſum certo tempore dari, non põt peti, niſi in fine illius

illius temporis, & quod pure promiſſum eſt, nō prius peti poteſt, quam promiſſor illud dare poſſit. h.d. vſque ad finē tit.
1 ¶ Notandum primò † quòd ſi promiſſum ſit aliquid dari hoc anno, vel hoc menſe, non poteſt peti, niſi in fine illius temporis, vt hic, & ff. de verb. oblig. l. qui hoc anno. ſi autem promiſſum ſit dari annuè, peti pōt in prin. anni. Quod verum eſt, tam in cōtractibus, quam in legatis, ut ff. de condic. & demon. l. ſi in annos. Et ratio eſt, quia in primo caſu tempus videtur appoſitum fauore promiſſoris, & in ſecundo videtur appoſitum fauore ſtipulatoris, & de iſto ſunt metra, quę dicta ſunt ſupra de uerb. obilg. §. at ſi quis ita, & ſi aliquid promiſſum ſit dari in nundinis, peti poteſt in principio nundinarum, vt ff. ad Trebel. l. qui filium, §. Sabinus.
2 ¶ Notandum † ſecundò, quòd quando aliquid promiſſum eſt pure, non poteſt peti, donec promiſſor commodo hoc poteſt tradere, vt l. continuus. §. aliud ff. de verb. oblig. Et licet promiſſor ſtatim tradere poſſet: non tamen tenetur ſtatim tradere, ut l. quod dicimus. ff. de ſolutio. ſed datur ei certum tempus, ſecundum aliquos decem dierum, ut ff. de conſtit. pecun. l. promiſſor. §. 1. vel ſecundum aliquos tempus datur ad arbitrium iudicis, vt ff. de iure deliberan. l. 1. qui iudex non debet ſtatuere tempus nimis breue: nec nimis longum, ut l. ratum. ff. de ſolutio & infra de iudi. l. reſpon. & l. quo. n. § 1. ff. rem ratam haberi. Ex quo † patet, quando aliquid relinquitur abitrio iudicis, non debet ipſe ſtare in extremis, ſed ſeruare medium. Cum igitur hodie pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, non debet confeſſor peccantibus iniungere nimis aſperam pœnitentiam, iuxta cap. pœnitentiale, nec nimis leuem, ſed debet tenere medium, facit. c. tempora. & c. alligant 26. q. 7.

DE FIDEIVSSORIBVS.
Titulus XXI.

SIc continuatur; dictum eſt ſupra de ſtipulatione, & quia obligatio fideiuſſoria cōtrahitur per ſtipulationem, vt in l. ſolam ff. de eo. idcirco conſequēte tractatur de hac obligatio. fideiuſſoria, & rubricatur iſte tit. de fideiuſſoribus.

§. Pro

§. Pro eo.

1 *Perſonæ quotuplices, quæ pro alijs obligantur. fuſe per diſcurſum.*
2 *Nouatio quid.*
3 *Fideiuſſores cur inuenti.*
4 *Obligationi fideiuſſoriæ poteſt accedere fideiuſſor.*
5 *Obligationi naturali tantum poteſt accedere fideiuſſor. Item obligationi ciuili num 6.*
7 *Obligationi omni an poſſit accedere fideiuſſor.*

Sic sũmatur: Cuilibet obligationi ẽt naturali tm̃ vel ciui
1 li põt accedere fideiuſſor. h.d. ¶ Not.† primo, ꝙ quintuplices ſunt perſonę, quę pro alijs obligãtur, ſ. fideiuſſor, mãdator, cõſtitutor, ſpõſor, & expromiſſor, vt eſt gl. in verbo, putat l. perſonæ. §. 2. ff de pac. quæ ſic differũt, q̃a fideiuſſor fit per ſtipulationẽ, & põt pcedere, uel ſequi obligationẽ principalẽ. Mãdator aũt põt fieri ſolo conſenſu, & regulariter præcedit obligationẽ, vt mando tibi ut mutues Titio pecuniam. Conſtitutor verò ſequitur obligationẽ. Sponſor accedit principali obligationi non rogatus; id eſt, qui non rogatus pro alio intercedit, vt conſtituo me ſoluturũ, quod Titius tenetur tibi. Et promiſſor, qui pmittit pro alio nõ obligato, vt in domino, qui cõſtituit procuratorem, & pro procuratore promittit iudicatum ſolui, & tñ procurator nõ eſt obligatus, vel ẽt liberat eum, ut cũ quis promittit domino, ꝙ ſeruũ manumittat, ſit l. & elegãter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo. & l. Stichum. § tametſi. ff. de ſolu. Et habẽt oẽs iſti beneficium fideiuſſionis, ſ. quòd fideiuſſor non poteſt excuti, niſi eius principalis ſi excuſſus, ut Auth præſente. C. de fideiuſſorib. habent etiã beneficium epiſtolæ diui Adriani, de quo infra. § ſi plures. Fallit tñ illud, ſi fideiuſſor aut promiſſor interceſſit animo nouandi, ut in l. fi. uero non remu-
2 nerandi. §. 1. ff. manda. Eſt† autem nouatio prioris debiti in aliam obligationem transfuſio, & nomen accepit a noua obligatione, quia cum fit nouatio, noua conſtituitur obligatio, vt prior perimatur, hæc probantur. l. prima in princ. ff. de nouationibus: Fit autem interuentu nouæ perſonæ, vnde eo ipſo, quòd alius promittus mihi id, in quo tu mihi

obliga-

obligabaris, fit nouatio, id eſt prioris obligationis in aliā transfuſio, & tu liberaris ipſo iure. Hoc verum hodie, ſi ex-
3 preſſum ſit, ꝙ nouandi aīo hoc actum ſit. ¶Notan. † ſecundo, ꝙ fideiuſſores inuenti ſunt, vt magis cautum ſit creditoribus, vt hic & infr. de repli. §. fi. & eſt cautio fideiuſſoria idonea & plena. Cautio tñ pignoratitia eſt plenior, qa melius eſt pignori incumbere, q̃ in perſonam agere, vt infrà
4 de oblig. quæ ex delic. naſcuntur. §. furti. ¶Notandum † tertio, ꝙ obligationi fideiuſſoriæ pōt accedere alius fideiuſſor vt ſit fideiuſſoris fideiuſſor, & tunc prima obligatio fideiuſſoria dicitur principalis reſpectu ſecundæ, vt l. Græcè §. fi. ff. eo. & l. ſi rem alienam. §. 1. ff. de pig. act. & ceſſante principali obligatione ceſſat vtraq; fideiuſſoria, vt l. cum lex. ff. eo. & facit l. ſi quis pro eo. ff. eo. & fa. l. nō dubiū. C. de leg. & pōt accipi precium pro fideiuſſione, vt l. ſi remunerandi
5 §. manus. ff. mand. ¶Notandum † quartò, ꝙ obligationi naturali tantum pōt accedere fideiuſſor, vt hic & ff. eo. l. fideiuſſor. § fideiuſſor. vt qñ ſeruus obligatur domino, cui licet non poſſit ciuiliter obligari, naturaliter tamen etiā obligari poteſt: ut ff. de condic. indeb. l. ſi id, quod; tunc ſeruus poteſt dare fideiuſſorem domino ſuo. econtrà tamen dominus nō pōt ſeruo fideiuſſore dare. & ratio eſt, quia ille fideiuſſor obligaretur ſeruo, & ꝑ conſequēs domino, & ita idē obligaretur eidem, & pro eodem, quod eſſe non poteſt, vt l. ſi quis pro eo. §. 2. ff. eo. ſeruus tamen non poteſt eſſe fide-
6 iuſſor, vt ff. eo. l. ſeruo inſcio. ¶Not. † final. ꝙ obligationi ciuili tantum poteſt accedere fideiuſſor, vt in eo, qui confeſſus eſt debitum ſpe futuræ numerationis pecuniæ, de quo infrà ti. proxi. dicetur. Nam illi poteſt accedere fideiuſſor, & habet eandem exceptionem, ſicut principalis reus, vt C. de non nume. pecun. l. pen. in fine. & l. tam mandatori eo.
7 ¶Opp. † & videtur, ꝙ non omni obligationi poteſt accedere fideiuſſor per l. 1. C. ne fideiuſſores dotium dentur. Sol. Regularit. omni obligationi poteſt accedere fideiuſſor, ſed fallit obligatione de dote reſtituenda, vel conſeruanda a viro, conſtante matrimonio; ut in l. oppoſ. allegat. Cuius ratio eſt, ne oriatur ſuſpicio perfidiæ, præſumeret. n. vir,

quod

Digitized by Google

quod mulier ſibi non confideret dotē,cui confidit ſeipſam. Si tamen maritus uergeret ad inopiam, poſſet illo caſu fide iuſſor peti,ut no.Bar.in l ſi conſtante.§.quotiens.ff. ſol.ma tri. Fallit etiā in obligationib.de maleficijs committendis, quib.non poteſt accedere fideiuſſor, ut l ſi a reo.§.fi..ff.eo.

§.Fideiuſſor.

1 *Obligatio fideiuſſoria tranſit ad hęredes. Et quę pręterea nu. 2.*

3 *Obligatio fideiuſſoria poteſt pręcedere uel ſequi principalem obligationem.*

Summatur ſic:Obligatio fideiuſſoris tranſit ad hęredes, & pōt præcedere, vel etiā ſequi obligationem principalē.
1 h.d.& patet intell.tex ¶Notandum† primo,quod obligatio fideiuſſoria trāſit ad hæredes,actiuè & paſſiue,id eſt ad hæredes creditoris, & ad hæredes fideiuſſoris, ſiue dictum ſit ſiue non cōcord.l.poteſt.§.2.ff.eo. Nec prodeſt in iſto caſu hæredi confectio inuentarij, ſi hæreditas non ſit ſufficiens ad ſoluendum,ut notat Bar.in l.fideiuſſor.§.in fideiuſſorē,
2 ff.qui ſatiſda.cogantur: Sic † etiam omnis obligatio quæ naſcitur ex cōtractu vel quaſi,trāſit ad hæredes,ut ff.de actio. & obligationib.l.ex cōtractibus:ſi tñ principalis obligatio non tranſeat ad hæredem,ut eſt actio furti, vel ſimilis obligatio cohærens perſonæ,tunc etiā fideiuſſoria accedens taſi obligationi non tranſit ad hæredem,ut l.eū §. qui iniuria
3 rum,§.ſi quis cautio.¶Notādum† ſecundo,quod obligatio fideiuſſoria pōt præcedere,vel ſequi principalē obligationem . Poſſumus.n.ſic dicere . Fideiubeo pro Titio, in eo, quod ſibi credes,vel credidiſti, uel credis.nam ad iſta omnia tempora poteſt referri fideiuſſio,ut l.quoniam.§ fi.ff.de uſufruc.earum rerum,quæ uſu conſum. Dicit Ioan. Fabri, ꝙ qñ fideiuſſor præcedit,tunc debet exprimi tempus futurum,alioquin non valeret fideiuſſio, quia plus obligaretur fideiuſſor,quam principalis,quod eſſe non poteſt,ut inf eodem.§.fideiuſſores.Secus eſt in madatore,quia ſemper præcedit obligationem principalem l.ſi uero non remunerandi.§.ſi poſt.ff.mandati ſecus etiam in contr.tutore,qui ſemper ſequitur,ut in glo.in §.primo.in Authen. de fideiuſſo.

col.

collatio. 1. & dictum eſt ſupra eod. §. 1. in primo notabili.

§. Si plures.

1 *Fideiuſſoribus datum remedium ex Epiſtola diui Adriani, ut per exceptionem repellant creditorem quamuis obligati inſolidum. Et quid hodie, nu.* 2

3 *Fideiuſſores expreſſe obligati, quòd quilibet teneatur inſolidum. habet hodie beneficium diuiſionis.*

4 *Exceptio beneficij Adriani, non eſt proprie peremptoria.*

5 *Fideiuſſores plures, q̄ h̄eant beneficium diuiſionis, fallit ſex caſibus.*

Quando ſunt plures fideiuſſores, tunc ſinguli tenētur in ſolidū. Poſſunt tñ ex epiſtola diui Adriani excipere contra creditorē, ut ſolum pro parte cōueniātur, & ſi unus eo ū nō eſt ſoluendo tempore litis conteſtatæ, tunc alij ſoluunt illā partē. Si unus fideiuſſorū ſoluit creditori tutū, nihil repetit ab alijs, ſed imputet ſibi ꝙ non excepit. ¶Not. primo ꝙ li-
1 cet † qñ ſunt plures fideiuſſores, ipſo iure ſinguli teneatur inſolidum, datum tñ eſt fideiuſſorib. remedium ex epiſtola diui Adriani, ut per exceptionē repellāt creditorē, & ut nō teneant ſoluere, niſi pro parte, eis competēte, ſi oēs ſint ſoluēdo tempore litis conteſtatæ, & unus vel plures illo tēpore non ſint ſoluendo, reliqui ſoluere debent, & datur illud beneficium per uiam exceptionis & non actionis Et ideò ſi vnus totum ſoluit, & principalis, pro quo fideiuſſerunt, nō eſt ſoluendo, ipſe nihil repetit ab alijs fideiuſſoribus quia ſoluit quod debuit. Et de iſta epiſtola loquitur tex. C. de
2 conſtitu. decu. l. fin. ¶Notandum † ſecundo, quòd aliqui dixerunt, ꝙ hodie non ſit opus iſta epiſtola diui Adriani, quia fideiuſſores plures hodie ipſo iure non videtur teneri, niſi pro parte in Authen. de duobus reis ſtipulandi. §. 1. melius tñ dicitur, ꝙ ille tex. loquitur de duob. reis ſtipulandi & debendi, & non de fideiuſſoribus. Nā duo rei debendi ipſo iure tenentur. ſ. quilibet pro parte ſua. Sed iſta epiſtola ho-
3 die locum habet in fideiuſſoribus, ut hic. ¶Notandum† tertio, ꝙ licet fideiuſſores plures expreſſe obligant ſe, ꝙ quilibet teneatur inſolidum, tñ adhuc habent beneficium diuiſionis, non ex epiſtola diui Adriani, ſed ex Auth. hoc ita. C.

de

de duob. reis ſtipul. & pro. niſi renunciauerit. Notandum
4 † finaliter, quòd iſta exceptio nō propriè eſt peremptoria, quia non perimit totam actionem, nec propriam eſt dilatoria, quæ debet opponi ante litem conteſtatam. ut C. de proba. l. exceptionem, ſed poteſt dici anomala, ut hic in gl. nec eſt fauorabilis, ſicut Velleia. ut ff. de cond. indeb. l. qui exceptionem & ideò, ſolutū per illam exceptionem non repetitur, ſicut in Velleia ut in l. repetitio. ff. de cōd. indeb. ¶ Op-
5 ponitur † & videtur, quod qn̄ ſunt plures fideiuſſores, non habeant beneficium diuiſionis, per l. ſi. ff. rem pupilli ſaluā fore. Solu. Regulariter habent beneficium diuiſionis, fallit tamen in quibuſdam caſibus. Primo, in fideiuſſoribus tutorum, & hoc fauore pupilli, ut in l. in op. alleg. quamuis tutores habeant diuiſionem, quia illi æquè principaliter ſunt obligati, & ſimul. Secundo, fallit in fideiuſſoribus fideiuſſorum, ut in l. ſi plures. §. ſi ff. eo. Tertio, fallit, qn̄ unus non eſt ſoluendo tempore litis conteſtatæ, ut hic. Quarto qn̄ ſunt plures fideiuſſores pro una ſumma, tn̄ reſpectu diuerſorum creditorum, vt l. ſi a Titio ff. eo. Quinto ſi fideiuſſor negat ſe fideiuſſorē, ut ff. e. l. ſi dubitetur. §. ita. & ſic propter mendacium perdit beneficium quo alias uti poſſet. Idem eſt in ſocio, quia propter mendaciū compellitur facere ultra id, qđ pōt, ꝙ alias non fieret, ut l. ſi unus. ff. pro ſocio. Sexto fallit ſi fideiuſſor renūtiauit beneficio epiſtolæ diui Adriani, ut in gl. in Auth. hoc ita. C. de duo. reis ſtip. ¶ Opp. finaliter & vr̄, ꝙ qn̄ unus fideiuſſor non eſt ſoluēdo, alij per hoc nō onerant̄, ut hic dr̄, p l. 2. §. ſi quis. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Solu. Illa l. legitur alio caſu, videlicet quando merces proiciuntur in mare propter tempeſtatem, ut nauis alleuietur, & dicitur ibi, ꝙ paupertas uectorum, qui tenētur ad dānum iſtarum merciū, ſi eſſent ſoluendo, non onerat magiſtrum nauis ſolum, ſed etiam hoc redundat in alios. Et ratio eſt, quia magiſter nauis non tenetur in ſolidum. Et ita non eſt ſimile de fideiuſſoribus, quorum quilibet tenetur in ſolidū.

§. Fideiuſſores.

Obligatio fideiuſſoria, non poteſt eſſe durior, quam principalis.

Et

Et qualiter ita Limita nu 4.

2 *Vtile an vitiatur per inutile in inſeparabilibus.*

3 *Plus quid quadrupliciter dicitur*

Fideiuſſor pōt in plus obligari quā principalis reus obli
1 gatus eſt, ſed bene in minus h. d. ¶ Notandum† primo, quòd obligatio fideiuſſoria non poteſt eſſe durior, quam obligatio principalis, ut hic dicitur, & concor. l. græce. §. illud. ff. eo. & ratio eſt, quia obligatio fideiuſſoria eſt acceſſoria, in qua non poteſt plus eſſe, quam in obligatione principali.
2 ¶ Notandum† ſecundò, ꝙ quando plus eſt in obligatione fideiuſſoria, quam in principali, tunc obligatio fideiuſſoria eſt penitus, nec ualet in eo quo eſt in principali obligatione, q̄a utile per inutile uitiatur in inſeparabilibus, ut l. pecuniæ funebres. ff. de uſu l. x. n. dedit hanc formam obligationi fideiuſſoriæ, ut ſit in tantumdem, uel minus, & nullo modo in plus forma eſt indiuiſibilis, ut no. per Bar. in l. græce.
3 §. illud ff. eo. ¶ Notandum† finaliter, ꝙ plus, dr̄ quatuor modis. ſ. re, tēpore, cauſa, & qualitate, ut inf. de actio. §. plus autē ¶ Opponitur & vr̄, ꝙ plus poteſt eſſe in acceſſione, q̄ in principali, per §. ſi tamen ſupra de diuiſio. Solut. Quando
4 † dicitur hic, quòd non poteſt eſſe plus in acceſſione, quam in principali, hoc intelligitur in obligatione acceſſoria. §. āt. ſi tñ nō loquitur in obligatione, ſed in acceſſione vnius rei ad aliam. Sed tunc replicatur de l. non quemadmodum. ff. de iudi. quæ loquitur in obliga. Solut. Licet in illa l. fideiuſſor poteſt obligari ante principalem reum, ut ſcilicet obligatio fideiuſſoria præcedat principalē obligationē: ibi tamen non dicitur, quòd obligatur in plus fideiuſſor, quā reus principalis. Sed iterum replicatur de §. 1. ue. ſi. at nec illud ſup. eo Sol. in illo uerſi. dr̄, ꝙ obligatio fideiuſſoria bene eſt efficacior, quia naturalis & ciuilis, quam eſt principalis, quæ eſt naturalis tantum, non tamen eſt in plus.

§. Si quid autem.

1 *Fideiuſſor ſoluens, an aut quam actionem habeat contra eum, pro quo ſoluit*

2 *Fideiuſſor poteſt ſponte ſoluere pro reo ſi non faciat in fraudem.*

3 *Fide-*

3 *Fideiuſſor non poteſt debitum a reo petere, ante, quã ipſe ſoluerit, fallit nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9 & 10*

11 *Fideiuſſor poteſt regulariter repetere a reo, quod ſoluit pro eo. Fallit ſex caſibus*

12 *Fideiuſſio poteſt fieri ſub iiſdem verbis, quibus ſtipulatio*

Quod fideiuſſor, qui ſoluit pro reo repetit ab eo p actionẽ mandati, & poteſt fieri fideiuſſor per verba cuiuſcunque
1 idiomatis h. d. ¶ Not. † primo, ꝙ fideiuſſor ſoluens pro reo habet contra eum actionẽ mandati, ad repetendũ illud qđ ſoluit. Quod uerũ eſt, ſi fideiuſſit pro pñte, ſi autem pro abſente, & conſentiente, habet actionẽ negotiorum geſtorũ, ut l. ex mandato, § ſi fideiuſſor. ff. mandati. Creditor autem habet contra fideiuſſorem actionẽ ex ſtipulatu. ut l. blandi
2 tus. C. eo. ¶ Not. † ſecundo, ꝙ fideiuſſor poteſt ſponte ſoluere pro reo, ſi non faciat in fraudem, nec habet expectare ut cõpellatur a iudice, aut ſoluere in pñtiã iudicis, ut l. idem. §. fideiuſſores. ff. mandati. ſicut debitor pupilli habet ſoluere cũ decreto iudicis, ſi plenè vult liberari, ut ſup. in §. nunc
3 admonendi. de his quib alien. ad licet, dictũ eſt ¶ No. † tertio, ꝙ fideiuſſor non põt debitum a reo petere, ante quam ipſe ſoluerit, ut ff. de condictione indebiti. l. indebitũ. niſi in
4 aliquibus caſibus. Primo, † ſi hoc actũ ſit, ut ad tps obligeẽ, & ſi pricipalis tũc nõ ſoluat, fideiuſſor ab eo petere poſſit.
5 Secundo, † ſi fideiuſſor condemnatus ſit, ut ſoluat. † Tertio,
6 ſi principalis, poſt fideiuſſionem diſſipat bona ſua. Quarto,
7 ſi fideiuſſor † longo, tẽpore ſterit in fideiuſſione, ut l. ſi pro ea. C. mandati. & l Lucius. ff. mandati. Quod autem fuerit longum tẽpus, diſcernitur per arbitrium iudicis, iuxta qualitatem ſummæ, & conditionẽ perſonarum, ut in gl. in d. ſi
8 pro ea. Quinto, † ſi fideiuſſor obtulit, & conſignauit pecuniam ut l. qui mutuum. §. fideiuſſor. ff. mandati. Sexto, ſi ve
9 lit † fideiuſſor in longinquas partes pergere, uel ẽt principalis, vt vult Specu. in tit. de manda. §. ſpecialia. uerſ. quid ſi
10 fideiuſſor. Septimo, † ſi habeat inſtrumentum, quod ab aliquis appellatur guarantiſatum, quod habet paratam executionem, ſecundum formam ſtatuti aliquorum locorum, quales ſunt in multis locis literæ ſcabinales, ut no. per

Bar. in l. fideiuſſor pro uenditore. §. de euict. & qñ in iſtis caſibus fideiuſſor petit debitum a reo, tunc ipſe habet docere, quod reus eſt liberatus uel habet cauere, ſi conueniet quod defendet eum, ut l. ſi ex duobus. §. quotiens. ff. de in-
11 di. ſolui. ¶Not. † quarto, quòd fideiuſſor regulariter pôt a reo petere, ſi ſoluit pro eo in quibuſdam tñ caſib. fallit primo, ſi fideiuſſit eo inuito. Secundo, ſi habuit animum donādi. Tertio fideiuſſit in rem ſuam, ut l. ſi remunerandi §. ſi paſſus ff. mand. Quarto, ſi actum ſit, quòd non repeteret, ut ea l. Marcellus. Quinto, ſi mandatum non ſit obligatorium, ut inf. mandati. § illud. Sexto, ſi non oppoſuit exceptionem, q̄
12 debuit opponere, ut l. ſi fideiuſſor. ff. manda. ¶Not. † finaliter, quod ſub quibuſcunque verbis poteſt fieri ſtipulatio, ſub illis poteſt etiam fieri fideiuſſio, iuxta illud quod dictū eſt ſup. de uerb. obl. §. in hac re uer. vtrum.

§. In ſtipulationibus.

1 *Præſumitur pro ſcriptura, & priuata & publica.*

Summatur ſic: Quod ſcriptū eſt de obligatione fideiuſſoria, præſumitur ſolemniter actum. h. d. uſque ad fi. ti. ¶Notā
1 dum, † ꝙ præſumitur pro ſcriptura, ut ſupra de inuti. ſtip. §. ſi ſcriptum, & ff. de verb. oblig. l. ſciendum. Quod uerum eſt etiam de ſcriptura priuata, ut C. de nō nu. pecunia l. generaliter, & multo fortius de ſcriptura publica, ut C. de ꝓba. l. cum precibus, & in Auth. de fide inſtr. §. ſi uero moriatur. in prin. colla. 6. ¶Opponitur, & uidetur, quod non ſit ꝓſumendum ſolemniter actum, quod eſt ſcriptum, per l. quæcumque. §. fi. de pub. in rem act. Sol. Illa lex loquitur de ſolemnitate extrinſeca, hic autem loquitur de intrinſeca, qa ex quo dixit fideiubeo vel promitto, intelligitur interrogatio facta eſſe, quaſi pars promiſſionis, & ſi non ſit extrinſeca ſolennitas, cum ſit pars ſtipulationis.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBVS. Titulus XXII.

CОntinuatio ſatis nota eſt. Dictum eſt enim ſupra de oblig. quæ contrahuntur re, & verbis, conſequenter tractatur iam hic de literarum obligationibus.

§. Olim

§. Olim ſcriptura fiebat obligatio.

1 *Literarum obligatio unde ſurgat,& quando. Et cur ſic dicta n. 10.*
2 *Literarum obligatio ſolum habet locum in mutuo.*
3 *Literarum obligatio an fiat per verba de praſenti, vel de praterito aut futuro nihil refert.*
4 *Literarum obligatio poteſt proponi, etiam ante, quam actor petat.*
5 *Literarum obligatio ante biennium, eſt ciuilis tantum, poſt bienniũ ciuilis & naturalis Ratio nu 6.*
7 *Multum temporis intelliguntur quinq. anni, diu verò, intelliguntur decem anni.*
8 *Literarum obligatione tempus olim erat datum quinquẽnium, quod hodie eſt abbreuiatum.*
9 *Literarum obligatio, non habet locum, niſi in mutuo.*

Summa eſt hic: Literarũ obligatio q̃ olim fiebat certis nominibus, quæ hodie non ſunt in uſu, oriť, qñ quis ꝑ ſcripturã confitetur ſe debere illud, qđ non recepit. qui olim habuit exceptionẽ non numeratæ pecuniæ, uſq. ad quinquẽ-
1 niũ, hodie aũt uſq. ad bienniũ. h. d. ad fi. tit. ¶ Not. † primo, ꝙ literarũ obligatio ſurgit qñ quis confitetur ſe debere ſpe futuræ numerationis, ꝑ ſcripturã, quod nõdũ recepit, & iõ de ſubſtantia illius obligationis eſt ſcriptura, vt uocatur ꝑ Sali. in l. generaliter. C. de non num. pec. & pôt illud fieri ꝑ ſcripturam priuatã de manu ipſius debitoris, nec refert an ſcribat, habui vel recipi tale pecuniam, an ſcriba, fateor me recepiſſe, ut in gl. in l. ſi non ſinguli. C. ſi cer. pet. Pôt etiam fieri per ſcripturam priuatam alterius a debitore cum ſubſcriptione triũ teſtium, ut l. ſcripturas. C. qui potio. in pig. habean. q̃a talis ſcriptura priuata æquipollet publicæ ſcripturæ vel pôt fieri per publicam ſcripturam de manu alterius, C. de proba. l. inſtrumenta, & tunc ſunt hic duo ſpecialia. Vnum eſt, ꝙ licet generaliter præſumatur pro inſtrumẽto, ut C. de prob. l. cum precibus, hic tamen uſq; ad biennium præſumitur contra inſtr̃m, & hoc propter frequentiã confeſſionũ, quas faciunt homines, ut mutuo recipiant pecuniã. Aliud ſpeciale eſt, ꝙ qñcunque quis excipit contra inſtrumentum publicum, tunc ſibi incubit probatio, ut ff. de

excep. l. 1. ſed hic incumbit probatio ante biennium ei, qui
2 habet inſtrũm. ¶ Notandum † ſecundo, ꝙ iſta literarum obligatio, ſolum hẽt locum in mutuò. nã ſi aliquis in ſcriptura confiteatur ſe debere ſine cauſa, non præiudicat ſibi, ut ff. de proba. l. cum de indebito. & ſi ex alia cauſa, quam ex mutuo, non eſt literarum obligatio, nec in iſta obligatione requiritur ſtipulatio, ſi tamen interueniat ſtipulatio, idem eſt quò ad modum probandi, ut C. de non num. pec. l. ſi ex cautione. ſed non eſt idẽ, quo ad modum excipiendi, quia qñ non interuenit ſtipulatio, tunc datur exceptio nõ numeratæ pecuniæ: ſed qñ interuenit ſtipulatio, tunc datur exceptio in factum, & habet effectũ illius tit. ut C. de non num.
3 pecu. l. cũ ultra. ¶ Not. † tertio, ꝙ non refert an iſta obligatio fiat per verba de pñti, vel de præterito, aut de futuro, quia ſemper intelligitur futurum, ſi obligatio fiat ſpe futuræ numerationis. ſi aũt fiat ex alia cã, tunc uidendum eſt an illa cauſa ſit iuſta, an non, ut l. aduerſus. C. eo. nam non imponimus legẽ uerbis, ſed reb. C. commu. de leg. l. 2. & ſi iſta pecunia ſit numerata; tunc non eſt literarum obligatio qa tunc non literis, ſed re contracta eſt obligatio, ut ſup. quib.
4 modis re cõtrahitur obligatio. §. 1. ¶ Not. † quarto, quòd iſta exceptio põt proponi, ẽt ante, quam actos petat, ut C. eo. l. ſi quaſi. & debet proponi in ſcriptis, ut in Auth. de tẽpo. nõ
5 ſolu. pecuniæ ſuper dote. §. 1. ¶ Notandum † quinto, ꝙ iſta obligatio ante biennium, eſt ciuilis tantum: ſed poſt biennium, eſt ciuilis, & naturalis. Nec mirum, quia ſtipulatio, quæ eſt de iure ciuili, producit effectum ciuilem & naturalem. ſi tamen debitor poſt biennium vellet probare ſe pecuniam non recepiſſe, poſſet opponere iſtam exceptionem, ut
6 l. ſi ex cautione. C. de non num. pecu. Eſt † ergo differentia, quia ante biẽnium probatio incumbit creditori, ſed poſt biẽnium incumbit debitori, ſi velit excipere de non numerata pecunia. Et hoc eſt verum, ſi ante biennium ſit conteſtata exceptio, ut no. gl. in d. l. ſi ex cautione, uel ſi intra biẽnium per actionem perpetuetur iuriſdictio; quia tunc cre-
7 ditor nihilominus tenetur probare. ¶ Notandũ † ſexto circa. § multum, quòd qñ dr multum temporis, intelliguntur

quinque

quinque anni, ſed qñ dr̃ diu, intelliguntur 10. anni. ff. qui & à quibus manumit. non licet. l. ſi cũ fideicõmiſſaria. §. Ariſto.

8 ¶Notandũ † ſeptimo, ꝙ tẽps quinquennij eſt abbreuiatũ ne creditores defraudentur, quia debitores & naturaliter & ciuiliter in tam longo tempore poſſent iſtam exceptione opponere, & ita licita eſſet occaſio illiciti, quod eſſe non debet, ut in Auth. de eccleſiaſt. re immob. alie. in princ. col. 5.

9 ¶Not. † finaliter, ꝙ iſta obligatio literarum non habet locum, niſi in mutuo, ut l. generaliter. C. de non num. pecu. & ideo ſi quis confiteatur ſe debere ex emptione in literis, uel ex alio contractu, ille non habet exceptionẽ, ſed ſtatim obligatur. Et ſicut debitor in iſta obligatione habet exceptionẽ uſq; ad bienniũ: ſic creditor ſi ſcribat, fateor me recepiſſe debitũ, uel te non eſſe confeſſum mihi debere, uel aliũ ſoluiſſe, habet exceptionem uſq; ad 30. dies, ut l. in contractib. § ſuper cæteris. C. de non num. pec. niſi in ſex caſibus, quorum quinq. notantur in d. l. in cõtractib. § ſed quoniam. Primus eſt, ſi confiteatur creditor ſe recepiſſe depoſitum. Secundus eſt, ſi procurator fiſci confiteatur, ſe recepiſſe tributa. C. de apo pub. lib. 10. Tertius eſt ſi maritus poſt dotalia inſtrã confiteatur, ſe recepiſſe dotẽ, ut d. §. ſed qm. Quartus eſt, ſi fiſcus uendens rẽ confiteatur ſe recepiſſe pretiũ, ut l. 2. §. fi. C. de quadri. pſcrip. Quintus eſt, ſi mulier cõfiteatur ſe recepiſſe pretiũ pro fideiuſſione, ut l. antique. C. ad Velle. Sextus caſus, qñ creditor renunciauit huic exceptioni, ut in gl. in l. ſi ex cautione. C. de non num. pec. Dicit tñ Bar. in l. fi. C. eo. ꝙ huic exceptioni non põt quis renunciare, niſi interueniat iurm. quãuis Cynus teneat, ꝙ iuramentum nihil operetur, quia quæ facilitate inducitur ad renunciandum, eadem etiam ad iurandum, & ſic practica tenet, quod non poteſt renunciare, per d. l. ſi ex cautione. ¶Opponitur primo ſic, & uidetur, ꝙ iſta literarum obligatio poſſit fieri palliũ. et in priuata ſcriptura, ut l. fideiuſſor. §. 1. ff. de pign. Solu. Illa lex loquitur de priuata ſcriptura, quæ præiudicat ſcribenti, & ita etiam iſta obligatio poteſt fieri per priuatam ſcripturam ipſius debitoris, quia ſibi p̃iudicat.

10 ¶Opp. † ſecundo, & vr̃, quod nulla obligatio fiat per

literas, ſed per intellectū literarū vt l. non figura. C. de act. & obl. Sol. Verum eſt ꝙ iſta obligatio non fit literis tantū, ſed etiam intellectu literarum: & ideo dicitur fieri literis, quia non fit re, neque verbis, neque conſenſu tantum.

DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV. Titulus XXIII.

Continuatio iſtius tituli ſatis patet ex dictis ſupra de obliga. §. fin.

§. Conſenſu fiunt oblig.

1 *Obligationes naſcentes ex conſenſu poſſunt fieri inter abſentes, ſine ſcriptura, & ſine rei interuentu. Limit nu. 5.*

2 *Obligatio naſcens ex conſenſu, differt ab obligatione, quæ re cōtrahitur. Item, a literarum obligatione. Item a verb. obl. ibid nu. 3.*

4 *Obligationis ſubſtantia non perficitur ſolo conſenſu.*

1 Sūmatur hic: † Obligationes, q̄ ex cōſenſu naſcūtur, quales ſunt in venditione, locatione, mādato & ſocietate, pōt fieri inter abſentes & ſine ſcriptura, & ſine interuentu rei, & in iſtis obligationibus non ſolū debetur deductū in eis, ſed et

2 qđ ęquū, & bonū eſt. h. i. ¶ Not. † primo, ꝙ obligationes q̄ ex cōſenſu naſcitur, differt ad obligatione, q̄ re contrahitur: q̄a ibi neceſſario requiritur res ad ſubſtātia obligationis, vt in mutuo cōmodato, depoſito, pignore, ſed in iſta non. Differt et à literarū obligatione, quia ibi requiritur ſcriptura

3 & in iſta non. † Differt et a uerborū obligatione ſeu ſtipulatione dupliciter. Primo q̄a illa nō pōt fieri, niſi inter p̄ſentes, vt ſup. de inut. ſtip. §. ſtē verborū iſta aūt fieri pōt inter abſentes, & ſine verbis. & iō licet ſtipulatio non poſſit fieri per ſurdū aut mutū, vt ſup. de inut. ſtip. §. mutū. iſta tñ ſtipulatio, q̄ ex cōſenſu naſcitur, per eos fieri pōt. Scđo, quia in ſtipulatione ſolū venit, qđ in obligatione deducitur, ut l. quicquid aſtringēdæ. ff. de verb. obl. & iō eſt, quia ſtipulatio eſt ſtricti iuris, ſed in iſta obligatione non ſolū uenit deductū in obligatione: ſed et quicquid eſt bonum & æquū, ut ff. de actio. emp. & vend. l. Iulianus. §. ex uendito & ratio eſt, quia huiuſmodi cōtractus eſt bonæ fidei, ſed in omnib. iudi-

cijs bo-

Digitized by Google

cijs bonæ fidei, ſiue ex cõtractu, ſiue ex quaſi contractu naſcantur, venit quod eſt bonũ, & ęquũ, vt inf. actio. §. in bo-
4 næ fidei. ¶Notandũ † ſo, ꝙ licet in alijs obligationibus etiã requiratur conſenſus, tñ ſubſtantia obligationis non perficitur ſolo conſenſu, ſicut in illa obligatione, vt eſt in emptione, venditione, locatione &c de quibus infra. ¶Opponitur ſic contra hoc, quod dicit tex ꝙ in hic cõtractibus nõ eſt opus præſentia partium contrahentium, quia partes cõtrahentes debent conſentire, ſed cõſenſus dicitur ſimul ſenſus, inquantum idem ſentiunt contrahentes, vt § de act. & obl. l. in omnibus, ergo requiritur præſentia partium cõtra-
5 hentium Solu. Io. Fab. † Non eſt opus corporali præſentia contrahentium, vt bene ſentit tex. tamen debet aliquid interuenire, quod ſuppleat pręſentiam partiũ, vt epiſtola, vel nuntius, vt dicit tex. vel aliquis qui percipiat pro abſente, ff. de nego. geſt. l. ſi ego vnde ſi in præſentia teſtium aliquis diceret, dono, vel vendo tali, & non ſignificaret ei per epiſtolam, vel nuntium. nec eſſet qui noĩe abſentis reciperet, non obligat, ut not. Dy. in l. abſenti ff. de dona. & ſi quis mãdaret Titio, & Sempronius audiens referrat, iterum nõ eſt obligatio, quia non fuit Sẽpronio mandatũ, vt hic per Io. de Pla. poteſt ẽt contrahens, poſtq̃ nuntium vel epiſtolam miſit, antequã alius cõtractum ratificauerit, pęnitere, quia nuntius, vel litera nõ contrahit, ſed conſenſus dñi, qui ante contractum defecit, quia pænituit, ideò contractus nullus eſt tex. in cap. ſi. de procu. in 6. & l. ſi pater. ff. de manumiſ. vind. Ex quo enim non eſt ius quæſitum aduerſario. poteſt venditorem pænitere, tenetur tñ ad damnum, & intereſſe, ſi quod eſſet gl. tamen in l. 1. in fi. de contrahen. emp. tenet, quòd obligatio tenet, ſed communiter Doct. quòd non.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE. Titulus XXIIII.

Continuatur ſic; Quia inter obligationes, quæ ex conſenſu naſcuntur, prncipaliores, & communiores ſunt emptio & venditio, idcirco hic de eis proſequitur, & ideo iſte titulus rubricatur; de emptione & venditione.

§. Emptio.

1 *Emptionis, & venditionis perfectio triplex.*
2 *Emptio & venditio, quando dicantur fieri in ſcriptis.*
3 *Subſcriptio debet fieri ab vtroque contrahentium.*
4 *Res ſi tradatur ante ſubſcriptionem vtriuſque contrahentium, idq; ignoranter non transfertur eo dominium.*
5 *Arrhas datas perdit emptor, ſi recedat a contractu.*
6 *Arrhæ ſi dentur loco pagamenti, ideſt arrharum, & in pretij defalcationem nullo modo licet ab emptione diſcedere.*
7 *Arrha data in contractibus duo operantur.*

Emptio, & venditio ſine ſcriptis pficiũtur ex cõuẽtione ptij, & non ex numeratione ptij, neq; ex arrharũ datione: ſed in ſcriptũ pficiuntur per inſtrm ſcriptũ p manũ cõtrahentiũ, vel p manũ alterius ſcriptũ, ſed p contrahẽtes ſubſignatũ, vel p tabellionẽ ſcriptũ, & a contrahentibus approbatũ, & ante pfectionẽ iſtius ſcripturæ pñt contrahentes pænitere, & ſine pæna a contractu reſilire. i. recedere, niſi aliquid datũ ſit noie arrharũ, quia tunc emptor pœnitens pdit arrhas quas dedit, & venditor pœnitens reſtituit du-
1 plũ eius, qđ recepit. h. d. ¶ Not. † primo, q̄ emptio & venditio dñr eſſe perfectæ, tripliciter. Vno mõ ita q̄ contrahentes non pñt a contractu recedere, vt C. de actio. & oblig. l. ſicut. qđ verum eſt, licet emptio ſi conditionalis, vt ff. de cõtrah. emp. l. hæc venditio. & vocatur iſta perfectio indiſſolubilis. Secunda perfectio eſt, qua res empta ſtat ſub periculo emptoris, vt qñ emptio facta eſt purè, vt ff. de peri. & cõmo. rei emp. & vend. l. neceſſariò. & iſta vocatur pfectio obligatiua. Tertia eſt, qñ dñium rei transfert in emptorẽ, quod fit per traditionem, vt ff. de act. emp. & vend. l. ſi quis alienã. & iſta vocatur perfectio executorialis. ¶ No.
2 † ſecundo. q̄ emptio, & venditio dicuntur fieri in ſcriptis, qñ hoc actum eſt a cõtrahentibus, vt fiat ſcriptura, & aliter non valet ſecundum aliquos vel qñ in princ. dictum eſt, q̄ fiat ſcriptura, quamuis etiam non dicatur, quod aliter non ualeat ſecundum Placen. ut in l. contractus. C. de fide inſtr. & hoc ſecundum placet glo. hic. & non dicitur emptio, uel

uenditio

uenditio perfecta,niſi ſcriptura ſit cõpleta, & a contrahẽti bus approbata, loquendo et de prima perfectione,ut in d. l.cõtractus.& ſi contractu ſimpliciter fiat,& poſtea ad eius probationem conficiatur ſcriptura,non dicit propterea fieri in ſcriptis,ut l.cõtrahitur.ff.de pign. & hoc mõ dicendũ eſt,q̃docunque lex dicit in ſcriptis fieri aliquẽ cõtractũm, uel diſtracrum ut C.de teſt.l. teſtium. & in Auth.de teſt.§.
3 & licet.colla. 7.¶Not.† tertio,quòd ſubſcriptio dẽt fieri ab utroq; contrahentiũ,& patet hic.quòd paria ſunt,propria manu ſc ibere,uel ſubſcribere, ut in Auth. de fide inſt.§. r. quod uerum eſt,niſi ſcribens errauerit,ut ff.quib.mod.pig. uel hypo.ſol l.ſicut.§.non vr. vel ſubſcribat tãquam teſtis,
4 ut l.Caius ff.de pign.act.¶Not. † quarto,quod ſi res tradatur ante ſubſcriptionem ignoranter,nõ transfertur dñium, ut C.de ſuffr.l.unica. §. ꝙ ſi prædia.ſed ſi tradatur ſcienter, trãsfertur,dñium,ut C ſi quis ſibi vel alte.l.multũ intereſt.
5 ¶Not.† quinto,quod qñ datæ ſunt arrhæ, tũc ſi emptor recedat a contractu,perdit arrhas,ſi uenditor recedit a cõtra ctu,reſtituit duplũ ut hic dr,& hoc petitur per actionẽ exẽ pto.ſi emptio ſit perfecta.Si aũt non ſit perfecta,tunc petit ex iſta lege,uel ex illa l.contractus.C.de fide inſtru.uel per off.iud.ut l.2 C. de reſcind. vend. & qñ uenditor reſtituit duplũ,tunc nõ tenetur ad intereſſe,quia emptor recipiẽdo duplum ſibi præiudicat ſicut ille,cui competunt duæ actiones,eligendo unã rece lit ab alia, ut ff de trib.actio.l.quod in hęre dě.§.eligere,Etiã hoc vident contrahentes agere,ut iſto modo ſint cõtenti,ut ff.ſi cer pet.l.cum quid. quamuis Bal.dixerit uenditorẽ teneri etiã ad intereſſe.¶Notandum
6 † ſexto,ꝙ ſi arraha detur loco ſolutionis.i.loco arrharum, & in detalcationem pretij tunc nullo mõ licet ab emptione recedere,ut ff.de pactis.l.in omnib Et in dubio præſumi tur illud,quod noie arrharum datur, utroq; mõ datum eſſe .ſ.pro arrhis & pro ſolutione,ut in gl.in l.2.C quãdo licet
7 ab emp.recedere.¶Notandum† ſeptimo,quòd arrhæ datæ in contractibus duo operantur. Vnum eſt,ut arrhæ debeãt duplicari uenditore pœnitente. Secundum eſt,ut emptio maneat firma,& agatur ad intereſſe,in emptore pænitente

operan-

Digitized by Google

operãtur, vt perdat arrhas, vt ſup. in §. notab. ¶Opponitur ſic, & vr, ꝙ recedentes ab emptione, non debeant puniri in arrhis, qa per miſſio legis nõ debet eſſe pęnalis, ut in Aut. conſt. quæ de dig. §. illud, ſed à lege pmittitur ab emptione recedere, ergo &c. Sol. Permiſſio legis non debet puniri, ab homine, ſed bene poteſt imponi pęna à lege, & ita eſt hic.

§. Pretium autem conſtitui oportet.

1 *Emptio & venditio non poſſunt fieri ſine re & pretio.*

2 *Pretium commiſſum arbitrio alterius, quando dicatur iniquè diffiniri, & num. 3.*

4 *Pretiũ in emptione, & uenditione, non poteſt committi innominato.*

5 *Pretio poſtquã diffiniuit arbitrator tũc emptor tenetur uẽditori pretiũ ſoluere & eius facere. Itẽ uenditor rẽ tradere emptori nũ. 6.*

Summatur ſic: In emptione & venditione debet conſtitui certum pretium, quod ẽt committi põt in alterius arbitrium, qui ſi pretium determinat, tenet contractus; ſi non nullus eſt cõtractus, & idẽ eſt in locationibus, & cõductio-
1 nibus. h. d. ¶Not. † primo, ꝙ ſine re & pretio non põt fieri emptio & venditio, vt hic, & l. ſi C. de contrah. emp. Quod quidẽ pretiũ conſiſtit in nu. pec. vt infra eo §. proximo. ꝙ põt cõmitti ꝑtiũ in arbitriũ alterius, à quo nõ eſt recedẽdũ ẽt ſi iniquè diffinierit, vt notatur in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. olig. Quod eſt verum, qñ committitur in arbitrium alterius, quod eſt de ſubſtãtia cõtractus. Secus ſi de aliquo accidenti ipſi contractui cõmitteretur in arbitrũ alterius: qa tũc poſſet recurri ad arbitrium boni viri, & qñ cõmittitur aliquod accidentale cõtractus tunc põt cõmitti in arbitrium alterius contrahentium, vt ſic dicendo: Si ille liber placeat tibi, poſt octo dies ſit venditus, vt l. hæc venditio. ff.
2 de contrahen. emp. & dicitur † pretium inique diffiniti, qñ diffinitur inf. medietatẽ iuſti pretij, vt C. de reſcind. emp. l. ſi uoluntate uel hoc committitur arbitrio iudicis, ut ff. de in interg. reſti. l. ſcio, quia poteſt eſſe iniqua diffinitio. licet non ſit ſub medietate iuſti pretij, ſed minor, quãdo nõ eſt minima. nã plus licet ipſis dñis qui poſſunt ſe inuicẽ decipere uſque ad medietatem iuſti pretij, ut in cap. cum dilecti

extra

Digitized by Google

extra de emp. & vend. q ipſi arbitratori, vel ſm Bar. in l. ſo-
3 cietatem. in §. arbitrorũ. ff. pro ſocio. pretiũ † dr inique dif-
finiri, & qñ diffinitur ſub ſexta parte cõis ęſtimationis, & ſi
arbitrator nõ põt, vel nõ vult diffinire, tũc cõtractus eſt nul
lus. ſecus aũt in legato ſic relicto, ꝙ propterea nõ eſt nul
4 lũ, vt C. cõmu. de leg. l. ſi duob. §. ſi quis. ¶ Not. † ſcdo, quòd
pretium non põt cõmitti innominato, ſic et in locato. ut ff.
loca. l. ſi merces. Fallit tñ hoc in vno caſu. ff. de pigno l. ſi
fundus. §. fi. l. in pignore cõmittendo creditori facta æſti-
matione a perſona incerta, quòd hoc admittitur fauore de
bitoris, ut creditor eò facilius tradat ſibi pecuniam. ¶ Not.
5 † tertio, ꝙ poſtq̃ arbitrator diffiniuit pretium, tunc emptor
tenetur veditori pretiũ ſoluere, ꝙ eius facere, ut ff. de act.
emp. l. exẽpto. & ſi fuerit in mora ueniũt uſuræ, ut ff de act.
6 emp. l. Iulianus. §. ex venditio. ¶ Not. † finaliter, ꝙ poſtq̃ ar-
bitrator diffiniuit pretiũ, tenetur uẽditor rẽ tradere empto
ri, ſed non tenetur eam facere emptoris, ſed cauere de eui-
ctione, vt ff. de act. emp. l. ex empto. & l. ſi hæres. § ſi tibi. Et
hoc eſt verũ, ſi venditor habeat rẽ, ut l. qui reſtituere. ff. de
1 per quas perſo.nobis.&c Circa† quam rubricam notandū, quòd iſte tit.differt ad illo ſupra, per quas perſo.nobis acquiritur,quia in iſto tractatur, qualiter per alios acquiruntur nobis, res, hic autem qualiter nobis acquiruntur per alias obligationes Nam ſicut appellatione factorum, non intelliguntur res,ſic nec appellatione rerum,intelliguntur
2 obligationes,& actiones.† Differt etiā ab illo titulo ſupra, de ſtipulat.ſeruorum, quia ibi tractatur,qualiter nobis per alios acquiruntur obligationes ex ſtipulatione tātum hic, autem de omni obligatione.

§.Expoſitis.

1 *Obligationes acquiri domino per ſeruum qualiter intelligatur.*
2 *Obligationes acquiſita per liberos,exiſtens in poteſtate patris, acquiruntur patri.Limit.*

3 Homo

Digitized by Google

3 *Homo liber aliquando poſſidetur bona fide, aliquando mala.*
4 *Seruus ſi acquirat obligationem ſimpliciter, vel ſub nominib. appellatiuis, qualiter illa acquiritur dominis*

Summatur ſic: Obligationes acquiſitę per ſeruos acquiruntur dño, quo ad totum. Acquiſitæ uero per liberos exiſtentes in ptãte patris, acquiruntur patri, quo ad uſumfructum: manente proprietate apud liberos. Ex qua tñ proprietate pater etiam habet actionẽ, tunc ibi, item per liberos. Et obligationes acquiſitæ per liberos homines uel alienos ſeruos bona fide poſſeſſos, vel per ſeruũ, uſufructuariũ ex operibus eorum aut ex re poſſeſſoris acquiruntur ipſi poſſeſſori. Et obligationes acquiſitæ per ſeruum cõem, acquiruntur dñis pro dñica portione, niſi ſeruꝰ nominatim uni vel iuſſu unius obligationes acquirat, quia ſic tm̃ illi acquiruntur.

1 h.d. ¶Not.† primo, quòd qñ hic dicitur, quod obligationes per ſeruũ acquiruntur domino, debet intelligi, ſi dominus eum poſſideat. Nam ſi alius poſſideat eum bona fide, habet locum. §. ſequens, ſcilicet, item per liberos. ¶Notandum
2 †ſecundo, quòd obligationes acquiſitæ per liberos, exiſtentes in poteſtate patris, acquiruntur patri, prout hic dicitur, hoc eſt uerum in aduentitijs. Nam in profectitijs acquiruntur patri pleno iure. In caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus pater nihil habet. Et de iſto latius dictum eſt ſupra, per
3 quas perſonas nobis acquiritur. §. 1. ¶Notandum† tertio circa. § item per liberos. ꝙ liber homo aliquando poſſidetur bona fide, ut ſi poſſeſſor credat eum eſſe ſeruum, & ſuum, aliquando mala fide, vt ſi credat eum eſſe ſeruum, ſed ſcit eum non eſſe ſuum, ut ff. de acqu. poſſeſſ. l. 1. § ſed per eum. Si autem ſcit eum non eſſe ſeruum, tunc nullo modo poſſidetur, ſed detinetur, ut ff. de acqui. poſ. l quod vniuerſas. §.
4 1. ¶Notandum† finaliter circa §. cõmunẽ, ꝙ ſi ſeruum communis acquirat obligationem ſimpliciter uel ſub nominibus appellatiuis, tunc illa acquiritur dominis pro dominicis portionibus: ut hic dicitur. Sed ſi ſub nominib. proprijs, tunc obligatio acquiritur dominis pro uirilibus portionibus, ut ff. de ſtipu. ſeruorum l. ſi ſeruus communis, & latius dictum eſt de iſto ſupra, de ſtipul. ſeruorum. §. 2.

Digitized by Google

QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO. Titulus XXX.

CONtinuatur ſic: Dictum eſt ſup. qualiter obligationes naſcunt, ſed quia nihil eſt tam forte, quin rumpi & diſſolui poſſit, ut in Auth. de nup. § deinceps. col. 4. & l. nihil. ff. de reg. iu. idcirco tractatur hic, quib. mod. tollitur oblig.

§. Tollitur.

1 *Obligatio omnis, qualiter tollatur, variè.*
2 *Soluere pro debitore ignorante poteſt alius ſeu etiam inuito. Non tamen poteſt alteri ſolui quam creditori.*
3 *Debitor an poſſit ſoluere creditori creditoris. diſting.*
4 *Solutio vna poteſt parere duas liberationes.*
5 *Acceptilatio quid. Et qualiter fiat, eiuſque vſus.*
6 *Solutio an poſſit fieri pro parte.*
7 *Stipulatio Aquiliana quorſum introducta*
8 *Actio, dicitur reſpectu perſonę, petitio, reſpectu rei, perſecutio, reſpectu vtriuſque.*
9 *Nouatione obligationis interueniente, tollitur prima obligatio.*
10 *Nouatio fiebat olim per interuentum noua perſona vel per adiectionem alicuius qualitatis vel obligationis Et qualiter hodie fiat.*
11 *Obligationes qua nam tollantur per diſſenſum.*
12 *Res quando dicatur non integra, in emptione & venditione.*
13 *Obligatio, vndecim potiſſimum modis tollitur. quos colligi. ordine. ibid. & nu. 15.*
14 *Oblatio ſola, ante litem conteſt tollit obligationem. (econtra.*
16 *Obligatio ciuilis interdum tollitur, et remanet naturalis. Interdum*

1 Summat̃ ſic. Oĩs obligõ̃ tollĩt ſolutione illius rei, q̃ debetur, vel ẽt alterius rei, volente creditore. Et põt alius pro alio ſiue ſciẽte, ſiue ignorãte, uel ẽt inuito ſoluere tunc ibi, itẽ ſi reus. Et ſi reus ſoluat, tollĩt obligatio oĩum, q pro eo interuenerunt, & econtra, ſ. ſoluente fideiuſſore tollĩt obligatio rei principalis. tũc ibi, itẽ per acceptilationẽ. Et p acceptilationẽ tollĩt ſolũ obligõ, nata ex ſtipulatione. Et iõ inuenta eſt ſtipulatio Aquiliana, per quam renouantur oẽs obligationes, & reducuntur ad ſtipulationẽ, & tunc pñt tolli per acceptilationẽ, tunc ibi, pterea. Etiã tollitur obligatio per

per nouationē. Et olim fiebat nouatio per interuentū nouę ꝑſonę, uel per adiectionē, uel detractionē fideiuſſoris diei, vel cōditionis, ita tñ, vt nō diceret nouatio facta, donec dies aut cōditio exiſteret, nec hodie nō fit nouatio, niſi per contrahentes exprimatur, ꝙ volunt priorē obligationē reuocare. tunc ibi, hoc amplius. Et obligationes quę ex conſenſu naſcuntur, tolluntur per diſſenſum, ſeu contrariā volontatē
2 contrahentiū. h. d. & patet in tel. tex. ¶Not. † primo, ꝙ alius pōt ſoluere pro debitore ignorante, ſeu inuito, & concor. l. ſoluēdo. ff. de neg. geſt. Non tñ pōt alteri ſolui, q̃ creditori, ut ff de noua. l. ſi Stichū. §. fi. niſi ille alter habeat mandatū à creditore, aut creditor ſit hęres illius, ut ff. de ſolut. l. ſolu
3 tā. † An āt debitor poſſit ſoluere creditori creditoris, diſtinguendū eſt, quia aut hoc fit inuito creditore, & non liberatᷓ debitor. C. de neg. geſt. l. fi. Aut ignorāte creditore, & tunc nō liberatᷓ debitor ipſo iure, ſed ope exceptionis, ut l. ſi opera. ff. de doli excep. Niſi eſſent creditores ex eadē cā, uel niſi debitor obligaſſet bona ſua creditori creditoris, q̄a ſic ſol-
4 uendo ſibi, ipſo iure liberatᷓ, ut in d. l. ſolutā. ¶Not. † ſcđo ꝓ §. itē ſi reus, ꝙ ex iſto tex. patet qualiter una ſolutio pōt parere duas liberationes, qñ tñ fideiuſſor ſoluit, tunc aut ſoluit noīe rei principalis, & liberatur reus ipſo iure. ut l. ſoluendo. ff. de neg. geſt. Et creditor non cedit fideiuſſori actione, q̄a extincta eſt, niſi hic ante ſolutionē, uel incontinenti poſtq̃ fuerit actū, ut l. cū is. ff. de fideiuſſ. ſed fideiuſſor tunc agit actione mādati, ad petendum id, qđ ſoluit ab ipſo reo. Aut fideiuſſor ſoluit noīe ſuo, & tunc reus principalis non liberatur ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt ff. manda. l. ſi q̄s. Et tunc creditor cedit fideiuſſori actionem, ut l. Modeſtinus. ff. de ſolu. & l. fideiuſſorib. ff de fideiuſſ. cū l. ſeq. Et in dubio præſumitᷓ fideiuſſore noīe ſuo ſoluiſſe l. Papinianus,
5 ff. mand. ¶Not. † tertio, pro §. itē ꝑ acceptilationē, ꝙ acceptilatio, eſt imaginaria ſolutio, & differt a uera ſolutione, q̄a uera ſolutio fit mediante re, ſed acceptilatio fit ꝑ uerba, ut ff de acceptil a. l. ſi acceptilatum. §. inter. Et licet acceptilatio fit inutilis iure acceptilationis, eſt tñ utilis iure pacti ſecundum Mar. quanuis Bul. dicat contrarium. Quorū opi-

niones pñt ſic concordari, quia aut acceptilatio eſt inutilis rõne rei, quia fit de re, quę non eſt deducta in ſtipulationẽ, & tũc valet iure pacti, vt dicit Mar. aut eſt inutilis rõne formæ, vt. ſ. quia fit inter abſentes, uel non dñr uerba apta acceptilationi, & tunc nullo mõ ualet. ut dicit Bul. & ita no.
6 ff. d pact. l. ſi unus, §. acceptilatio. ¶Notandum † quarto, ꝙ ad ſciendum, an ſolutio poſſit fieri pro parte, ſic põt diſtingui. Quia aut hoc fit volente creditore, & tũc nõ eſt dubiũ. Aut inuito creditore, & tunc ſi debitor confitetur totum debitum, non põt fieri ſolutio per parte, vt ff. de vſuris l tutor. §. Lucius. Aut debitor nõ confitetur totũ debitũ, & tũc pars cõfeſſata põt ſolui creditore inuito vt minuãtur lites. ff. ſi cer. per. l. quidam exiſtimauerũt. & no ibi in gl. dicunt tñ hic. Doct. cõiter, ꝙ ex ęquitate creditor tenetur partẽ ſolutionis capere, ꝙuis ſolutio ꝓ parte habeat multa incom
7 moda, vt l. plane. ff. fam. ercil. ¶Not. † quinto, ꝙ ſtipulatio Aquiliana inuenta eſt, vt oẽs obligationes reducẽtur ad ſtipulationẽ & renouetur; & ita iure illo nouatio fieri poteſt, ꝙuis per cõtrahentes hoc nõ ſit expreſſum, quod hodie nõ fit, vt dñr in ſeq. §. pꝛterea. Et põt ẽt actio realis ad ſtipulationẽ reduci, ſed tunc loco rei ponẽda eſt æſtimatio eius, quia nemo rem ſuã ſtipulari põt, vt ſup. de inut. ſtip. §. 2. nota. 5.
8 ¶Not. † ſexto, ꝙ actio dñr reſpectu perſonæ, & petitio reſpectu rei, & perſecutio reſpectu vtriuſq; vt ff. de act. & obli.
9 l. actio in perſonã. ¶Not. † ſeptimo pro §. pꝛterea, ꝙ qñ fit nouatio obligationis, tũc tollitur prima obligatio, quãuis ẽt ſecunda ſit inutilis, nec habet creditor regreſſum ad primũ debitorẽ, niſi ſecundus eliſerit obligationẽ per reſtitutionẽ in integrũ. Nã tunc haberet regreſſum ad primũ, ꝗd verũ eſt, niſi ſecundus dolo inductus ſit ad obligandum ſe ꝓ primo, vt notatur per Bar. in l. 1. ff. de nouat o. Ratio aũt quare prima obligatio tollatur, qñ fit nouatio cum pupillo ſine authoritatẽ tutoris, & non qñ fit cum ſeruo eſt, quia pupillus põt naturaliter obligari, quamuis non ciuiliter ſine authoritãte tutoris, & cum authoritata tutoris obligari poteſt ciuiliter & naturaliter, ſeruus aũt nullo modo põt obli
10 gari. ¶Notandũ † octauo, ꝙ nouatio olim fiebat per interuentum

uentū nouæ perſonæ,uel per adiectionē alicuius qualitatis vel obligationis,ſed hodie nō fit, niſi per cōtrahētes expri matur,ꝙ volunt primā obligationē renouare, ut C. de noua.l.fi.Si tñ hodie primus contractus non ſtaret cum ſecundo,& appareret de intentione contrahentium,ꝙ uoluerūt renouare obligationē,q̃uis non expreſſerint,licet nouatio nō ualeat iure actionis, ualet tñ ad excipiendum ut d.l.fin. C.de noua.fa.l.pen.ff. de præt.ſtip. & no in l.2.ff. de noua.

11 ¶Notandum† nono,pro §.hoc amplius,ꝙ iſte tex.loquitur ſolo de obligationibus q̃ ex conſenſu naſcuntur,de quibus dictū eſt in illo titulo. Nam in omni obligatione eſt conſenſus,ſed non ſolum.Pōt tñ intelligi,qđ hic dicitur ēt de quibuſdā alijs obligationibus,videlicet q̃ naſcuntur ex maleficio.Nā obligationes iniuriarū, & ſimiles poſſunt tolli per diſſenſum,vt ff.de pact.l.ſi tibi decē. §. q̃dā actiones.& ibi per Bar. Et p̄t ēt per diſſenſum remitti pœna debita parti, nō aūt pœna debita reipublicæ,vt ff.de pact.l.ſi vnus.§.pa

12 ctus.¶Not.† decimo,ꝙ res nō eſt integra in empt.& vend. qñ ſolutum eſt pretiū aut pars pretij, aut res eſt tradita,ut hic dr̄.Et ideo tunc nō p̄t diſſolui obligatio ꝑ ſolā uoluntatē,ſed requiritur retro traditio, ut C. quādo licet ab empt.

13 diſce.l.1.& l.ab emptione.ff.de pact.¶Notandum † finaliter,ex vlt.gl.quòd colligūtur vndecim modi, quib. tollitur obligatio. Primo, ſolutione, ut ſup. eo primo.§.Secundo, acceptilatione,ſuprà.e.§.item per acceptilationem.Tertio nouatione uoluntaria. Quarto,nouatione neceſſaria.Et fit nouatio uoluntaria per ſtipulationem, ſed neceſſaria fit ꝑ litis conteſt.uel per ſententiā,ut ſi aliquis ſubeat pro me iudiciū ad me liberandū ut ff.de noua.l.aliā. Quinto,cōpenſatione,ut infra de actio.§.pen.Sexto,delegatione, ut ff.de noua.l delegare. Septimo, confuſione debiti, ut ſi debitor fiat hæres creditoris l.ſi debitori.ff. de fideiuſ. Octauo,per, oblationē,conſignationem & depoſitionem,ut C.de ſol.l.

14 ob cōſignationē.Et ante†litem conteſtatā ſufficit ſola oblatio ad tollendā obligationē,ut l.ſed & ſi alia.ff.de cōſt.pec. Niſi creditor eſſet abſens.quia tunc etiā requiritur cōſignatio & depoſitio,ut in l. ſtatu liberos.§. Stichus annus ff. de

ſtatu libe. Poſt litē aūt conteſta. req̃runt iſta tria. ſ. oblatio, conſignatio, & depoſitio, & ꝙ fiant congruo loco & tp̃e vt
15 in d. l. ob conſignationē. C. de ſolu. Nono tollit †obligatio interitu ſpeciei, vt ff. de ver. obl. l. ſi ex legati cā. Decimo, ꝑ maleficiū, vt ſi q̃s propria authoritate capiat rem aliquā, q̃ alius poſſidet, vt C. vnde ui. l. ſi q̃s in tantā. Vndecimo diſ-
16 ſenſu, ut dr̃ in iſto. §. Et tollitur interdū ciuilis † obligatio, & remanet naturalis, ut ꝑ ſnīam, ut ff. de cond. ind. l. Iulianus. Et interdū tollitur naturalis, & remanet ciuilis, ut per redditionē chirograhi aut inſtrumenti, in quo cōtinetͬ debitum, aut ꝑ iuſiurandū, ut ff. de ſolu. l. Stichū. §. naturalis. dicit aūt Bar. in l. itē q̃a. ff. de pact. ꝙ ꝑ redditionē chirographi aut inſtrumēti cōtinentis debitū, tollit oblıgō Et ideo ēt ſi apud debitorē reperiatur inſtr̃m cancellatū, p̃ſumitur obligatio extincta, ſi probet, ꝙ hoc inſtr̃m ſit apud debitorē uoluntate creditoris, vt l. Labeo. & ibi ꝑ Bar. ff. de pac. ¶ Opponitur primo, & vr, ꝙ ꝑſolutionē non ſemꝑ tollitur obligatio, ꝑ l. q̃ hoīem. §. fi. de ſolu. Solu Ibi ſolutum fuit debitum, & ideo licet ſoluēs liberaretur ab obligatione, tñ cauſabatur obligatio in reccipiente. ¶ Sed replicatur de §. ſi nō tacuerit. i. reſpon. in Auth. ut hi. qui perhibent ſe res habere Solu. Ibi tutor fuit debitor pupilli, & tacuit illud debitū, qñ aſſumpſit tutelam. Et ideo ſi durante adminiſtratione ſoluerit, nō liberatur fauore pupilli, ut ī Auth. minoris debitor. C. q̃ tutores dare poſſunt. Iterū replicatͬ de l. ſi rē meā. ff. de ſolu. Solu. Ibi res nō fuit ſoluta, ſicut fuit debita. Nā in ea fuit alienū ius cōſtitutum. ¶ Iterum replicatur de l. Iulianus. §. qui fundū. ff. de uerb. obl. Solu. Ibi ſoluens nō liberatur, quia tenebatur cauere de euictione, quod non fecit. ¶ Iterum replicatur de l. 3. §. ſi uendita. ff. commoda. Solu. Ibi non liberatur ſoluens, quia res, quam ſoluit, fuit de-
17 teriorata. ¶ Opponitur finaliter, † & uidetur, quod alius nō poſſit pro debitore ſoluere eo inuito. quia beneficium non redditur in inuitum. per l. inuito. ff. de reg. iur. Solut. Illa regula loquitur in priuilegijs, hic autem loquitur in beneficijs. Vel illa regula intelligitur per directum, illud autem per obliquum, ſed prima ſolutio eſt clarior.

FINIS LIBRI TERTII.

Digitized by Google

LIBER QVARTVS,

DE OBLIGATIONIBVS, QVÆ EX DELICTO naſcuntur.

TITVLVS I.

§. Cum ſit expoſitum.

1 *Continuatio huius tituli, ad ſequentes.*
2 *Obligationes omnes ex maleficio deſcendentes, ex una cauſa naſcuntur, & num. 4.*
3 *Rubrica generalior nigro.*

TExtus cõtinuat iſtum titulum cum quibuſdam ſequentibus ad ea quæ prædicta ſunt. Et ideo poteſt hic fieri
1 tale ſummarium. Dictum † eſt ſupra de oblig. quæ ex contractu, uel ex quaſi contract. naſc. hic conſequenter tractatur de obli. quę ex malefi. ſeu delict. uel ex quaſi malefi naſ.
2 Et † q̃uis obligationes, quę ex contract. deſcendunt, naſcantur ex varijs cau. & ſeparatis. ſ. ex re, verbis, literis & conſenſu, ut ſupra de obl. §. harum æque obligationes, tñ oẽs q̃ ex malefi. deſcendunt, naſcuntur ex una cauſa, ſ. ex ipſo ma-
3 lefi. h. d. uſq; ad §. furtum. ¶ Not. † primo, quòd iſta rubrica generalior eſt, quam nigrum, quia iſto tit. non tractatur de oĩb. oblig. quę ex maleficio naſcuntur, ſed ſolũ de furtis. Simile eſt. C. de re. creditis & iureiu. quia in illo tit. nõ tractatur de reb. credit. ſed in ſequen. Et quod dicit tex. hic tractandum eſſe de obli. quę ex quaſi malefi naſ. hoc fit in illo tit. ſed poſtea ponitur ti. ſpecialis de illis obligat. ¶ Opponi-
4 tur † & vt, quòd nõ oẽs obligatiões, quę ex maleficio deſcẽdunt naſcantur ex vna cauſa ſ. ex re. quia etiã aliquæ naſcũtur ex verbis iniurijs, vt ex conuitio, per l. 1. §. iniuriã. ff. de iniurijs. Et aliquæ naſcũtur ex literis ſ. diffamatorijs, per l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. ff. de iniurijs. Solutio. Q̃n obli-

Digitized by Google

obligationes naſcũtur ex verbis iniurioſis, vel ex literis diffamatorijs, tunc non naſcuntur ex his, vt ſunt verba vel literæ, ſed vt in talibus verbis vel literis cõſiſtit maleficiũ. Et ita tales obligationes naſcũt ex re, ſeu facto, ſ. ex maleficio.

§. Furtum enim.

1 *Furtum, quid.*
2 *Furtũ ut cõmittatur ſex requirũtur, quæ perſtringit ibi & nu. 4. 5 6*
7 *Furtũ quando cõmittitur in vſu rei vel poſſeſſione, tunc duplatio uel quadruplatio ſolum fit de vſu & poſſeſſ. non de proprietate rei.*
8 *Contrectatio quomodo hic accipiatur.*

In illo §. ponitur diffinitio furti, & ideo non ſummatur.
1 Eſt aũt furtum, † contrectatio rei alienæ, vel ipſius rei, uel vſus rei, vel poſſeſſionis rei fraudulẽta inuito dño, uel quaſi dño lucrandi aĩo. Et illud furtum prohibitum eſt lege na-
2 turali. h. d. ¶ Not. † ergo primo, qđ ſex requiſũtur ad hoc, vt committatur furtum. Primo, requiritur cõtrectatio, ut ff. de acq. poſſ. l. 3. ſi rem. Et ideo ſi aliquis tradat alicui pignus, & dicat, ꝙ eſt aureum, ſed in veritate ſit ęreum ſeu cupreũ, ille non committit furtum, vt l. cum es ff. de furtis. Si ẽt ſeruus dicat ſe eſſe liberũ, vt ſic recipiat debitum, nõ cõmittit furtum, ut l. ſi qs vxori. §. neq. verbo. ff. eo. qa in iſtis caſib.
3 non eſt contrectatio. Scđo † requiritur, ꝙ ſit res mobilis & corporalis. Nã in re immobili non cõmittitur furtũ, ut ſup. de vſucapio. §. quod aũt. Similiter nec in re incorporali, ut ff. de acq. rerũ dom. l. ſeruus. §. incorporalis. Tertiò, requiritur, ꝙ ſit res aliena, qa in re propria non cõmittitur furtũ, vt infra eo. § aliquãdo. In re tñ communi bene cõmittitur furtum, vt l. ſi ſocius. ff. eo. Et hoc eſt uerum, ſi ſocius utatur re cõi fraudulenter, qđ in dubio non pſumitur, qa põt uti re cõi, loquendo de illo vſu, ad quẽ res eſt deſtinata, vt l. Sa-
4 binus. ff. cõmu. diuidund. Quarto, † requiritur, ꝙ ſit contrectatio fraudulenta, nam ſi tractans putet ſe uti iure ſuo, & ſibi licere rem tractare, nõ eſt fur, ut infra tit. proxi §. qa tñ. vel ẽt ſi putet hoc eſſe de voluntate dñi ut infra eo. §. placuit. Nam furtum non cõmittitur ſine affectione. In dubio tamẽ pſumitur fraus, vt in l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis. niſi ap-
pareant

pareāt ſigna ſeu indicia de cōtrario, videlicet ſi contrectās vt conſanguineus, vel amicus dñi ipſius rei, vt notatur per
5 Bar. in l. inter oēs. §. recte. ff. eo. Quinto, † requiritur, ꝙ res tractetur inuito dño, vel quaſi dño, vel eo cuius intereſt, vt l. manifeſtiſſimi. C. de furtis. Nā ſi dñs non ſit inuitus, q̃uis contrectans hoc ignoret, non tñ cōmittitur furtum, ut inf. eo. §. placuit. Et in dubio p̄ſumitur dñs inuitus, ſicut dictū
6 eſt de fraude. Sexto † requiritur, ꝙ cōtrectans faciat hoc aīo
7 lucrandi, vt l. 1. §. 1. ff. eo. Not. † ſcđo, quod qñ furtum cōmittur in vſu vel poſſeſſione, tunc quadruplatio uel duplatio ſolum fit de vſu vel poſſeſſione, & nō de proprietate rei, vt C. de pænis l. ſancimus, quanq̃ aliqui voluerunt, ꝙ ēt pro-
8 prietas rei debeat æſtimari in hoc caſu. ¶ Oppo. † & videt, ꝙ poſſit committi furtum ſine contrectatione, ꝑ l. qui tabulas. §. fi. ff. eod. vbi dr̄, ꝙ tradens tabulas committit furtum. Solu. Contrectatio debet hic capi generaliter, nō pro amotione de loco ad locum. Et ideo delens ſcripturam inſtrumenti, in quo ipſe ſcriptus eſt debitor, facit furtum.

§. Furtum autem.

1 *Furtum unde dicatur.*

Summatur ſic: Furtum dr̄, à furno, vel ſm veritatem linguæ græce à furuo, ideſt, nigro ſeu obſcuro, quia furtū plerunq; fit tempore nocturno vel ēt dr̄ à fraude vel à feren-
1 do, ideſt auferēdo. h. d. ¶ Not. † hic, quod furtū dr̄ à furuo, ideſt, nigro ſeu obſcuro, q̃a q̃ male agit, odit lucē, ad quod iſte textus ſolet allegari. Et dr̄ notanter, ꝙ furtum plerunq. fit nocte, qua ēt dr̄ furtum, licet fiat in die. Et ideo non ualeret hic argumentum ab interpretatione nominis, ſic. ſ. arguēdo. Non ſit tp̄e nocturno ergo non eſt furtum. Et ratio eſt, quia iſta interpretatio nominis non cōuertitur cum diffinitione furti. Quod autem in die factū, dicatur furtum, patet per l. 1. ff. de furibus balnearijs. Verum tñ eſt, ꝙ delictū grauatur ex tempore nocturno vt l. Grachus. C. de adulterijs. Et hinc eſt, quod furem nocturnum poſſum occidere impune, ſi immineat periculū perſonæ meæ, uel rerum mearum. Sed furem diurnum non poſſum occidere, quāuis immineat.

mineat periculum rerũ mearum, ſed ſolum ſi imminet periculũ perſonæ meæ. Cuius rõ eſt, quia de nocte nõ poſſum cognoſcere furẽ, ſicut poſſum in die. Ex quo patet, ꝙ ſi poſſem furem nocturnum cognoſcere, non poſſum eum occidere, niſi propter periculum perſonæ meæ, quia tunc ceſſat ratio, ut in gl. furem, ff. ad l. Corneliam de Sicarijs.

§. Furtorum.

1 *Furtum duplex.*

2 *Fur manifeſtus, quis dicatur*

3 *Furem deprehendere poteſt quilibet.*

4 *Furti tenetur, qui aufert fructus ex fundo alicuius, ſi maturi ſint.*

1 Duplex eſt † furtum, ſcilicet manifeſtum & non manifeſtum. Manifeſtus fur, eſt qui deprehẽditur aut vr̃ in ipſo furto, vel in loco vbi furtum fit, vel in loco in quo fur rem furtiuam propoſuit deferre. Aliàs eſt fur non manifeſtus, h. d.

2 ¶Not. † primo, ꝙ ille dr̃ manifeſtus fur, qui deprehenditur, aut vr̃ in actu furandi, uel in loco ubi furtũ fit, uel ẽt in alio loco quandiu nõ peruenit ad locũ, in illo die naturali, quo propoſuit rem deferre, ut l. quo deſtinauerit. ff. eo. q̃uis gl. hic in verbo, proferre, aliter dicat. Si tñ dominus occultaſſet ſe, & ſic furem uideret, non eſſet manifeſtus fur, vt in l.

3 ſi quis in ſeruitute. §. cæterum, ff. eo ¶Not. † ſecundo, quòd quilibet poteſt furem deprehendere, vt hic patet. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi clericus committat furtum, tunc laicus impunè poteſt eum apprehendere, & ducere ad iuicem ſum. vt nota. per Innc. in c. ut famæ, extra de ſenten. excom. ¶Not.

4 † tertio, quòd auferens fructus ex fundo alicuius tenetur de furto, ſi fructus ſint maturi, ut hic patet in uerſi. & qui in oliueto, ſed ſi non ſint maturi, tunc non tenetur furti, ſed actione l. Aquiliæ, ut l. ſi ſeruus. §. ſi oliuam. ff. eo.

§. Conceptum.

1 *Furti quatuor genera*

2 *Furtum conceptum quid.*

3 *Furti eſt particeps, qui rem furtiuam ſcienter emit.*

1 Quatuor † genera furti, ſcilicet cõceptũ, oblatum, prohibitum

Digitized by Google

bitum & non exhibitum furtum, hodie non ſunt in uſu, qa quicunq; ſcienter recepit, vel celat rem furtiuam, eſt fur nõ
2 manifeſtus. h. d. ¶Not. † primo, ꝙ conceptum furtũ dr̃, qñ res furtiua apud aliquẽ reperitur, licet ipſe non ſit fur. Sed oblatũ furtũ eſt, qñ res furtiua datur alicui, ut potius apud eum inueniatur, q̃ apud dantem. Prohibitum ãt furtum eſt, qñ aliquis prohibet illi qui quærit rem furtiuã, ne apud ſe quærat. Furtum autẽ non exhibitum eſt, qñ res furtiua reperitur apud aliquem, qui monitus eſt exhibere, & non exhibuit. Et ideo quis tenetur de iure canonico indicare furem latitantem c. qui cum fure. extra. de furtis, adde ibi de hoc
3 Abb. & Bar. in l. ciuile C. de fur. ¶Not. † ſecundo, quòd ille, qui emit rem furtiuam, eſt particeps furti, ſicut qui fecit furtum, ut eſt gloſ. in l. ſi quis uxori. § ſed ſi rem ff. eo. Præſumitur aũt res empta furtiua ex qualitate ſeu quantitate pretij, uel quando emẽs tenet rẽ clam, ut no. per Bar. in l. in ciuile. C. furtis. ¶Opponitur, & vr̃ quòd tex. in fine illius §. ibi, ſed cum requiſitio, non bene arguat. quia non valet conſequẽtia, ſublata ſolemnitate, quæ conſueuit fieri in aliquo actu, etiam aufertur actus, vt ſup. de verb. oblig. §. in hac re uerſi. ſed hæc. Solu. Verum eſt, quod talis argumentatio nõ valet, nec ſic arguitur hic, ſed bene ualet: Sublato aliquo actu, ad quem eſt aliqua ſequela, etiam tollitur ſequela, & ita arguitur hic. Nam hodie non quæruntur res furtiuæ ſecundum prædictos modos. Conſequens ergo eſt, ut etiam illa genera furti tollantur. & facit l. 1. ff. de pecul. legato.

§. Pœna manifeſti.

1 *Furti manifeſti, pœna Item, non manifeſti, & quo iure nu. 2.*
3 *Furto facto a ſeruo, dominus liberatur a pœna, dando ſeruum pro noxa.*
4 *Furti duplex actio*

1 Furtum † manifeſtum habet pęnã quadrupli ſed non manifeſtum pęnã dupli, ſiue furtum factum ſit per ſeruum, aut
2 per liberum hominẽ. h. d. ¶Notandum † primo, quod pœna furti manifeſti eſt de iure prętorio, ut infr. de perpe. & temporal. ac. §. 1. Et datur illa pęna etiam de iure cano. ut in glo. ſi. c. ſi. 14. q. 5. Et datur illa pœna furtum paſſo, quamuis con-

dictio

dictio furtiua detur ſolum domino; ut infra eo. §. fi. Sed pœna furti non manifeſti, eſt de leg. 12. tabu. ut infra de noxa. §. ſunt ãt. Et ita maior eſt pœna prætoria, q̃ legis 12 tabularum, q̃a furtum manifeſtum eſt grauius delictum, vel etiam q̃a t̃pe conditionis leg. 12. tabul. homine fuerũt pauperiores, quam t̃pe p̃torum, ut infra. de iniurijs. §. pœna. ¶ Not.
3 † ẽo, ꝙ ſi furtum factum ſit per ſeruum, tunc dominus poteſt liberari & a pœna dando ſeruũ pro noxa, ut infra de noxa. in prin. ¶ Oppon. & vr̃, ꝙ p̃ furto non imponatur pœna quadrupli uel dupli, ſed caſtigatio, uel mors, ut Auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis. & c. ſi quis unq̃ in Auth.
4 de pace tenenda. coll. 10. Sol. De † furto põt agi dupliciter. ſ. criminaliter, & ciuiliter, modo quod h̃ic dr̃, hẽt locum, qñ agitur ciuiliter. quod aũt dr̃ in contrarijs locum habet qñ agitur criminaliter. ¶ Sed tunc replicatur de c. in legib. 12. quæſtio. 2. ubi furtum ciuiliter punitur in decuplo. Solu. Illud c. loquitur ẽm legem Lombardicam, h̃ic autẽ loquimur ſecũdum legẽ Romanam. ¶ Sed iterum replicatur de c. fraternitas. 12. q 2. ubi dr̃, ꝙ Eccleſia non petit augmentum de reb. quas amiſit. Solu. Illud c. loquitur ẽm manſuetudinem iuris canon. hic autẽ loquimur ſcd̃m rigorem iuris ciuilis.

§. Furtum autem.

1 *Furtum committit etiam rem alienam contrectans inuito domino. Et cur ita nu.*

3 *Furtum cõmittit, qui rem ſibi cõmodatam ulterius alteri commodat.*

4 *Equum conducens vſq ad quatuor milliaria & vltra illo vtens. an committat furtum diſting.*

1 Non ſolum † amouens rem alienam, ſed ẽt qualitercunq; eam inuito dño contrectans, committit furtum. Et ideo ſi creditor utitur pignore, aut depoſitarius re depoſita, committit furtum. Similiter commodatarius utens aliqua recõmodata aliter, quã ſibi tradita eſt. committit furtum. h. d.
2 ¶ Notandum † primo, ꝙ ratio illius dicti eſt quia furtum nõ conſiſtit in amotione rei tantum, ſed in quacunque contrectatione, ſiue rei ſimpliciter, ſiue vſus rei, ſiue poſſeſſionis, vt ſupra eo. §. furtum enim. tactum eſt in diffinitione furti.

Et

Digitized by Google

3 Et concord.l.inter oës.§.penul.ff.eo.¶Not.†ſm,quod ſi ali quis rē ſibi cōmodatam ulterius alteri commodauerit, cōmittit furtum q̃a utitur re aliter quā ſibi tradita eſt, ut elicitur ex iſto tex.& concord.l.ſi pignore. §.1.ff.eod. ¶Not.
4 † tertio, ꝙ ſi ſcholaris conduxiſſet equum vſq. ad quatuor milliaria,& vtereť illo equo vſq. ad octo milliaria, tunc ſi equus ſolet cōduci,p̄ſumitur equus recōductus, & non eſt furtũ,ſi utēs intēdat ſoluere p̄tium: ſed ſi equus non ſoleat cōduci,cōmitteretur furtum,q̃a p̄ſumitur dominus inuitus & ita notatur per Bar.in l.itē q̃ritur.§. q̃ impleri.ff. locati.

§.Placuit.

1 *Furtum,vt committatur,duo requiritur Et nu.2.*
3 *Res aliena contrectatio inuito domino vt colligitur.*

1 Ad furtum† duo requiruntur. Primo,ꝙ contrectans rem alienam ſciat dominum inuitum. Nam ſi crederet dominũ velle,non eſſet furtum, quia furtum ſine affectu furandi nō committitur.Secũdo,quòd in veritate dominus ſit inuitus. Nam ſi cōtrectans credit dominum inuitum, & tamen dñs
2 vult,non eſt furtum h.d.¶Notādum† primo,quòd illud ſecundũ dictum,ſcilicet,quod contrectans rē alienam, & credens dominum inuitum,qui tamen eſt voluntarius,non cōmittat furtum,verum eſt in foro contentioſo, ſecus in foro conſcientiæ,quia peccatum voluntate ſola perpetratur,facit c.penul. 14 quæſt vlti ¶Notandum † ſecundo, quòd ad
3 ſciendum, an præſumatur dominus inuitus an non, ſic eſt diſtinguendum ſecundum glo hic ſuper uerbo,inuito, quia aut contrectans ab inuito,habuit rem de volũtate domini, ut in cōmodato, & tunc præſumitur etiam poſtea dominus voluntarius. Sed ſi habeat ab initio rem non de voluntate domini præſumitur dominus ſemper inuitus,ut l.qui vas.§. vetare.ff.eod. Et io licet ſufficiat,quòd aliquis ſtulte credat dñm voluntariũ,ut excuſetur a furto, tamen hoc non ſufficit, ſi credat dñm eſſe uoluntarium ad hoc,res ſua ſibi abſtrahatur,ut in dicta l.qui uas. Dicit tamen Bart. in l. inter omnes.§.recte.ff.eodem.quod in dubio ſemper pręſumitur dñs inuitus, quia nemo præſumitur rem ſuā uelle iactare.

§.Vnde

§. Vnde illud quæſitum.

1 *Seruo ſuadens, ut res a domino ſuo ſurripiat, & ſuadenti portet, licet hoc non faciat niſi ex domini voluntate, tenetur non modo furti, ſed etiam de ſeruo corrupto & nu. 2 3.*

1 Summatur ſic: Suadens † ſeruo, ut res a domino ſuo ſurripiat, & ſuadenti portet, licet ſeruus hoc non faciat, niſi de voluntate domini ſui, tamen ſuadens tenetur non ſolum de furto, ſed ēt de ſeruo corrupto, q̃uis in hoc caſu non ſint regulæ introducētes actionem ſerui corrupti, & hoc pp duo. Primo, pp malum conſilium, quod ſuadens dedit. Secundo vt timore pœnæ caueant hoīes, ne alijs malum ſuadeant. h. d. & patet intell. tex. ¶Opponitur primo cōtra iſtum tex. quia contradicit. §. proximo præcedenti, contradicit ēt diffinitioni furti, in qua dr̄, ꝙ furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino. Sol. Regula eſt, ꝙ furtum non committi-
2 tur, niſi inuito domino. † Sed iſte caſus ab illa regula excipitur, & ēt a regula de ſeruo corrupto, propter duas cauſas tactas in ſummario in fine. ¶Sed replicatur de l. quicunque §. fi. C. de ſer. fugi. quia ibi vr̄ poni iſte caſus, & tamen ibi non committitur furtum. Sol. ibi maleficium incipit a domino ipſius ſerui, hic autem incipit a ſuadente. Et ita caſus
3 non eſt vndequaque ſimilis. ¶Opponitur † ſecundo: quia ſi iſtud eſſet uerum, ſequeretur, ꝙ aliquis puniretur pro ſola affectione, quod eſt contra l. cogitatio. ff. de pœnis. Solu. In illa lege dr̄, ꝙ nuda cogitatio non punitur, ſed hic non eſt cogitatio omnino nuda, procedit. n. ad aliquem actum exteriorē, q̃a ſuadet ſeruo abſtrahere res domini ſui, & ideo punitur, & facit l. quiſquis. C. ad legē Iuliam repetundarū.

§. Interdum etiam.

1 *Furtum fieri poteſt liberi hominis, ſi alterius ſubiectus eſt poteſtatis. Et quid ita, nu 2.*

3 *Mater non poteſt agere pro furto liberi hominis nec frater. Et quid de patre.*

4 *Furti & ſerui corrupti actio pariſicantur in hac materia.*

1 Summatur ſic. Liberi † hoīs pōt furtum fieri, ſi alterius
2 ſubiectus eſt poteſtati. h. d. & patet intel. tex. ¶Ratio † autem

tem quare Imperator iſtā deciſionē facit eſt, quia liber homo nō recipit æſtimationē,ut inf.de obli.q̄ ex delic.naſcuntur,§.hoīē.¶Not.† primo , ꝙ pro furto liberi hoīs mater
3 non pōt agere,q̄a non hēt filium in ptāte,ut l.mr in prin.ff. eo.Et multò minus frater agere pōt pro fratre actione furti,ut dicit Io. Fab. Pr ēt nō pōt agere condictione furtiua, q̄a illa ſolū datur ad proprietatē,ui ad poſſeſſionē quarum neutrā habet pater in filium ſuum,ut l.eum,q.§.ſi filius.ff. eo.Sed pater bene agit actione furtiua ꝑpter operas,quib. pater caruit,ad duplum uel ad quadruplum,ſecundū quod furtum eſt manifeſtum, uel non manifeſtum, ut notatur in d.l.eum qui.§. filis. Simpliciter autem nō poteſt pater agere actione furti ciuiliter,ſecundum glo. quia ut dictum eſt, liber homo non recipit æſtimationem,ſed bene agit criminaliter,ut ff eo.l.fi.& l.fi.de priua.deli.¶Sed ſecundum Io.
4 Fab. hæc gl.non procedit,quia actio furti,& ſerui corrupti participantur in hac materia, ut ſupra §. 1. & pro filio corrupto datur utilis actio.l.ut tantum. §.1.de ſeruo corrup.Ergo poteſt agi ciuiliter,& habebitur,ut dictum eſt ratio operarum,& damni,quod pater ſuſtinuit.Debet.n.filius operari patri, ſicut uxor marito.l.ſicut. ff. de operis libertorum. Siuerò non ſciuerit operari,dicit Placē,quod gl.tunc poſſet dicere uerum, uidelicet, quòd fur tunc ſolum puniatur criminaliter , cum opere non ſint duplandæ uel quadruplandæ , Vel dicendum, ꝙ ſeruitia & operæ communes , quas quilibet facere ſciret, ſecundum æſtimationē intelligentis, debēt æſtimari,argu.l.ſi quis a liberis.ff.de libe. agnoſcen

§.Aliquando autem etiam.

1 *Furtum facit,qui ſubtrahit rem propriam,alteri tamen pignoratam.*

Summatur ſic: Contrectatione rei ſuæ fit furtum rōne poſſeſſionis,quæ eſt apud alium uel ſic ſubtrahens rem creditori,quā ſibi pignorauit,furtum committit.h.d. & patet
1 intell.tex.¶Notandum† primo, quòd ſubtrahens rem propriam,alteri tamen pignoratam,facit furtum, quia res non eſt ſua omni iure , ſed alius habet aliquod ius in tali re . Et ideò eſt hic contrectatio rei alienæ,hoc eſt,alieni iuris: iſta

Digitized by Google

tamen res nõ efficitur furtiua, ut ſ. ſit in uſucapibilis, ut ff. de uſuca. l. ſequitur, §. ſi rem, & ff. pro empt. l. ſi rem. Et ita eſt hic caſus, in quo committitur furtum, & naſcitur actio furti, & nõ eſt res furtiua. Sic ẽt contingit econtra, ꝙ res eſt furtiua, & tñ non naſcitur actio furti, ut inf. eo. §. hi, qui.

§. Interdum quoque furti rem.

1 *Furti, tenetur qui præſtat opem, & conſilium, ut furtum fiat.* E*t eius pœna* E*t quid de principali fure. nu* 2.

3 *Furti & ſerui corrupti delicti differentia.*

4 *Factum ipſum interdum dicitur conſilium.* E*t quid conſilium, n.* 5. E*t quid differat ab ope nu.* 6.

7 F*urti non tenetur, qui excuſſit numos, vel fugauit animalia, per laſciuiam non vt furtum fieret.*

8 F*urtũ faciens, & conſulẽs pari pœna an ſint puniendi, diſt in nu.* 9.

Summatur ſic. Præſtans auxiliũ & conſilium, ut fiat furtum, teneẽ furti, ut ſi quis excuſſerit pecuniam de manuali cuius, ut alius eam caperet, uel animalia, ut oues, & boues tuos, ut alius raperet, fugauerit. Sed ſi hoc facit, non ut fiat furtum, ſed per laſciuiã, tunc non teneẽ furti, ſed actione in factum. Et qui ſolum conſilium, dedit, ſed opem nullam prę
1 ſtitit non teneẽ furti. h. d. ¶ Not. † primo, ꝙ p̃ſtans opem & cõſiliũ, ut furtũ fiat teneẽ furti, ut hic dr̃. Et iõ excutiẽs numos de manu alterius, ut alius eos capiat, uel fugans aĩalia panno rubeo, ſeu quocunq. alio modo, ut ab alio furentur teneẽ furti, nõ manifeſti, & ſic ad duplũ tm̃ teneẽ, ẽt ſi ipſe in furto deprehendatur, & iſtud totũ uerum eſt, ſi furtum ſequaẽ effectualiter, alias nõ, ut l. qui ſeruo, ff. eo. Ex quo patet, ꝙ præſtaus opẽ interdũ teneẽ in minus, quam principa
2 lis fur, vt in caſibus prædictis. Principalis† uerò fuit, ſi reperiatur cum re, ante quam ad locum deſtinatum peruenerit, tenetur furti manifeſti, & ſic punitur in quadruplum, ſed ipſe præſtans in duplo tantum, ut tactum fuit. Interdum tamen e regione opem præſtans tenetur in plus quam principalis fur, verbi gratia. Si aliquis portet rem furtiuam, ſcienter de voluntate furis, & portando deprehendatur con re furtiua, tunc ipſe tenetur ad quadruplum, & fur ſolum ad

duplum

Digitized by Google

duplum, ut l.ſi quis qu d præferen.ff eo.l.interdũ aũt pſtãs opem in nullo tenetur, ut cõmodans ſcalas ſupponẽdas feneſtris ut furtum fiat, ſed nullum ſequitur furtum, ut d.l. q ſeruo. Et interdũ principalis fur non tenetur, & pſtans opẽ
3 tenetur, ut inf.eo.§.proxi. Not.† ſecundo quòd præſtans ſolũ conſiliũ verbale, non tenet furti, niſi fuerit tale conſiliũ, quod ſine illo furtum nõ fuiſſet factum, ut l.q ſeruo, ff.eod. Ex quo patet differentia inter delictum furti, & ſerui corrupti, q̃a ſuadens ſolũ tenet actione ſerui corrupti, quia non oportet laudãdo malitias hoĩum augere, ut inf ad l. Aquil. §.cæterũ. Ratio autẽ differentiæ eſt, quia in furto non naſcitur actio, niſi ex ipſo delicto ſecuto ex perſuaſione, ſed in ſeruo corrupto bene naſcitur actio ex ſola perſuaſione, ut
4 ſup.eo.§.vnde illud. ¶Not.† tertio, quod ipſum factũ interdũ dr̃ cõſilium, ut patet hic. Nã cõmodãs ſcalas ad furtum faciendũ, dr̃ præſtare conſilium, non uerbo, ſed re ipſa, facit
5 l.ſæpe ff.de verb.ſig. Interdum etiã † conſilium dicitur propoſitum, ſeu intentio hominis, ut l.ſi quis fur, §.1.ff.eod. Et dicitur cõſilium interdum, qđ alteri dat bonum, uel malũ,
6 ut l.in furti.§.pen.ff eo.tit. Et eſt † differentia inter conſilium, & opem, quia conſilium, ut actum eſt, dicitur intentio hominis ſiue propoſitum, & conſilium dicitur dare, qui perſuadet uel impellit, ut maleficium fiat. Opem autẽ fert. qui miniſterium vel adiutorium ad res ſurripiẽdas præbet. & ſeruit iſtud ad intellectum.c.ſi dignum ext.de homi. No
7 tandum † finaliter, quod ſi quis excuſſerit numerus, vel fugauerit animalia per laſciuiam ſeu ſtultitiam, & non ut furtum fiat ille non tenetur furti tenetur tamen ad reſarciendum damnum actione in factum, ut infra ad l. Aqui.§.fi. &
8 pen.facit.l in furti.§.fi.ff.de fur. ¶Opponitur † ſic, & vr̃ ꝙ non bene dictum ſit in primo notabili, quod præſtans opẽ & cõſilium, interdum in minus. & interdum, in plus teneatur, quam principalis fur. quia conſentientes, & facientes pari pœna ſunt puniendi, ut nõ.in c.1 ext.de off. dele Sol.
9 Actio† poteſt inſtitui dupliciter, l.in perſonam, aut in rem. Et uerum eſt, quod ſi agatur in rem, ſeu etiam criminaliter de furto, æqualiter puniũtur faciens & opẽ præſtans. Et ita

Digitized by Google

intelligitur dictum allegatum in oppoſitum. Sed ſi agatur in perſonam, & ciuiliter de furto, tunc cum reſpectu unius perſonæ furtum eſt manifeſtum, & reſpectu alterius nõ manifeſtum, contingit pœnam eſſe diuerſam.

§. Hi qui.

1 *Furti actione non agit contra filium pater, ſi quid ipſe ſibi furetur. Et quid agendum ei.*

2 *Principale non ſubſiſtit hic ſed acceſſorium.*

Exiſtentes in pþtãte parentum uel dominorum, & ſurripiẽtes eis rem aliq̃: faciunt furtum & res ſit furtiua & inuſucapibilis, non tamen naſcitur inter eos actio furti. Si tamen hoc fecerint ope & conſilio alterius, ille alter tenetur furti,
1 h. d. patet intell. tex. ¶ Notandum † primo, ſi filius furetur patri, non aget contra eum pater actione furti, niſi filius habeat peculium caſtrenſe, vel quaſi tunc. n. pater poteſt agere contra eum, quia ſic reputatur filius tanquam paterfamilias. Et ideo etiam filius illo caſu poſſet agere cõtra patrẽ, ſi pater ſurriperet ſibi peculium ſuum, vt l. ſi quis uxori. §. ſed ſi filius. ff. eo. Et idẽ põt dici de uxore reſpectu mariti. Quod dicitur hic de filio, & de ſeruo, poteſt ẽt intelligi in monacho. Et licet pater non habeat actionem furti contra filium, ut hic dicitur, p̃t tamen patre talẽ filium caſtigare, nec iudex debet ſe de hoc intromittere, & ſi uelit pater, poteſt talem filium iudici pręſentare, ut caſtigetur, & reſtituat quæ ſurripuit, facit. l. reſpiciendum. §. furti domeſtici. ff. de pœnis. & l. congruentius. C. de patria poteſt. ¶ Notandum
2 † ſecundo, ꝙ hic eſt caſus, in quo non ſubſiſtit principale & tamen ſubſiſtit acceſſorium contra. l. gręce. ff. de fideiuſſo. quia principalis hic non tenetur actione furti. & pſtans cõ ſiliũ, & opẽ tenetur. & ideò illa regula fallit hic, de qua latius per Bar. in l. ſi quis ſeruum. ff. de iniur. ¶ Oppon. ſic, & videtur, ꝙ res in hoc caſu non ſit furtiua, per l. quamuis. ff. eo. Sol. In illa lege res non furtiua, quia fuit poſtea uendita furi, & ſic vitium fuit purgatum ſuperueniente domino.

§. Furti autem actio ei competit.

1 *Furti dictis competit ei, cuius intereſt rem non eſſe furatam. Et quomodo*

Digitized by Google

modo intelligitur.nu 1.

3 *Fur an poſſit agere contra furem, & prædo ſit ne reſtituendus.*

1 Summatur ſic; Actio † furti competit ei, cuius intereſt rē nō eſſe furatam. Et ideo creditori de pignore ſubtracto. & bonæ fidei emptori de ſurrepta re empta, quamuis non ſint dñi ipſius rei, competit actio furti. h.d. & patet intell.tex.

2 ¶Not.† primo, ꝙ illud intelligitur de illo, q habet intereſſe ex cā honeſta. Nā ſi haberet intereſſe ex cā inhoneſta, ut ſi à fure caperet res furtiua, non cōpetit ei furti actio, ut infr. tit.proxi.§.fi. Requiritur ēt, ꝙ illud intereſſe ſit ex cā oneroſa vt l.ſi qs uxor, §.pe ff, eo. Qui igitur hēt intereſſe rōne cuſtodiæ, ad q̄ tenetur, hēt actionem furti, vt l.itaq. in prin. ff.eo. Nā ſi non habeat cuſtodia pſtare, ut depoſitarius, non habet actionē furti, vt inf.eo.§.ſed is. Idē eſt de eo, q habet intereſſe, rōne poſſeſſionis, ſicut creditor habet in pignore. Nā ei cōpetit furti actio, quia expedit potius pignori incūbere, q̄ in perſonā agere, vt hic in tex. Et iſte textus ſæpe ſolet ad hoc allegari. Idem eſt ēt de eo, qui habet intereſſe ratione dominij realis, ſeu naturalis, uel quaſi dominij, quale habet vſufructuarius. Nā ei etiam competit actio furti, ut

3 l.creditor.§.dñs.ff.eod. ¶Opponitur ſic, & videtur, † ꝙ fur poſſit agere contra furem, per c.in literis.ext.de reſti.ſpol. vbi dr̄, quod qñ reſtituendus eſt in poſſeſſionem, ergo etiā, & fur.Sol. Contrarium eſt uerum, quia prędo eſt in poſſeſſione, ſed fur, nullā actionem habet, nec ēt habet poſſeſſionem, quia allegans turpitudinem, non eſt audiendus, niſi in caſu.d.§. ſi ego tibi, in quo licet ſi fur propter rem alteri cōmodum, non tamen eſt fur reſpectu proprietatis.

§.Item ſi fullo.

1 *Fullo, & ſarcinator agunt furti actione. Limit.nu.3. 4. Et quis dicatur fullo, quis ſarcinator nu.* 2.

Sūmatur ſic, Si is qui recepit mercedē pro cuſtodia rei, illa rem amiſerit furto, habet furti actionē, & non dñs, qa dominus poteſt rem ab eo petere actione locati. Et idem eſt de bonæ fidei emptore, vt ſi rē emptam furto amiſerit habet furti actionem, quamuis non ſit dominus. Si tamen

Digitized by Google

cuſtodiens non ſit ſoluendo in toto, vel in parte, tunc dñs habet furti actionem h.d & patet intell. tex. ¶Notandum
1 †primo ꝙ ideo fullo & ſarcinator agunt actione furti, quia ſunt obligati domino ex locato, & tenentur de cuſtodia, & ſic intereſt eorũ rem non eſſe ſurreptam, & ideo ſi interim abſoluerentur, & liberarentur a dño, non poſſent amplius agere furti, quia amplius eorum non intereſſet. Et ſi iſte ful lo vel ſarcinator uterẽtur ueſtibus, quas habet in cuſtodia,
2 committeret furtum, vt l. fullo. ff. eo. Dicitur† autem fullo, qui lauat pannos, & polit. Sed ſarcinator dicitur, qui ſarcit & addit, vbi eſt ſciſſum veſtimentum, vel pannis, & cõſuit. unde dicitur, iſte habet ſarta tecta, quia cum eſſent fracta, ſint reparata ex quibuſdam adiuactionib. vt ff de vſufruct. l. hactenus, & ſup. de manda. in §. fi. & ideo ſi fulloni in gl.
3 ¶Notan † ſecundo, ꝙ licet fullo vel ſarcinator, cui res furata eſt, habeat furti actionem, & non dñs hoc tamen intelligitur cum limitatione, ſ. ſi fullo aut ſarcinator ſit ſoluendo in toto. alias. n. dominus habeat actionẽ furti. Et ratio eſt, quia qui nihil habet, eius periculo nihil eſt ut l. itaqne fullo. ff. eo. Nam inanis eſt actio. quam exclndit inopia debito
4 ris, l. nam is ff. de dolo. ¶ Notan. †tertio, ꝙ idem eſt, ſi hmõi cuſtodiens non ſit ſoluendo in parte ſiue in toto, facit ad hoc l. ſoluendo, ff. ue ver. ſig. ¶Opp. ſic, & vř, ꝙ imo dñs habet furti actionem, q̃uis cuſtodiens ſit ſoluendo, per l. cum in plures. §. veſtimẽta, ff. loca. Sol. Illa lex loquitur de actione reali, ſeu de condictione furtiua, & talem actionem bene habet dñs, ſed loquimur hic de actione furti, quæ ſoli fulloni datur, qui eſt ſoluendo. fa. l. ſi fullo. ff. cond. ſine cau.

§. Quæ de fullone.

1 *Fullonis ſeu ſarcinatoris & commodatarij idem fuit ius agendi hodie diuerſum, & cur ita ibid & nu. 2.*

3 *Actionibus duabus competentibus, una electa non poteſt rediri ad aliam, modo ſcienter.*

Quanuis ſcd̃m antiqua iura idem ſit de commodatario, quod dictum eſt de fullone & ſarcinatore, hodie tñ ſi res cõmodata furata ſit, habet dominus rei electionem agẽdi

contra

contra commodatarium actione cõmodati,vel contra furẽ actione furti,& vna actione ſcienter electa per dñm, nõ põt venire ad aliam. Sed ſi elegit actionẽ commodati, ignorãs aut dubitans rem eſſe furatã, põt actionem commodati dimittere,& actionem furti intẽtare,niſi ipſi dño per cõmodatarium ſatisfactum ſit, quia tunc fur eſt liberatus à dño, ſed adhuc tenetur commodatarius. Et iſtud verum eſt,ſiue cõmodatarius in parte,ſiue in toto ſit ſoluendo. Hoc dicit, & patet intel. tex.

1 ¶Not. † primo, quod licet olim idẽ ius fuerit de commodatario & fullone, ſeu ſarcinatore,qñ res fuit furate, hodie tñ eſt dña qa qñ res eſt furata fulloni vel ſarcinatori, tũc ſi fullo vel ſarcinator ſit ſoluẽdo in totum ipſe agit contra furem actione furti & non dñs, ut dictum eſt ſup.eo.§. proximo. Sed ſi res commodata furata ſit põt dñs agere contra commodatarium actione commodati, uel contra furem actione furti. Si tñ incipiat agere contra furem,liberatus eſt commodatarius, ſed ſi incipit agere contra commodatarium, ſciens rem eſſe furatã, uel ſi ipſi dño à cõmodatario ſit ſatisfactum, liberatus eſt fur à dño,ſed

2 non à commodatario. Et ratio † differentiæ ponitur in gl. in l.manifeſtiſſimi,§. tales in verbo omni modo. C. eo. Quia cõtractus factus cũ fullone aut ſarcinatore eſt gratia vtriuſque, ſed contractus cõmodati eſt ſolum gratia cõmodatarij ex ſola liberalitate cõmodãtis. Et pp hoc iura plus fauẽt cõmodãti,vt ſ.habeat electionem,q̃ fulloni,aut ſarcinatori,vel alteri locãti operas ſuas in re,quæ furto ammittit.

3 ¶Not.† ſecundo, quòd qñ alicui cõpetunt duæ actiones, electa vna ſcienter,non põt peruenire ad aliam,facit l.non nunquam,ff. de coll.bono. Sed ſi ignoranter elegit nõ præiudicat ſibi,quia nemo ignorans præſumitur ſuo iuri,quod ſibi cõpetit,renuntiare,vt l mater,ff.de inoffi.teſt. Et idem eſt ſiue ignoret hoc ius ſibi competere,ſiue dubitet, vt hic, in verſi.ſin autem neſcius. De quo etiam eſt bonus tex. in l.manifeſtiſſimi,§.ſi autem. C.de fur. & ſeruo corrupto.

§. Sed is.

1 *Depoſitarius tenetur ſolum de dolo,& lata culpa.*

pro re depoſita furata depoſitarius non habet furti actiōne, quia ſua non intereſt, niſi dolo fecerit, q̄ res furata fuerit. h.d. & patet in tel. tex. ¶ Not. † primo, depoſitarius ſolū
1 tenetur de dolo. & lata culpa, vt ſup. de quib. mod. re. cōtrahitur oblig. §. præterea. Et ideo ſi res depoſita furto amittatur ſine dolo & lata culpa depoſitarij, nihil ītereſt eius. Et cum furti actio nō detur, niſi ei cuius intereſt, vt ſup. eo. §. furti aūt actio. ſequitur, quod depoſitarius nō habet furti actionē. Si tñ accepit mercedē ꝓ cuſtodia, tunc cū ſua interſit habet actionē furti, vt ē bona gl. in l. logalli. ff. ſi cer. pe. Et ſit ſi res apud aliquē depoſita, auferatē per familiarē dñi ipſius rei. & ille familiaris recedit cū illa re, nō tenetur cuſtodiēs, ſi ille familiaris ſolitus fuit portare, & auferto rē dñi ſui. Secus ſi cuſtodiēs traderet hmōi rē alteri noīe dñi, q̄ nō ſolet res illius dñi tractare, q̄a nō dēt faciliter credere, vt l. ſi q̄s vxori apud Labeonē. ff. Ex quo patet, quòd ſi bidellus hēat mercedē ꝓ cuſtodia librorū relictorū in ſcholis à ſtudētibus, ſi libri perdanē teneē bidellus ad iſtar nautæ, cauponis, & ſtabula. fac. l. ſi merces §. q̄ colūnā. ff. loca.

§. In ſumma.

1 *Furtum non committit impubes, niſi ſit proximus pubertati.*

Impubes nō pōt facere furtū, niſi ſit proximus pubertati, quia furtum nō committitur ſine affectu furandi. h.d. &
1 patet in tel. tex. ¶ Not. † primo, quod impubes nō cōmittit furtum; niſi ſit proximus pubertati. i. decem annorum cum dimidio ſi ſit maſculus, vel nouē cum dimidio ſi ſit fœmina. Nā ante non præſumitur doli capax. in cap. 1. ext. de delic. puero. & furtū non cōmittitur ſine dolo & affectionē furādi, vt dictum eſt ſup. eo. §. placuit. Pōt tamē impubes ante hmōi ætatem caſtigari cū virgis vel ferula, ſi res abſtrahat alienas, vt l. 1. §. impuberes. & l. excipiūtur. ff. ad Silleianū.

§. Furti actio.

1 *Pro furto competunt quatuor remedia. Et qua quis cuiuslibet vſus Et quid illa inter ſe differant nu. 2.*

3 *Furtiua actione poteſt agi ciuiliter uel criminaliter. Fallit num. 4. 5. 6 & 7.*

Sum-

Summatur ſic; Actio furti datur ad pœnã quadrupli vel dupl. Sed rei vendicatio & condictio furtiua danẽ ad rem furtiuã perſequendã. Et datur rei vendicatio contra quemlibet poſſeſſorẽ, ſed condictio furtiua non datur, niſi cõtra
1 furẽ vel hǣdem eius. h. d. ¶ Not. † primo, qđ pro furto cõpetunt quatuor remedia. ſ. actio furti, cõdictio furtiua, rei vẽdicatio, & actio ad exhibendũ, vt l. ſi pro furti. §. furti. ff. de condict. furti. Et differunt iſtæ actiones, quia actio furti datẽ cõtra perſonã, & ad pœnã quadrupli. ſi ſit furtũ manifeſtũ vel dupli ſi ſit furtum nõ manifeſtũ, ut ſup. eo. §. furtorum. Et cõpetit hæc actio cuilibet, cuius intereſt rẽ eſſe furatã, vt ſup. eo. §. furti aũt actio, & non ſolum datur habentibus intereſſe, ſed ẽt hǣ[?]dibus eorum. ut inf. eo. de perpe. & tpa. actio. §. nõ aũt oĩs. Sed non datur contra hęredes furis, quia eſt actio pænalis, q̃ non datur cõtra hǣdes, niſi lite conteſtata, vt l. 1. C. ex delic. defuncto. Rei aũt vendicatio, & condictio furtiua, & ẽt actio ad exhibendum datur ad ꝑſequendum rem ipſam, & dantur domino uel hæredi eius, ut ff. de
2 condictio furtiua. l. 1. † Et differunt iſtæ actiones reales, q̃a venditatio, & actio ad exhibendum dantur contra quemcunque poſſeſſorem, ſed condictio furtiua nõ datur, niſi, cõtra furem, contra quem etiam datur licet non poſſideat, ut hic in fi. tex. Et illa condictio furtiua etiam datur cõtra hæredes furis, vt l. ſi pro fure. §. condictio. ff de conditione furtiua, & l. in condictione. ff. eo. de condic. furti. ¶ Notandum
3 † ſecundo. qđ actione furtiua poteſt agi ciuiliter uel criminaliter. Si ciuiliter, tunc pæna applicatur parti, quæ paſſa eſt furtũ, & non fiſco, vt l. 3. ff. de ſepul. uiola. Sed ſi agatur criminaliter, tunc pæna eſt arbitraria, ita tamen, ꝙ ſit pæna circa mortem aut membri abſciſſionem, ut Authen ſed no-
4 uo iure, C. de ſer. fugi. Hoc tamen † fallit in fure famoſo, qui. ſ. tria furta fecit, quia ille furca ſuſpenditur, ut in glo. in d. Auth, ſed nouo iure vel ſecundũ Bal. l. ſi fecit unum furtum
5 æquiualẽs tribus furtis, in eadem Auth. Fallit etiam † ſi fur fregit pacem, quia tunc pro quinq. aureis furca ſuſpẽditur, vt in c. ſi quis quinq. in Auth. de pace tenenda, & eius uio-
6 latori. collatio. 10 † Fallit etiã, quando ſtatuta municipiala

terra-

terrarũ habent, ꝙ fur debeat ſuſpendi, q̃a talia ſtatuta à iure cõi ſunt probata, vt l. oẽs pupilli. ff. de inſt. & iure. Fa-
7 llit † ẽt in latrone, & deroboratore ſtratarũ, vt l. capitalium §. famoſus, ff. de pœ. Dicũt tñ Doc. q̃d ꝓ furto aut ſimili cri mine nõ dẽt facies hoĩs caracterari, aut ſtigmate in fronte vel in gena bullari, ne facies ad ſimilitudinem cœleſtis pul chritudinis formata deturpetur, vt l. ſi quis in metallũ. C. de pœnis, & notatur in c. ad audientiã, ext. de pœnis. Et iõ non vr̃ valere ſtatuta, per quæ talia fiunt. Et tm̃ de illo tit.

DE VI BONORVM RAPTORVM.
Titulus II.

1 *Rapina ſiue raptus, uariè contingit.*

Continuatur ſic: Supra tit. proximo dictum eſt de fur tis hic conſequenter tractatur de rapinis. ¶ Notandũ
1 † ergo circa rubricã, quòd rapina ſeu raptus interdum contingit circa perſonas, & ſic non tractatur hic de rapina, ſed C. de rap. uir. & ext. de rapto. per totum. Et interdum contingit circa res, & illæ res ſint eccleſiaſticæ, tunc committitur ſacrilegium, de quo etiam non tractatur hic, & ſi illæ res ſint prophanæ, de rapina earum tractatur.

§. Qui res.

1 *Furti actio datur pro re rapta & etiam ui bonorum raptorum.*
2 *Fur non ſolum eſt, ſed etiam improbus fur, qui rem alienam rapit.*
3 *Furti actione ſi agatur contra raptorem raptore deprehenſo agitur furti manifeſti.*
3 *Annus utilis quot dies contineat quibus quis agere poſſit.*
5 *Actio ui bonorum raptorum, poteſt inſtitui dupliciter.*

1 Summatur ſic: Pro † re rapta datur actio furti, & ẽt actio vi bonorum raptorum, cuius pœna intra annũ eſt quadru-
2 plum & poſt annum ſimplum. h. d. ¶ Notandum † primo, ꝙ qui rem alienam rapit nõ ſolum eſt fur, ſed vocatur improbus fur, vt l. ſi cũ except. §. qui uim. ff. de eo. quod met. cau. quia fur aufert rem dño ignorante, ſed raptor aufert rem ẽt domino ſciente, & non ſolũ facit domino damnũ, ſed ẽt iniuriam, & contingit etiam rapinam fieri in re communi,
3 vt ff. de furtis, l. ſi ſocius. ¶ Notandum † ſecundo, ꝙ ſi agatur contra

Digitized by Google

cõtra raptorẽ actione furti, tunc ſi raptor ſit deprehenſus, agitur furti manifeſti, vt l.ſi vendidero.§.cum raptor, ff.de furtis. Alias autem agitur furti nõ manifeſti, & ſi agatur furti manifeſti, tollitur actio vi bonorum raptorum. ſed ſi agatur furti non manifeſti cum illa ſit ad duplum, poteſt nihilominus agi actio. vi bono rapto. ad reſiduum, uidelicet ad aliud duplũ quia actio vi bono rapto intra annum indiſtincte eſt ad quadruplum actione furti. Et hoc eſt uerum ſi in actione furti non manifeſti lata ſit ſnĩa condemnatoria. Secus aũt ſi abſolutoria, qa tunc nõ agit ad reſiduũ, ut no. in l.2.ff.de public.& vecti. Ex iſto patet, ꝙ minor pæna per ſtatutum illata, non tollit maiorẽ pęnam illatam de iure cõi, niſi hoc exprimatur in ſtatuto ut l.quotiens ff.de act.& ob.

4 Not.† tertio, ꝙ annus vtilis continet trecẽtos, & ſexaginta quinq; dies, in qbus quis agere põt, ut l.cũ hęres.§.Stichus. ff.de ſtatu.lib. Et de iſto anno vtili loqtur hic tex. ut l.fi. C. eo. ¶Opp.ſic & vr̃, ꝙ textus nõ bene ponat hic pænã actio-

5 nis vi bon.rapt. p l.idẽ lex Iul.inf.de publ.iudi. Sol.† Actio vi bon.rap. põt inſtitui dupl. videlicet ciuil.& criminaliter Si ciuiliter, habet locum, qđ hic dr̃. Si aũt criminaliter, tunc aut agitur ad pœnam ciuilem, uel ad canon cã. Si ad pœnã ciuilẽ, tunc aut rapina facta eſt cum armis, & pœna eius eſt deportatio. Aut ſine armis, & pœna eſt amiſſor tertiæ partis omnium bonorum, & ita loquitur.§.incontrarium allegatus. Si autem agatur ad pœnam canonicam, tunc pœna eſt excommunicatio & carentia ſepulturæ eccleſiaſticæ, & de illa pœna rapinæ tractatur in c.ext.de rapto.

§. Quadrupli.

1 *Furti actio, differt ab actione ui bono raptorum & nu. 2. & 3.*

In pœna quadrupli actionis ui bono raptorũ, cõtinetur

1 res rapta. Hoc dicit. ¶Notandum † primo, ꝙ differentia eſt inter actionem furti, & ui bonorum raptorum, quia in pœna actionis furti non computatur res furata, ut ſupra titu. proxi. §. furti actio ſicut in pœna actionis ui bonorum raptorum, vt hic, & ideo, ſi agatur contra raptorem actione furti manifeſti, punitur plus, quam ſi ageretur contra eum

actione

actione vi bono. raptorũ, quia punit in quintuplo cõputando rẽ furatã, ubi actione ui bono. raptorũ non puniretur, ni
2 ſi in quadruplo. Alia † differentia eſt, q a in furto diſtinguit inter manifeſtũ & nõ manifeſtũ. Sed illa diſtinctio in actione vi bono. raptorũ, non habet locũ. ¶ Opp & uĩ, q etiã in actione ui bonorũ rap. poſſit fieri diſtinctio, per manifeſtũ & nõ manifeſtũ. quia dr̃ hic in tex. ſiue cõprehẽdat raptor, ſiue non. Sol. Hoc dr̃ ad differentiã furti in duo conſideratur
3 talis diſtinctio. ¶ Sed tũc replicatur. Raptor † ſemper eſt manifeſtus, quia rapere, eſt de manu eripere, ut l. 3. ff. ne quis eum, qui in ius vocatur, vi eximat ergo hoc dicitur hic ſuperflue. Sol. raptore & fur diſtinguuntur ex aío, quia ſi animus ſit capiendi rẽ palam & violenter, licet neminem inueniat, qñ rem rapit, dicitur tñ raptor. Et ſi animus ſit capiendi rem clam, quanuis deprehendatur, eſt fur, & nõ raptor.

§. Quia tamen.

1 *Credulitas, ignorantia, uel error, quando excuſent a pæna.*
2 *Conſtitutiones contra rapientes etiam ignorantes.*
3 *Rapiens ſeu inuadens rem ſuam punitur amiſſione ipſius rei.*
4 *Res poteſt auferri dupliciter.*

Summatur ſic. Quanuis olim rapiens rẽ credens eã eſſe ſuam vel ſibi licere eã auferre, abſolueretur ad actione vi bo. rap. & etiam ab actione furti, ex quo ceſſabat dolus, hodie tñ rapiens rem ẽ ſuã perdit ipſam rem. Et rapiens vel inuadens rem alienam, reſtituit ipſam rẽ & etiam æſtimationem eius, ſiue ſit res mobilis, ſiue immobilis. h. d. ¶ No-
1 tandum † primo, qñ pro aliquo delicto dolo commiſſo imponitur pæna, tũc credulitas ſeu ignorantia uel error excuſat aliquem, ne teneatur ad talẽ pœnam, non tamen ſtatur aſſertioni dicentis, ſe ſic credere, uel ignoraſſe ſeu arraſſe, niſi hoc appareat ex euidentibus indicijs, ut ſi quis rapuiſſet rem à bannito, qui tñ legitimè non eſſet bannitus, ut
2 not. per Bar. in l. pen. ff. de adulterijs ¶ Notandum † ſecundo, quò d hodie ſunt conſtitutiones, quæ dantur contra rapientes etiam ignorantes, niſi errarent ſeu ingnorarẽt in facto alieno, vt ſi quis occuparet rem alienã inuentã in hære-
di-

ditate quam credebat eſſe defuncti, talis. n. excuſatur, ut no-
3 ta. per Innoc. in c. cum in officio ext. de teſta. ¶Not. † tertiò,
quod per huiuſmodi nouas conſtitutiones punitur rapiens
uel inuadens rē ſuam amiſſione ipſius rei rapiens ſeu occu-
pans, inuadens rē alienā, punit̄ in reſtitutione rei, & æſtima
tionis ipſius rei ſolutione. Et ſi fecit dolum, reſtitui rē cum
fructibus. ſi aūt ſine dolo, nō tenetur ad reſtōnem fructuū,
ut no. in l. ſi quis in tātam, vbi multa habentur de hac mate
ria. & in l. ſeq C. unde vi. facit. l. extat. ff. de eo, quod met.
ca. & no. per gl. fi. in §. ſi ibi. ¶Op. & videtur quod auferens
4 rem nō punitur per l. magiſtratib. ff. de iniuris. Solu. Re† p̄t
auferri dupliciter. ſ. authoritate iudicis, vel ꝓpria authorita
te. Primo caſu licet, & ita loquitur. l. in contrarium alleg.
Sed ſecundo caſu non licet, & ſic loquimur hic. ¶Sed repli-
catur, & vr̄, quod ēt liceat rem auferre authoritate propria
p l. liberam. C. qn̄ liceat ſe ſine iudice iudicare. Sol. Illa lex
loquitur, quando res aufertur incontinenti ab eo, qui rem
a dn̄o abſtulit. & hoc licet; hic aūt loquimur quando res au
fertur non incontinenti ab eo, qui abſtulit. ¶Sed iterum re-
plicatur de c. lator. 2. q 7. ibi res aufertur propria authorita
te, non incontinenti Sol. Illud c. loquit̄ in ſpeciali diſpenſa
tione Papæ; hic autem loquimur ſecundum reg. iuris. cōia.

§. Sane.

1 *Actio bono raptor: datur etiam non domino pro intereſſe.*

2 *Actio vi bono. rap ſi datur habenti intereſſe, tunc ille agit ad qua-
druplum ipſius intereſſe.*

Actio vi. bono. rapt. competit cuilibet habent. intereſſe
rē nō eſſe raptam, licet nō ſit dn̄s Et datur illa actio ex eiſ-
dem cauſis, ex quibus datur actio furti. h. d. ¶Notandum
1 †primo, ꝙ actio ui bonorum raptorum, etiā datur non do-
mino pro intereſſe. Et ita datur pro re locata, cōmodata, pi
2 gnorata, vel depoſita, ut hic in text. ¶Notandum† ſecundo
quod habenti intereſſe detur hæc actio, tunc ille nō agitur
ad quadruplum ipſius rei raptæ, ſed ad quadruplum ip-
ſius intereſſe, v. g. Rapti ſunt mihi ſcyphi argentei ualen-
tes centum florenos, ſuper quos mutuaui. 10. florenos
Agendo

Agendo hac actione non conſequor quatercentum flor. ſed ſolũ quater 20. florenos. fa. l. ſi mulier. §. qui poſſeſſionẽ. ff. eo. tit. qđ metus cauſa, & l. pen. §. fi. ff. uti poſſidetis. ¶ Opp. & vr̃ quod incõuenienter dr̃ hic in tex. hãc actionẽ cõpetere ꝑ re depoſita, ꝑ §. ſed is, apud quẽ ſup. ti proxi. vbi dr̃, ꝙ depoſitarius non hẽt intereſſe, ſi res perdet. Solut. Verum eſt, quod depoſitarius cõiter non habet intereſſe, ſi tñ dolũ vel latam culpã cõmiſit vel cuſtodiam promiſit, & res perdatur, habet intereſſe, & ita loquitur tex. hic. Si tamen commiſiſſet dolum, non haberet actionem furti, nec aliam actionẽ, nec in improbitate ſua ſequeretur actionem, ut notatur in d. §. pen. ſupra ti. prox. & facit l. itaque, ff. de furtis.

DE LEGE AQVILIA.
Titulus III.

1 *Damnum duplex.*

CONtinuatur ſic: Dictũ eſt ſup. de furtis & rapina: Hic conſequẽter tractatur de damno, pro quo datur actio l. Aquilia. Et habet l. Aquilia tria capita, quorum ſecundũ non eſt in vſu. Diuiditur ergo iſte titu. in tres partes. Nam primo tractatur de primo capite ſeu capitulo. Aquiliæ. In ſecunda ibi, caput de tertio capite. Et tertia ibi, Cæterum
1 de actione Aquiliæ, & de natura eius. ¶ Notandum † circa rubricam, ꝙ eſt duplex damnum. Nam quoddam eſt non dum illatum, ſed timetur futurum, & vocatur damnum infectum de quo eſt ti. ff. de dam. infe. & de illo dãno non tractatur hic. Aliud de damnum illatũ & de iſto hoc tractatur.

§. Damni iniuriæ act.

1 *Seruum alienum vel pecudem quadrupedem occidens ad quid teneatur, & quę actione.*
2 *Lex Aquilia vnde nomen ſortita, & qui eius vſus, ibi & nu. 4. 5.*
3 *Lex Aquilia habet oculos retro.*
6 *Damnum dupliciter accipitur.*
1 Summatur ſic, Occidens † iniurioſe alienum ſeruum vel pecudẽ quadrupedẽ, tenetur domino tm̃ dare, quantiplurimi eo anno ſeruus, uel pecus valuit actione. l. Aquilia.

Et

Et in numero pecudũ quadrupedẽ ſunt animalia, q̃ gregatim paſcuntur, ut oues, boues, &c. & non feræ, beſtiæ, neq.
2 caues. h. d. Not. † primo, ꝙ l. Aquilia habere nomen ab authore, lata. n. hæc ſex eſt a quodã tribuno plebis Romanæ, q uocabare Aquilius, ut inf. eo. §. caput uerſic. nam plebem Romanã. Et inuenta eſt iſta l. vt ſuccurrat illis, qui iniuſte
3 patiunt damna ab alijs. ¶Notad. † ſo quod lex Aquilia hẽt tria capitula ſeu capita, quorũ ſm non eſt in uſu, ut dictum eſt circa rubricã hic, & per primũ caput punit occidẽs alienũ ſeruum, vel aĩmal in tanto, quanti plurimi ualuit ſeruus vel animal inf annũ retro cõputãdo a tpe quo occiſio facta eſt. Et iõ dr cõiter, quòd lex Aqui. habet oculos retro, ut l. ait ex. ff. eo. Et debet iſta pœna computari ſecundum cõem æſtimationem, & non ſecundum ſingularem affectionẽ, ut l. ſi ſeruum meum, ff. eo Debet etiam æſtimatio fieri ſecundùm conſuetudinem loci, in quo quis cogitur reſpondere,
4 vt in gl. in d. l. ſi ſeruum meũm. †Et datur iſta actio domino ſerui vel animalis occiſi, ut l. item Mela § legis. ff. eod. vel quaſi domino. ut vſufructuario, ut d. l. item Mela. §. ſi. Et datur cuilibet habentis ius iure, quamuis ſua non interſit, ut ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, l. 2. ſicut de actione furti dictum eſt ſup de obli. quæ ex maleficio naſ. §. furti
5 autem. ¶Nota. † tertiò, quod actio l. Aquiliæ ex primo capite ſolum datur pro ſeruis, & animalibus quadrupedibus, quæ in numero pecudum ſunt, hoc eſt, quæ gregatim paſcuntur, facit l. legatis ſerui, §. pecoribus, ff. de leg. 3. Et ideo ſi quis occidat canem, non tenetur actione l. Aquil. ex 1. capite, ut l. 2. ff eo. Tenetur tamen hac actione ex tertio capite, ut .ſ. tantum ſoluat, quantum ualuit canis retro cõputando inf. 30. dies, ut l. ſi ſeruus ſeruum, §. tertio autem capite, ff. eod. Et hoc uerum eſt niſi talis canis fuiſſe mordẽs, quia tunc licet eum occidere ſine pęna, imo dñs canis teneretur læſo, ſi non tenuiſſet canem ligatum, ut l. 1. §. ſed & ſi canis, & l. 2. ff. ſi quadru. pau. feciſſe dica. Quod autem dicitur hic de feris, intelligi debet, ſi feræ non ſunt manſuetæ, ut l. 1. §. beſtias. ff. de poſtula ¶Opponitur, & videtur ꝙ ille tex. de d. Aquilia ſit ſuperfluas, contra. l. quib. in pri-

ma

ma conſtitutione.C.quia de damno illato tractatur etiam ſupra.ſ.de furtis,& rapina,in duobus ti.,px.ſupra.Sol.Dã-
6 nũ† accipit̃ dupliciter, vno modo generaliter pro quacunq. diminutione patrimonij,ut l.3 ff.de dam.infec.Et ita comprehendit in ſe furtum & rapinam. Alio modo proprie, & ſpecialiter.l.qñ facta eſt corruptio, uel deterioratio ei,ut l. qui occiderit,§.in hac ff.eo & ſic non comprehendit furtũ, neque rapinã,quæ conſiſtunt in amotione ſeu contrectatione rei,ut l.ſi ſeruus.§.ſi oliuam ff.eod.& §.idem,& in ſylua.

§.Iniuria.

1 *Iniuria quid fieri in actione legis Aquiliæ, quod nullo iure fit.*
2 *Occidere alium an poſſit quis impune.*
Ludum exercens prohibitum ſibi, & interficiens aliquem quoque euentu, qua pœna aut actione teneatur

Summatur ſic. Ille occidit per iniuriam,qui nullo iure occidit. Et ideò, ſi quis occidit aliũ ſe defendendo uel caſu, vel ſe ludo ſibi undequaq; licito, nulla culpa interueniente, nõ
1 tenetur actione l.Aquiliæ h.d ¶Not. † primo,ꝙ in actione l.Aqui. iniuria dr̃ aliq̃d fieri,quod nullo iure fit, cõcordat. l.ſed & ſi.iniuriã.ff.eo.ſiue fiat per dolũ, ſiue per culpã etiã leuiſſimã ut l.3.ff.e.ſa.l.in leg.2 ff.e.Sed aliter capitur iniuria in actione iniuriarum, ut videbitur infra de iniurijs, in prin.¶Not.ſcd'ò, ꝙ quis põt impune aliũ occidere, uidelicet latronẽ inſidiantẽ ut hic dicitur.ad hoc tamen requiritur, ꝙ ille occidens faciat hoc pro defenſione ſui corporis vel rerum,& quòd aliter non poſſit euadere.i. cũ moderamine inculpatæ tutelæ, q̃a defenſion ẽ iuris naturalis,alias non licet ut notatur per gl.& Bar in l.furem.ff. de ſicarijs, concor.cle unica,de homicidio. Non tamen tenetur fugere, ſi fuga eſſet ſibi ſcandaloſa, ut notatur per Bar. in l.ut uim.ff.de iuſti.& iure. Requiritur etiã, ꝙ tali occidens clamet,ut homines aduentant.qualiter ipſe coactus eſt facere. ut poſtea ſuper illo poſſent de hoc teſtimonia dicere, ut l.
2 4.ff.eod.¶Notandum † finaliter,quod exercens ludum,qui ſibi non licet,vel ratione perſonæ, uel ratione loci, & interficit aliquem, puta ſagittãdo cum baliſta in loco ad hoc

non

nõ ordinato, vel ſi ſit clericus, cui ille ludus eſt interdictus tenetur de homicidio, non tñ punitur lege Cornel. di Sica. quia hic non eſt dolus, qui requiritur in illa lege, ut l. in lege Cornelia. ff. ad legẽ Cor. de Sica. & l. 1. C. eo. punitur tñ talis etiam criminaliter arbitrio iudicis, ſi culpa præceſſit etiam leuiſſima tantum, ut per glo. in verbo caſu, & Bar in l. reſpiciẽdum. §. delinquunt. ff. de pœnis. Similiter ſi dederit operã rei illicitæ, & ut in d. caſu c. ſicut dignum. extra de homi. facit l. aut facta. ff. de pęnis. Patet ex iſtis, ꝙ periculoſum eſt ire ubi baliſtarij exercent ludũ ſuum, quia ſi ibi aliquis interficiatur, imputari debet ſibi ipſi, niſi interueniat dolus, quia ille præponderat culpæ, ut l. item ſi obſtetrix. ff. eo. Patet etiam, ꝙ periculoſum eſt ſagittare in campis, uel in locis ad hoc non ordinatis: quia ſi aliquis lædatur, uel interficiatur, tenetur ſagittans, ut l. ſi quis cum telo. ff. ad le. Corneliã de Sicar. facit d. l. ſi obſtetrix. §. ſeu ſi per luſum.

§. Item ſi putator.

1 *Putator arborum ſi quem occidat deiectione ramorum, vel arborum, an & qualiter teneatur diſtin. ibid. nu. 2.*

3 *Imperitia connumeratur culpæ, & nu. 4.*

1 Si putans arbores † prope uiã publicã aut uicinalẽ, deijciendo arbores vel ramos, & non ꝓclamauit, & occidit ſeruũ aut animal de numero pecudũ, tenẽt actione legis Aql. ex primo cap. Sed ſi ꝓclamauit, aut extra uiam hoc factum fuerit, ẽt ſi nõ ꝓclamauerit, nõ tenẽt hac actione. Tunc ibi, ꝑterea. Similiter hac actione tenetur medicus, ꝑ cuius imperitiã, uel negligentiam ſeruus alicuius occiſus eſt. Tunc ibi, impetu quoq; Sic ẽt tenẽt ductor mulorum uel equorũ, ſi ꝑꝑ imperitiã uel infirmitate ipſius directoris impetũ
2 iſtorũ aĩalium ſeruus occiſus ſit, aut pecus. h. d. ¶ Not. † primo, circa §. itẽ ſi putator, ꝙ illud non ſolũ habet locum in iectione arborũ uel ramorum, ſed ẽt in oĩbus alijs ſimilibus caſibus. & iõ uolens tegere domum cum lateribus, aut lapidibus, debet ponere aliquẽ q admoneat hoĩes, ne tranſeãt per illũ locũ, vel debet ibi ponere ſignum ut hoĩes uideãt. Alias ſi ex caſu lapidum uel lignorum aliquis lædatur, uel

Digitized by Google

occidatur talis ſic regẽs domum, eſſet in culpa. Et qñ fit p̄clamatio, tunc non ſufficit eam fieri in ipſa proiectione, ſed debet fieri ſatis tempeſtiuè, ut periculū uitari poſſit, ut l. ſi
3 putatur. ff. eo. ¶Not. ſecundo, † circa §. præterea quòd impe ritia connumerator culpæ, ut hic d. facit l. imperitia. ff. de reg. iu. Et quod dicitur hic de medico, hoc pōt ēt intelligi de obſtetricibus, per quarum imperitiam & negligẽtia interdum occidūtur puerperæ. poteſt ēt iſtud intelligi de medicis animæ, ut ſunt paſtores, & confeſſores, per quorum imperitiam & negligentiam frequẽter occiduntur animæ, qui licet non teneantur hac actione alicui homini, ſanguis tñ illarum animarum de manibus eorum requiritur a domino Deo, ut c. irrefragabili. extra de offic. ordin. ¶Not. tertio
4 † circa §. impetu. quod ſi ex impetu mularum vel equorū contingat damnum eo quod dirigent huiuſmodi animalia non eſt peritus aut non eſt ſatis fortis ad hoc faciendum, tenetur ipſe, & eſt in culpa, quia non debet imperitia, aut infirmitas ſua alteri eſſe nociua, ut l. idem iuris. ff. eodem.

§. His autem verbis.

1 *In actione legis Aquiliæ, ex primo capite, quid ſpectandum.*
2 *Actio legis Aquiliæ, eſt ciuilis.*
3 *Actio, quando dicatur pœnalis.*

Summatur ſic: Quia in actione legis Aquiliæ non ſolum conſideratur ualor ſerui, uel aĩalis occiſi eo tempore, quo occiſio fit, ſed quanti plurimi ualuit eo anno in iſta actio eſt pœnalis, & non tranſit ad hæredes. Et nō ſolum conſideratur æſtimatio dāni in re perẽpta, ſed oẽ dānum & ceſſans lucrū, quod occaſione intentionis rei prouenit. h. d. ¶Not.
1 primo, † quod in actione legis Aquiliæ ex primo capite cōſideraẽ, quāti plurimi res valuit eo anno quo occiſio facta eſt, ut dictū eſt ſup. eo. § 1. Et licet regulariter in dānis nō cōputetur lucrū ceſſans, ut ff. de act. emp. & vẽd. l. ſi ſterilis. §. cū per uenditorẽ. in iſta tñ actione ēt lucrū ceſſans cōputaẽ, ut v. g. Si quis habeat duos equos ad colendū terram ſuam, aliquis occidit unū ex illis equis, ille nō ſolū tenetur ſoluere illum equū ſed tenetur ſoluere totū dānum, quod ille hēt

ex

ex eo,ꝙ terra ſua non eſt culta ex defectu equi occiſ.Si
liter ſi quis habeat duos ſeruos ſcientes cantare comędi
& unus ſolus ſeruus neſcit cantare comędias,ſi aliquis o
cidat vnũ illorum ſeruorum, iiie non ſolum tenetur ad ę
matione illius ſerui occiſi,ſed et ad lucrum ſoluendum,q
dñs conſueuit habere ex cantu illorũ ſeruorum. Et hoc e
2 quod dr̃ hic in fi.tex.Ex illo†patet,quod hac actio eſt pœ
nalis,& ideo non tranſit ad hæredem, niſi lis fuerit cõtel
ta cum defuncto,ut C.ex delic.defun.l.1. vel niſi hæres fu
rit ex hoc factus locupletio ,ut l ide Neratius.§. hãc act
nẽ.ff.eo quia turpia lucra ſunt ab hæredibus extorquend
3 vt ff.de calumnia l.in hæredem.¶Not.†ſecundo,ꝙ actio
citur pęnalis,qñ plus ſoluitur pro re,quam ualuit res,pro
pter quam intentata eſt actio.non autem dicitur actio po
nalis,qñ quis ſoluit aliquam pœnam. ¶Opponitur. Na
contingit ſeruum vel animal occiſum plurimi eſſe,eo tẽp
re quo occiditur , quo caſu iſta actio non videtur eſſe pęi
lis, & per conſequens hoc caſu debet tranſire ad hæred
ergo inconuenienter dicitur hic, ꝙ iſta actio nunquã trãſ
ad hæredes,niſi in caſibus in notabili dictis.Solu. Licet i
iſto caſu hæc actio non ſit pœnalis,apta nata tamen eſt eſ
pęnalis,& iura loquuntur ſm aptitudinem.facit l.1.§. quo
tidiana.ff.de aqua quotidiana & ęſtiua.loquuntur et leg
ut in pluribus,& de his quæ frequentius fiunt,ut l. nam a
ea.ff.de legibus.facit l.1.§.item fluminum ff.de fluminibu

§.Liberum.

1 *Dominus ſerui occiſi,qua actione aget,& quotuplici.ibi & nu.2.*

1 Summatur ſic:Dñs † ſerui occiſi,poteſt agere l.Aquil.ve
2 l.Cornel.de Sica.h.d.¶Notandum,† quod pro ſeruo occi
ſo punitur quis l.Cornel. de Sica. ſicut pro libero homini
occiſo,ut ff.ad le.Cornel.de Sica.l.1.§.1. Et ideo dominus
ſerui occiſi habet duas actiones . Si tamen intentet unam
non poteſt ſimul alia actione agere, ut ff.de pub.iudic.l. 4
& l.1.ff ui bonorum rapt.Sed una peracta poteſt alia inten
tare,ut C.quando crim.actio.ciui.præiud.l.1. Et hoc eſt ve
rum,niſi in prima actione data eſſet ſententia abſolutori

§. Caput.

1 *Lex Aquilia habet tria capita.*
2 *Legis Aquiliæ caput primum, & tertium, in quo conueniant, & in quo pugnent, & nu 3.*
4 *Ruptum, verb. eſt commune & generale.*
5 *Verba in præfatione poſita, an intelligantur repetita in ſequentibus ibid nu. 6.*

Sũmatur ſic: Reiecto capite ſm legis Aquiliæ, ex tertio capite punitur quis, ſi dolo, uel culpa in cęteris animalibus in primo capite non enumeratis, uel alijs reb. damnum fecerit, & damnatur quãti plurimi fuerit res non integro an-
1 no, ſed in dieb. triginta proximis. h. d. ¶Not. † primo, quod lex Aquilia habet tria capita, ut ẽt dictũ eſt ſup. eo. in prin. Sed ſm caput nõ eſt ĩ uſu, nec eius uerba habemus, ſed ſolũ habemus duo capita. i. capitula. ſ. primum & tertiũ, ex quo patet, quod qñ aliqua lex continet diuerſa capitula, tunc quauis unum capitulum nõ ſit in vſu, aliud qñ põt eſſe in uſu, tunc talis lex non dr̃ propriè abrogata, ſed in parte dero-
2 gatum eſt. ¶Not. † ſm, quod primum caput & tertium legis Aquiliæ in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt. Conueniunt .n. quia ſicut in primo capite requiritur dolus aut culpa, & ſufficit ẽt leuiſſima culpa, ut ff. eo. l. in lege Aquil. nã aliter quis non tenetur, ut dictum eſt ſup. §. iniuriã. uerſ. ac nec is. ſic ẽt in tertio capite requiritur dolus aut culpa. Credo ẽt, quod conueniunt in hoc, quia utrobiq. cõputatur lucrũ ceſſans, ut dictũ eſt de primo capite, ſup. eo. §. his ãt
3 verbis verſ. illud. Sed † differunt, quia in primo capite requiritur occiſio ſerui vel animalis, dẽ numero pecudum. Sed in tertio capite ſufficit vulneratio ſerui uel pecudis, vel in alio aĩali occiſio uel vulneratio, & in alijs rebus deterioratio. Differunt ẽt, quia in primo capite attenditur quanti plurimi res fuerit inf. annũ, retro cõputãdo a tp̃e occiſionis ſup. e. in prin. Sed in tertio capite attẽdit, quãti plurimi res fuerit intra triginta dies, cõputando ẽt retro a tp̃e, quo dãnum datum eſt, ut hic. Et ratio, quare longius tp̃s eſt in primo capite, q̃ in tertio, eſt iſta, quia ibi eſt grauius delictum, ut ff.

Digitized by Google

vt ff. de of. præſi. l. diuus. & l. præcedẽti melius, & eſt hic gl.
4 ſuper uerbo, triginta. ¶ Notandum † tertio, q̃ uerbũ ruptũ, eſt generale. Nã uſta, ſciſſa, effuſa, fracta, uel alio mo do deteriora facta, poſſunt dici rupta, ut hic patet ĩ tex. & l. ſi ſer-
5 uus ſeruum §. inquit. ff. eo. ¶ Notand. † finaliter, & ibi, nec plurimi, quòd uerba in præfatione poſita intelliguntur repetita in ſequẽtibus, ut ff. de uerb. obl. l. Titia. §. idem reſpõ-
6 dit. ¶ Opponitur † contra ultimum notabile, & uẽ, quod ea, quæ ponuntur in præfatione non intelliguntur repetita in ſequentibus per l. Seio. §. fi. ff. de annu. lega. Solut. Quod hic dicitur eſt regulare. Fallit tamen, quando ex repetitione inſurgit uitium aliquod aut ridiculum, ut eſt in l. oppoſitum. alleg. & in alijs, quæ contra allegantur hic in gl.

§. Cæterum.

1 *Legis Aquiliæ actio directa, quando detur. ibi & nu. 4.*
2 *Dominus poteſt ſeruum ſuum claudere in carcere.*
3 *Actio utilis cur ſic dicta.*
4 *Occaſionem dans dampni, an damnum dediſſe dicatur.*

Summatur ſic: Actio directa l. Aquiliæ datur, qñ damnũ datum eſt à corpore in corpus, ſed actio utilis eiuſdẽ legis datur, qñ damnum datum eſt a non corpore in corpus, uel e contra, à corpore in non corpus. Sed ſi damnum datũ eſt à non corpore in non corpus, tunc neq. directa, neq. utilis actio l. Aquiliæ datur, ſed actio in factum. h. d. uſq. ad h. tit.
1 ¶ Notandum † primo, quòd actio directa leg. Aquiliȩ datur, quando damnũ datum eſt à corpore in corpus. v. g. Si quis alienum ſeruum de ponte aut de ripa proiecerit in flumine, & ſeruus ille moriatur, tunc datum eſt damnum a corpore proijcientis in corpus ipſius ſerui proiecti. Ex quo patet, quòd iſte §. non ſolum loquitur in tertio capite, ſed indifferenter in primo, & in tertio legis Aquiliæ. Sed actio utilis legis Aquiliæ datur, quando damnum datũ eſt a non corpore in corpus, ut l. pen. C. eo. ubi notat glo. v. g. Si quis alienum ſeruũ uel animal includat, & fame moriatur, uel animal ita agitauerit, quõd moriatur aut lædatur, datũ eſt damnum a nõ corpore includentis uel agitantis, in corpus

 ſerui.

2 ſerui, vel animalis. ¶Ex quo patet † à cōtrario ſenſu, ꝙ dñs pōt claudere ſeruum ſuū in carcere, non tñ debet in eum ſęuire, vt §. ſed hoc tēpore ſup. de his, qui ſui, vel alie. iuris ſunt. Sic ēt pater pōt incarcerare, & in cōpedibus ponere
3 filium ſuū contumacē; vt l. 3. C. de pat. poteſ. Et † datur ēt vtilis actio, qñ econtra datū eſt damnū a corpore in nō corpus, de quo nō ponit exemplū in tex. ſed pōt exemplificari, vt ſi quis excuſſerit anulū alterius ex digito ſuo, ut cadat in aquam, vt ff. eo. l ſi ſeruus. §. ſi quis de manu. Et licet iſtis duobus caſibus detur vtilis actio legis Aquiliæ, cōpetit tñ ēt actio in factum, vt l. quemadmodum. §. ſi magiſtratus. ff.
4 eo. Et † dr̄ actio vtilis, quia non datur ex verbis legis, ſeu ex mente ipſius legis, ſed directa uocatur quando ius uel lex nominat actionem. Qñ autē damnum datum eſt a non corpore, in non corpus, nulla actio legis Aquiliæ competit, ſed actio in factum, ſicut ſi quis ex miſericordia liberauerit ſeruū alterius, quem dñs ad caſtigādum clauſit in carcerē, vel poſuit in compedibus. Nā hoc proximum eſt dolo, ut ff. de po. li. ſi homine. §. 1. Sed ſi hoc fecit nō ex miſericordia tūc tenetur actione furti, vt ff. de dolo. & l. elegāter. §. item La-
5 beo. ¶Not. † ſecūdo, quòd hic colligitur, quòd qui occaſionē dāni dat damnum dediſſe vr̄. Et ad hoc pōt iſte tex. allegari. fac. l qui occiderit. §. in hac quoq. actione. ff. eo. Quod verum eſt, ſi occaſio conſiſtat in actu propinquo ipſi damno alias non. Nam faciens gladium, cum quo alius occiditur, non dicitur dediſſe damnum, nec occaſionem damni.

DE INIVRIIS. Titulus. IIII.

1 *Iniuriarum agere pōt iudex ex officio ſuo, parte ēt non conquerente.*
2 *Iniuria an ſit priuatum delictum.*

Continuatur ſic, Dictū eſt ſup. de quibuſdā priuatis delictis & quia iniuria eſt priuatum delictū, nam actio iniuriarum non datur cuilibet, ſed tantū iniuriato, ut infra eod. §. in ſumma, niſi in caſu, ſ. libello famoſo ut C. de famoſis. libel. l. unica. idcirco conſequenter tractatur hic de
1 iniurijs. ¶Notandum † circa rubricam, ꝙ licet iniuria ſit delictum priuatum, iudex tamen ea officio ſuo parte conque-

rente,

rēteſpōt agere iniuriarū. ſm Io. Fab. hic, quia expedit reip. crimina nō manere impunita, vt l. congruit. ff. de offi. præſid. Et iſtud munus dubium hēt apud Canoniſtas, ſm quos oīa crimina ſunt publica. i. reipub. nociua, non ſunt aūt oīa publica. i. manifeſta, vt in c. notandum. 24. q. 3. & notatur per Archid. in c. nō eſt. de conſuetu. lib. 6. ¶ Opponitur ſic
2 † & v̄r, qꝫ iniuria non ſit priuatum delictum, per l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſcopis & cleris. Solu. Aut iniuria committitur in priuatam perſonam, & tunc eſt priuatum delictum, nec competit actio cuilibet de populo, niſi in caſu libelli famoſi, vt dictum eſt, aut cōmittitur in publicā perſonam, & tūc eſt publicum delictum, vt ſi fiat iniuria clerico ſeu ſacerdoti, & ſic loquitur lex in oppoſitū allegatā. Nam tunc pōt dici ſacrilegium, quod in dubio eſt publicum delictum. Maxime ſi ſit iniuria, commiſſa re. Nam ſi fieret ſolo verbo iniuria facta clerico, non eſſe crimen publicum.

§. Generaliter.

1 *Iniuria quid Et quotuplex ibid & nu. 2.*
3 *Sententia iniqua, & iniuſta. quid differant.*

1 Summatur ſic. † Iniuria generaliter dicitur omne, quod fit non iure. Specialiter triplex eſt iniuria ſ. contumelia, culpa, & iniquitas, ſeu iniuſtitia. h. d. & patet intel. tex. ¶ Not.
2 primo, qꝫ tres ſunt ſpecies iniuriæ, quarum prima dicitur contumelia verbalis aut realis, ſub qua etiam cōtinetur detractio Et de iſta iniuria præcipue tractatur in hoc tit. & ēt ff. de iniur. vt gl. ibid. l. 1. Alia ſpecies dicitur culpa, ut quando damnum illatum eſt alicui ex dolo, & culpa, & de iſta ſpecie iniuriæ non tractatur hic, ſed de illa dictum eſt ſup. ad leg. Aquil. Tertia eſt ſpecies iniuriæ, quæ dicitur iniquitas ſeu iniuſtitia iudicis. Nam qn̄ iudex pronuntiat contra æquitatem, tunc dr̄ iniquitas, & quando pronuntiat contra rigorem iuris, tunc dicitur iniuſtitia. Si aūt pronuntiet contra æquitatem & contra ius, tunc dicitur ſimul iniquitas &
3 iniuſtitia. Eſt † tamen differentia inter ſententiam iniquam & iniuſtam. Nam ſententia dicitur iniqua qn̄ iudex ſcienter pronuntiat cōtra ius, & tunc facit litem ſuā, & efficitur

Digitized by Google

infamis, vt l. ꝑtore edixit. & ibi ꝑ Bar. ff. eo. Sed iniuſta ſnia ſa dr, qñ iudex ignoranter pronuntiat contra ius, & tunc non efficit infamis, debet tñ ſindicari, ideſt corrigi arbitrio ſindicatorũ. Nam ſm iura officialibus dandi ſunt ſindicatores. qui poſt cõpletum officiũ, debent inueſtigare ſnias latas, & ſi inueniant aliquas iniuſtas, debent punire iudices, qui tales ſententias pronunciauerũt, vt no. per Ang. in l. 1 ff. eo.

§. Iniuria.

1 *Iniuriarum actione, qualiter quis teneatur ibi. & nu. 6. & nu. 11.*

2 *Pugno ictus dici poteſt pulſatur, non autem uerberatus.*

3 *Iniuria, fit etiam verbis. Limit. nu. 4.*

4 *Iniuriarum actione tenetur, poſſidens bona tanquam debitoris ſui, qui tamen nihil debet.*

7 *Iniuriam actione tenetur, qui ſcribit, componit, aut producit libellum famoſum.*

8 *Matrem famil. quæ dicatur affectari Et qua actione teneatur.*

9 *Prætexta quid. Et quis dicatur prætextam affectari, & qua actione teneatur.*

10 *Mulieris pudicitiam attentans verbo uel facto, tenetur actione iniuriarum.*

1 Sũmatur ſic; Pugno† aliquẽ ꝑcutiens, pulſans, aut fuſtib. cædens ſeu verberãs, vel ẽt alicui cõuitians, vel bona alicuius poſſidẽs, quaſi debitoris, qui non eſt debitor, uel libellũ famoſum ſcribens aut cõponens, & ad hoc conſilium dãs, aut ad aliquid ꝑdictorũ, vel matrẽfamilias ſeu ꝑtextarum aũt ꝑtextatã affectans, alicuius mulieris pudicitiã attẽtans, & plurib. alijs modis ſimiliã faciens, tenetur actione iniu-

2 riarũ. h. d. ¶ Not.† primo, ꝙ qñ quis ꝑcutitur pugno, tũc pt dici pulſatus, & non verberatus: quia verberatio fit aliter, q̃ cũ pugno, qđ facit, ſi ſit ſtatutũ puniens verberantẽ, tunc ſi quis aliquem percuſſerit pugno, non cadit in pęnã illius ſtatuti. vt l. item apud Labeonẽ. §. verberaſſe. ff eo. ¶ Notan

3 dum† ſecundo, ꝙ iniuria non ſolũ fit re, ſed ẽt uerbis. Nam conuitians. i. dicens alicui uerba uituperoſa, tenetur actione iniuriarũ, vt dicendo, tu es fur vel latro, uel ẽt dicendo, tu mentiris iniurioſe, vel ẽt dicendo tu es ſpurius. licet ſit,

ut

vt notatur in §.1. Auth.quib. mod.naturales efficiūtur ſui.
4 Et hoc† eſt verum,niſi talia dicant ad vtilitatē reipublicæ, vt. ſ. ſciantur crimina, ne talia ad honores promoueantur in nocumentum reipublicę,vt notatur in verbo.infamauit in l.eam qui nocētem ff.eo. Canoniſtæ tñ dñt,ꝙ etiā committitur iniuria, qñ aliquid improperatur alicui quod expedit reipublicæ, vt ſciatur; vt ſi dicatur,tu es leproſus,ex quo hoc fit non iudicialiter,vt notatur in c.ſi culpa, ext. de iniurijs,& dam.dat. Bar.tñ in d.l. eum qui ff. eo. tenet con
5 trarium. ¶Not.† tertio,ꝙ ille,qui poſſidet bona alicuius tāquā debitoris ſui,q tñ nihil ſibi debet,tenetur actione iniuriarū,vt hic.Et ideò,ſiqs faciat ſe mitti in poſſeſſionem bonorum alicuius abſentis quaſi ille ſit debitor ſuus & ille ſibi nihil debeat,q̄uis hoc ſit iudicialiter factum,tenetur tñ actione iniuriarum, quia dedit alijs intelligere, ꝙ ille non eſſe ſatis ſoluendo, & oſtēdit vtilitatem ſeu paruitate rei fæmiliæ ſuæ,quod fieri non debet,vt C.qñ & quib quarta
6 pars debe de bonis decuri.l.2.§.1.lib.10. Patet† ēt,ꝙ ſi qs traxerit aliū in iudicio, quaſi eſſet debitor ſuus ſciēs eū nō eſſe debitoré, & ſuccubuerit, poterit ille ſic vocatus cōtra eum agere iniuriarū, vt l.ſi creditor ff.eo. Patet ēt,ꝙ ſi qs dicat aliquē eſſe debitoré ſuum, qui in veritate non ſit, tenetur illi actione iniuriarum d.l.2. C. quan. & quibus.lib. 10. Sed pōt qs aliquē appellare debitoré, aut in ius vocare,ſi in veritate ſit debitor, quia vtitur iure ſuo, quomodo homini fit iniuria,vt l.cū,qui.ff. eo. Si tñ aliqs propria authoriate intrare poſſeſſioné bonorū illius, qui in veritate eſt debitor ſuus,facit ſibi iniuriam,vt l. ſi iniuriæ. ff. eo. & cadit à iure ſuo,vt eſt tex.& glo.in l.fi.ff. qđ metus cau. fa.
7 l.ſi qs in tñ.C.vnde 3.¶Not.†quarto,ꝙ ſcribens aut cōponens vel ēt producens libellum famoſum, tenetur actione iniuriarū ciuiliter. Et ſi infamat de criminali capitali tenetur criminaliter,vt eſt gl.in l.vnica.C.de famo.libel.& tūc quilibet de populo pōt agere, vt eſt gl.in verbo, ſi quis,& in ver.capitali in l.quod ſenatus.ff.eo. Et accuſans talē meretur pmiū,quod cōſequitur arbitrio iudicis.vt l. lex. Cor
8 nelia.§. fi.ff. eo.¶Notandū† quinto,ꝙ ille dicitur affectari

matrem

Digitized by Google

matrem familias, quæ vtitur veſtibus honeſtarum matronarum, cum tamē conſtet eam inhoneſtam eſſe, & ſi faciat hoc in ignominiam alterius tenetur actione iniuriarum l. 3 §. fi. ff. de libe. ex h. & l. nam ciuium ff de his qui ſunt ſui vel alieni iuris Et hinc ſumpſit occaſionem ſtatutum, quod in nonnullis eſt ciuitatibus, ꝙ meretrix teneatur portare vnam petiam panni cū ſtola in humeris, vt diſcernatur ab
9 honeſtis. ¶Not. † ſexto, ꝙ prætexta, eſt veſtis, quia ſolebant vti nobiles ciues Romani. Et dr̄ aſſectari prætextatum, vel prætextatam, qui vtitur tali veſte, & nō eſt de numero nobilium, & tenetur actione iniuriarum, vt l. apud Labeonem §. aliud. ff. eo Ex quo patet. ꝙ veſtis reputatur cū perſona. Et ideò ſi quis capiat veſtes clerici, vel ſcindat, vel laceret res animo iniuriandi cadit in canonem ſi quis ſuadēte. 17. q. 4. Et ita dicit Inno. in c. nuper extra, de ſent. excō. Patet etiam, ꝙ ſi ruſticus vtatur veſte longa, ſubducta varie in deriſionem doctorum. tenetur iniuriarum, vt l. item apud Labeonem. §. veſtem. ff. eo. Patet ēt ꝙ ſi quis vtatur cappa alicuius religionis, ſicut faciunt laruati tempore carnis priuij in haſtiludijs, poſſent illi religioſi agere contra tales iniuriarum, vt in §. fi. in Auth. de ſanct. & epiſ. & in l. minime. C.
10 de ſacroſan. eccleſijs. ¶Not. † ſeptimo, quòd qui attentat pudicitiam mulieris verbo vel facto tenetur iniuriarum, & ſi aliquis filocaptus, ideſt, inamoratus frequenter inſequeretur aliquam mulierem, poſſet illa agere contra eum iniuriarum, vt l. item apud Labeonem. §. appellare ff. eo. quod verum eſt ſi ſit mulier honeſta, ſecus ſi eſſet inhoneſta vt
11 d. l. apud Labeonem. §. ſi quis virginem. ¶Notandū † finaliter quòd adhuc ſunt plures modi, quibus committitur iniuria, de quibus hic non exemplificatur, vt ſi aliquis prohibet alteri piſcari in mari, vel balneare in balnee publico, uel ire per publicam plateam, vel vtire ſua, de quibus omnibus habetur in tit. de iniurijs. ff. eo.

§. Patitur autem quis.

1 *Pater an poſſit agere pro iniuria facta liberis in poteſtate exiſtentib. ibid. & nu. 2. Et quid de Epiſcopo, nu. 3.*

Pater

Digitized by Google

4 *Pater non habet actionem iniuriarum pro filio emancipato.*
5 *ſponſus habet actionẽ iniuriarũ pro ſponſa ſicut maritus pro vxore.*

1 Summatur ſic. Pro † iniuria facta liberis exiſtentibus in ptãte, habet pater actionem. Et pro iniuria facta uxori agit maritus, ſed non econtra. Et pro iniuria facta nurui agit ſocer, ſi maritus ipſius nurus ſit in ptãte ſoceri. h. d. & patet
2 in tex. tex ¶Not. † primo. ꝙ qñ dr̃ hic patrẽ poſſe agere pro iniuria facta filio, hoc dẽt intelligi, ſi iniurians ſciuerit eum eſſe in ptãte. licet non ſciuerit in cuius ptãte eſſet. Et ita ẽt intelligitur de vxore, nã ſi aliquis faceret iniuriã filio & crederet eũ eſſe patrẽ familias, vel vxori, q̃ credere uiduam, tunc pater nõ haberet actionem iniuriarum, neq. maritus, vt l. eum, qui nocentẽ §. fi. ff. eo. Et ſicut pater habet actio-
3 nem iniuriarum pro iniuria facta filio, ſic † ẽt epiſcopus põt agere pro iniuria facta clerico ſuo, & abbas pro iniuria facta monacho ſuo, & ciuitas põt agere pro iniuria facta ciui ſuo, differenter tñ, quia epiſcopus abbas, uel ciuitas non habent hanc actionẽ niſi iniuria facta ſit in eorum contumeliam, ſed pater habet actionem pro iniuria facta filio, licet ſit facta filio, & non ſit facta in contumeliam ſuam, ut ff. eo.
4 l. 1. fi. ¶Not. † ſecundo; ꝙ pater non habet hãc actionẽ pro filio emãcipato, ut ſatis patet ex iſto textu. & eſt gl. in l. ſed ſi vnus. §. filio, verſi. ſed & ſi pater. ff. eo q̃uis gl. hic in ver. patris, dicat contrarium: ſic ẽt pater nõ habet actionẽ iniuriarum pro filio naturali tm̃ ſeu ſpurio, quia expreſſã ſunt perſonæ, pro quibus pater habet illã actionẽ, in l. 1. & 2. ff. eo. qui tñ facit iniuriã vni perſonæ, ille faciat iniuriã oĩbus de cognatione illius, quantum ad hoc, ꝙ nõ poſſunt eſſe teſtes, ſed quilibet nõ põt agere iniuriarum ſaltem ciuiliter, criminaliter tamen quilibet de cognatione agere põt, ſicut
5 alius extraneus vt notatur per Bar in d. l. 1. ¶Notand. † tertio, ꝙ ſicut maritus hẽt actionem iniuriarum pro uxore, ſic etiam ſponſus pro ſponſa, vt l. item apud Labeonem. §. ſpõſum quoq. ff eo. Ex prædictis ergo patet, quod pro iniuria facta vxori quatuor perſonæ poſſunt agere ſcilicet in ſamet vxor pater eius, maritus eius, & ſocer. ſcilicet pater mariti. in cuius poteſtate eſt ipſe maritus, ut ff. eo. l. 1. fi.

§. Seruis

§. Seruis autem ipſis.

1 *Seruo iniuria fieri non poteſt, iure ciuili naturali poteſt.*
2 *Dominus an habeat actionem pro iniuria illata ſeruo. diſting.*
3 *Seruo illata iniuria agit proprietarius non uſufructuarius.*
4 *Pro iniuria illata diſcipulo, non agit magiſter uel artifex.*
5 *Iniuriam factam ſubdito, in contumeliam eius, non poteſt dominus remittere.*
6 *Iniuria facta ſeruo communi, an domini agant pro portione.*

Summatur ſic. Seruo non fit iniuria, ſed domino eius, & habet dominus actionẽ pro iniuria facta ſeruo, ſi ſit atrox, uel facta in contumeliam ipſius domini & pro iniuria facta ſeruo cõi, habent domini actonem, nõ pro portione dominica, ſed ſcḋm conditionem dominorum, & pro iniuria facta ſeruo uſufructuario, actionẽ habet proprietarius, ſic ẽt pro iniuria facta libero homini bona fide poſſeſſo, non hẽt poſſeſſor actionẽ, niſi facta ſit in eius cõtumeliã, & pro iniuria facta ſeruo alieno bona fide poſſeſſo, nõ hẽt actionem poſſeſſor, ſed dominus, niſi in eius contumeliã facta ſit iniuria
1 h. d. & patet in tex. ¶Not. primo, ꝙ licet ſeruo non fiat iniuria inſpecto iure ciuili. Secus tñ inſpecto iure naturali, ut l. eũ qui nocentem. §. 1. ff. eo. & l. 2. ff. de his qui ſunt ſui
2 uel alieni iuris. & ſupra. § fi. ff. eod. ¶Not. ſcḋo, ꝙ pro iniuria facta ſeruo dominus hẽt actionem, ſi ſit iniuria atrox. Quæ aũt atrox iniuria dicatur ſtatim patebit inf. eo. §. atrox. aut ẽt ſi iniuria facta ſit in contumeliam domini, ut hic in tex. ſed ſi iniuria facta ſeruo non ſit atrox nec facta ſit in contumeliam domini, tunc dominus non hẽt actionẽ pro ea, non tamen relinquitur inulta, q̄a officio p̄toris punitur, ut l. itẽ
3 apud Labeonẽ. § ſi quis ſic facit. ff. eo. ¶Not. tertio, quòd pro iniuria facta ſeruo uſufructuario, non agit uſufructuarius ſed proprietarius, ut hic niſi iniuria facta ſit in contumeliam uſufructuarij; nam tunc ipſe habet actionem, ut l. itẽ apud Labeonem. §. ſi uſumfructum. & §. item, ſi liberũ. ff. eodem. ſic etiam pro iniuria facta alieno ſeruo, non agit bonæ fidei poſſeſſor, ſed dominus ſerui, nec pro iniuria facta libero homini bõa fide poſſeſſo, agit ipſe poſſeſſor, ſed ipſe

Digitized by Google

Ipſemet liber homo, niſi talis iniuria in contumeliam illorum poſſeſſorum ſeu poſſidentium facta ſit, ut l. item apud Labeonem. §. antep. ff. eod. ¶ Not. † quarto, ꝙ magiſter uel artifex non agit pro iniuria facta diſcipulo ſuo, quia ſibi per diſcipulum nō acquiritur, vt C. ꝑ quas perſ. nob. acq. l. 2. niſi iniuria fieret in contumeliā magiſtri uel artificis, quod tūc contingit, quando alias non fieret iniuria, niſi eſſet diſcipulus illius magiſtri uel artificis, ut l. ædiles. §. Pedius. ff. de ædilitio edic. uel ēt ſi fieret in pſentia magiſtri uel artificis, ut l. fallus. §. ſed ſi is. ff. de furtis. ¶ Notā † finaliter, ꝙ dñs poteſt agere pro iniuria facta ſubdito ſuo, ſi facta ſit in eius contumeliam, dominus tamen nō pōt illam iniuriam remittere, ita quod ſubditus nō habeat actionem, niſi cōſentiente ſubdito, & ideo poſtq̄ fuerunt guerræ, & in tractatu pacis dominus remiſit oēs iniurias ſubditis ſuis factas, illa non obſtante poſſunt ſubditi adhuc agere contra iniuriantes, niſi conſenſerint in illam remiſſionem, ut notatur in c. authoritate, extra de priuil. lib. 6. in uerbo, pertinent. ¶ Opponitur
6 † ſic, & vt, quod nō bene dicatur hic in textu, ſi iniuria facta ſit ſeruo cōi, quòd tūc domini nō agunt proportione dominica, per l. ſed non æquum eſt. ff eo. ſolu. Aut iniuria ſit ſeruo cōi in contumeliam unius, uel plurium dominorum, & tunc locum hēt quod hic dicitur, quia tunc agitur ex pſona dominorum: aut iniuria facta eſt ſeruo ſimpliciter, & nō in contumeliam dominorum, & tunc agitur a dominis proportione dominica, aut iniuria punitur officio prætoris, ut dictum eſt, ſi non ſit atrox, & ita intelligitur lex in oppoſitum allegata, facit l. item apud Labeonem. §. ſi. ff. eod.

§. Pœna autem iniuriarum.

Iniuriarum pœna quæ in l. 12. tabu.
Membrum quid.
Supplicij ſimilitudo.
Iniuriarum prætoria actio, tantum durat Anno.
Iniuriarum libellus qualiter formandus.
Iniuriarum pœna ciuilis, introducta per legem Corneliam.
Iniuria eſt ſi quis domum violenter alienam ingrediatur.

Sum-

Digitized by Google

Summatur ſic. Olim ex lege 12 Tabul. pœna iniuriarum pro mẽbro abſciſſo erat pęna talionis, ſed ꝑ mẽbro fracto, ſeu læſo erat pœna pecuniaria: hodie aũt pœna iniuriarũ eſt p̃toria, & æſtimatᷓ ab iniuriato, ſᷓm conditionem ipſius iniuriati, & q̃titatẽ iniuriæ. In tribus tamen caſib. pœna iniuriarũ eſt ciuilis, ſ. ſi qs fuerit pulſatus, uel verberatus, vel ſi qs domũ ſuã violenter intrauerit, q͂a talis pęna intͦducta
1 eſt p l. Cor h.d. & patet in tel. tex. ¶ Not. † primo, ꝙ pœna iniuriarũ leg. 12. tab. erat talio pro mẽbro rupto; ſed pro mẽbro fracto ſeu læſo erat pœna pecuniaria conſtituta. Et
2 dr̃ † membrum ſᷓm Bar. & gl. in l. non ſunt. ff. de ſta. hoĩum. ꝙ habet ſpeciale officium in corpore, vt oculus q͂ videt, & ma
3 nus & ita digitus non eſt mẽbrum. Dicitur † ãt talis ſimilitudo ſu pplicij, ut ſi quis manũ amputauerit, ei manus amputetur, ut C. de calũ. l. fi. & ita loquiᷓ de talione c. calũniator. 2. q. 2. vbi dr̃, ꝙ deficiẽs in accuſatione puniᷓ pęna talionis, quod eſt uerũ in ordinarijs criminibus: in extraordinarijs ãt punitur ſᷓm conſuetudinem, ſecundum quam talis pęna ſolet imponi, ut l. athletas. §. calumnitor. ff. de his qui notã-
4 tur infamia. ¶ Not. † ſecundo quòd actio iniuriarum prætoria, non durat niſi per annũ, ut in l. ſi non conuitij. C. eo. & æſtimatur iſta pœna per iniuriatum, iudex tamẽ debet moderari illam æſtimationem, prout ſibi uidetur, ut l. conſtitu
5 tionibus. ff. eo. ¶ Not. † tertio, quod qui vult agere iniuriarum, debet libellare hoc modo. Domine Iudex, facta eſt mihi talis iniuria, illo die & in tali loco, & mallem perdidiſſe 10. florenos quam ſuſtinuiſſe talem iniuriam. Vel ſic; Mallẽ me non paſſum fuiſſe talem iniuriam, quam lucratum eſſe tot florenos. vt notatur per glo & per Bar. in l. iniuriarum ff. eo. & debet concludi. Idcirco domino Iudex peto talem in tanta ſumma pecuniaria, vel quantum uobis videbitur condemnari, attenta qualitate, conditione, & quantitate perſonæ iniuriatæ, & iniuriæ illatæ, ut not. per Aug. in leg. item apud Labeonem. §. ſi quis ſeruo. ff. eod. Nec oportet in libello ponere quod licet animo iniuriandi niſi certe eſſet talis perſona, quæ poſſet corrigere, ut eſt magiſter ſcholarium, quia tunc oportet addere, quòd fecit animo iniuriandi,

Digitized by Google

giandi, ut l. ſed ſi quęcunq;. §. fi. ff. ad leg. Aqui. ¶Notandum
6 † quartò, ꝙ in tribus caſibus dictis in ſummario, pęna iniuriarum non eſt prætoria, ſed ciuilis introducta per l. Cor. ut hic. Et concordat lex Cornelia in prin. ff. eod. & ideo in illis caſibus actio iniuriarum non eſt annalis, ſed perpetua, ut infra de perp. & tēp. act. in prin. Pōt tñ quis, ēt in illis caſib. actionem prætoria intētare, ut in gl. in d. l. lex Cornelia. & dr̄ quis pulſatus, qñ ex iniuria nō hēt dolorē. ſed ſi habet dolorem, dr̄ verberatus, ut d. l. lex Corn. §. 1. ¶Notan-
7 dum † finaliter, ꝙ idem eſt in hoc caſu iniuriarum. ſ. qñ quis violenter ingreditur domū alicuius, an ſit domus propria, an conducta, an gratis cōceſſa, an ibi ſit tanquā in hoſpicio, receptus, nihil refert, niſi eſſet ibi receptus momentum, ut viator, ut l. lex Cornelia. § ſi quis domum ff. eo. uel niſi eſſet ibi tanquam laborator, vel ſtat onarius in apotheca ſua, ut d. l. lex Cornelia. §. tantum. Et illud ſeruit ad ſciendum, quomodo citationes debent fieri ad domum citandi.

§. Atrox iniuria.

1 *Iniuria atrox quotupliciter dicatur ibid & nu. 2. 3.*
4 *Iniuria atrox poteſt etiam committi per parentes in liberos. Et quæ ſit actio eius.*
5 *Iniuria atrox facta patriſa. non differt a facta filioſa. niſi actione.*

Sūmatur hic: Iniuria dicitur atrox, aut rōne facti, aut ratione loci in quo fit iniuria, vel ratione loci in corpore ipſius perſonæ iniuriatæ, aut ex ratione perſonæ, nec refert ut iniuria ſit atrox, an iniuriatus ſit paterfamilias aut filius
1 familias. h. d. ¶Not. † primo quod iniuria dicitur atrox ex facto, ſi qs ſit vulneratus vel fuſtibus, cæſus. Et dr̄ atrox ex loco dupliciter, quia uel ex loco in quo fit iniuria, & ideo iniuria leuis fit atrox, ſi fiat in Eccleſia, vel in foro, uel in conſpectu principis; alio modo ex loco, qui ſumitur in corpore, ut percuſſio facta in oculo, uel in facie, dr̄ atrox, quæ
2 eſſet leuis, ſi fieret in dorſo. Dicitur † etiam iniuria atrox ex perſona, cui fit iniuria, & etiam ex perſona iniuriantis, & ideo leuis iniuria facta ciui, eſt atrox ſi fiat Burgimagiſtro. Et iniuria quæ eſt leuis, ſi fiat ab extraneo, eſt atrox ſi fiat.

Digitized by Google

fiat patre a filio,uel patrono a liberto,quia iſti teneāt ad re
3 reuerentiā talib.exhibendā. Pōt ēt dici iniuria† atrox,rōne tpis,ut ſi fiat tpe conuiuij in conſpectu multorum,ut l.prætor edixit.§.atrocem.ff.eo. & ſi ueſtis alicuius laceretur uel ſcindatur,eſt atrox iniuria,ut no.p Bar.in l.locatio.§. quod illicite.ff de publica & p Inno.in c.nuper,extra de ſenten. excō.¶Not.† ſcdō,ꝙ pōt ēt atrox iniuria cōmitti p parētes
4 in liberos,& tunc liberi habent actionem cōtra parētes,ut in l.prætor dixit.§.pterea.ff.eo. Sed iſta actio eſt in factum, ut d.l.ptor,in uer l. niſi atrocitas, qa actio iniuriarum infamat,ut l.1.ff.de his,qui notan.infa.mō liberi nō poſſunt agere actione famoſa contra parentes,ut l.non dēt.ff. de dolo. Et quando dr, ꝙ liberi poſſunt agere contra parentes, dēt intelligi,ſi ſint emancipati,exiſtentes.n.in p āte nō poſsūt, ut l.is nulla.ff.de iudi. ſed quando commiſſa eſt atrox iniuria a parentibus,tunc cogunt liberos emācipare,ut in gl.in uer.fuerit.in l.ptor.§.pterea.ff.eo. Nec poſſunt liberi agere criminaliter, ſed ſolum ciuiliter,ut l.reſpiciendum.§.furta
5 domeſtica.ff.de pœn.ut p Bar.in d.§ pterea. ¶Not.† tertiò, ꝙ non refert quantum ad hoc,ut iniuria ſit atrox,an fiat patrifami. an filiofam. refert tamen bene quantum ad actionem,qa,ſi fiat iniuria filiofamilias,naſcūtur duæ actiones, ſcilicet filio & patri: quarum tamen utriuſq exercitum pater habet,ut l.ſed ſi unius.§.filiofam.ff.eod. ſed econtra, ſi patri fiat iniuria filius non hēt actionem,ut l.pater.ff. eod.

§.In ſumma.

1 *Iniuria actio differt an intentetur ciuiliter, an criminaliter.*
2 *Actio ciuilis,an tollat criminalem & econtra diſting nu.3.*
4 *Iniuriarum actione intentata criminaliter qualiter iudex punire debeat.*
5 *Procurator non poteſt interuenire iniuriarum actione intentata criminaliter.*

1 Pro qualibet iniuria pōt agi criminaliter & ciuiliter, & quādo agitur ciuiliter, tunc pœna æſtimatur ab actore,ſed quando agitur criminaliter, tunc per officium iudicis imponitur pœna extraordinaria, & licet in criminali actione

non

nō interueniat procurator, illuſtres tñ & ſup illuſtres pñt in cā iniuriam agere, & reſpondere per procuratorem h.d. & eſt gl. in l. fi. in ver. per procuratorem, & oēs Doc. C. eo.
1 Not.† primo, ꝙ differentia eſt in actione iniuriarum ciuiliter intētata & criminaliter quia ſi intentetur ciuiliter, tunc pœna applicatur fiſco, ſi ſit pecuniaria, ut hic in glo. ſuper
2 verb. extraordinaria. in l fin. ff. eo. Not. † ſecundo, ꝙ actio criminalis tollit ciuilem, & econtra, ſi utraque producatur ad uindictam, ut l. ptor. §. 1. ff. eo. & l. quod ſenatus ff. eo. ſecus aūt ſi utraque producatur ad rem familiarem, ut C. qñ
3 criminalis actio ciuili præiudicet. l. unica. Pro † quo diſtinguēdum eſt, quia aut utraq. actio ex eodem facto producit ad rem familiarem, & tunc una piudicet alteri, niſi in eo in quo una excedit, ut infra. ſi quadruplex paupe. feciſſe dicatur in prin. in gl. & in l. & itē de facto. §. fi. ff. nautæ, caupones, ſtabularij, uel una pducat ad uindictā, & alia ad rē familiarem, & tunc una non piudicat alteri: ſi aūt ambæ producuntur ad uindictā, tunc actor habet electionē, & eligendo unā piudicat ſibi de alia, ut ſm. ad leg. Aquil. §. liberum. Hoc tñ fallit in uno caſu, qñ. ſ. agitur pro ſeruo mortuo, q̃a tunc licet ſit actum ex l. Aquilia, poteſt tñ etiam, agi criminaliter ex l. Corne. de ſica. ut eſt ſingularis tex. in l. prætor. §. ſi dicatur. ff. eo. Ex illis ſatis patet, ꝙ licet quis egerit contra aliquem actione iniuriarum, pōt adhuc ille agere cōtra eundem ex l. Aquilia, ad damnum, quia actio iniuriarum non datur ad damnum, ſed datur ad reparationē contumeliæ. ut l. itē, apud Labeonē. §. ſi quis ſeruo uerberato. ff. eod.
4 Not. † tertio, ꝙ qñ agitur actione iniuriarum criminaliter, tunc iudex pōt punire pœna capitis uel ſtatus ut ff. eo. in l. fi. debet tñ iudex in hoc ſeruare conſuetudinem, ut imponat pœnam, quæ imponi conſueuit, ut in gl. in l. quid ergo
5 §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. Not. † finaliter, quod qñ agitur criminaliter, tunc regulariter non poteſt interuenire procurator, ut l. licet. §. ad actionem. ff. de procur. ſiue agatur de crimine publici iudicij, ut l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iud. ſiue de crimine priuato, ut hic, & l. fi. C. eo.

Hoc tamē fallit in illuſtribus, & ſuper illuſtribus, perſonis ut dictum in ſummario. Quæ autē ſunt perſonæ illuſtres, & ſuper illuſtres, habetur in glo. in prin in Auth. ut ab illuſtribus, & qui ſuper eam dignitatem ſunt, collat. 5.

§. Non ſolum.

1 *Iniuriam petens fieri per alium, ſine interuentu pecunia dicitur mandare, interueniente vero pecunia dicitur conducere. Et quando ſuaſor dicatur.*

Summatur ſic. Non ſolum faciens, ſed etiam procurans iniuriam fieri, tenetur actione iniuriarum. h. d. vt l non ſo-
1 lum. ff. eo. ¶ Notandum † ꝙ ſi aliquis petat iniuriam fieri per alium, propter ſeipſum. i. qui petit ſiue interueniente pecuniæ, tunc dicitur mandatum, ſi autem interueniente pecunia dicitur conductor. ſed ſi petat propter eum qui facit iniuriam. tunc dicitur ſuaſor Patet ergo hic, ꝙ conſentientes, & facientes pari pœna ſunt puniendi, quod facit l. 2. §. diuus. ff de iure fiſ. & in iſto caſu, uno ſatisfaciente, alius non liberatur, ut l. non ideo minus. C. de accuſ. ¶ Opponitur, & videtur, quod procurans ſeu conſulens iniuriam fieri non tenetur, per §. tua tantum ſup. mandati. Sol. Ille. §. loquitur, quando quis conſulit hoc, quod tamen ſine conſilio fuiſſet ſic factum, hic autem loquimur quando ex conſilio ſequitur iniuria.

§. Hæc actio.

1 *Iniuriarum actio tollitur diſſimulatione. Et qualiter hoc intelligatur, & quotupliciter, nu. 2. & nu 3.*
4 *Iniuria quot præterea modis tollatur.*
5 *Iniuria unde naſcatur.*
6 *Iniuria ſemel remiſſa, non reuocatur.*
7 *Iniuriam remittere tenemur.*

1 Actio iniuriarū † tollitur diſſimulatio, & ſemel remiſſa iniuria non pōt reuocari. h. d. ut l. nō ſolum. §. iniuriarū. ff.
2 eo. Not. † primo, ꝙ qn̄ dr̄ ꝙ iniuria tollitur ſeu aboletur ꝑ diſſimulationem, hoc pōt intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ ꝑꝑ diſſimulationem non naſcitur iniuria. ut ſi fiat alicui iniuria uerbalis vel realis, & ille ridet, uel ſolatiatur cum

iniu-

Digitized by Google

iniuriante, ita ut appareat ſibi non diſplicere illud, quod dſ, aut quod fit, & ita iniuria tollitur nuda voluntate, ut l.
3 ſed ſi vnius. § nam & ſi. Alio† modo põt intelligi, ꝙ iniuria nata eſt, ſed iniuriatus poſtea comedit & bibit, ridet uel habet ſolatiũ cum iniuriante, tunc ꝑ hoc pſumitur iniuria remiſſa. Verum tñ eſt, ꝙ ſi iniurians, & iniuriatus ambo ſimul vocentur ad aliquod conuiuium, uel ẽt ſi iniuriatus in eccleſia capiat oſculum pacis ab iniuriante, non pſumitur remiſſa iniuria: quia iniuriatus facit iſta ad uitandum ſcandalum, pp quod multa permittuntur, quæ alias non permitterentur, ut in cap. niſi cùm pridem. §. pro graui. extra de re-
4 nuntia. ¶Notã. † ſecundo, ꝙ iniuria tollitur adhuc ſex modis præter iſtam diſſimulationem. Primo modo pacto ut l. ſi tibi decem. §. quædam actiones ff. de pactis. ¶Secundo trãſactione, ut l. nõ ſolum. §. proinde. ff. eo. Tertio, iuro ipſius iniuriantis, ut d. l. non ſolum. Quarto, per lapſum unius anni, ut l. ſi non conuitij. C. eo. hoc tamen fallit in tribus caſibus, in quibus pœna iniuriæ non eſt prætoria, ſed ciuilis, & in illis actio eſt pepetua, ut ſup. eo. §. pęna uerſi. ſed, & lege Cornelia. Quinto, per ſatisfactionem etiam tollitur iniuria, ut l. ſed ſi unius, §. ſi ante. ff. eo Sexto per mortem iniuriati ante litis conteſtationem, vel etiam per mortem iniuriantis, poſt litis conteſtationem, ut l ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus. Per iſtos tamen modos, nec etiã per diſſimulationem, remittitur iniuria ſeu actio iniuriarũ alteri competens, & ideo ſi aliquis vulneratus ſit, & remittat iniuriam, per hoc tollitur actio quæ debetur fiſco, ex quo reſpublica læſa eſt, nemo. n. dñs membrorum ſuorum,
5 ut l. liber homo ff. ad leg. Aquiliam. ¶Notandum † tertio, ꝙ iniuria naſcitur in ipſo actu, quo fit iniuria, & non per illa uerba, reuoco ad animum, licet. n. huiuſmodi verba non dicantur, & iniuriatus oſtendat ſe iratum nihilomiuus nata eſt iniuria, ut no. in l. ſi unus, §. ſed ſi pactum. ff. de pact.
6 ¶Notandum † finaliter, ꝙ iniuria ſemel remiſſa, non reuocatur, ẽt ſi remiſſa ſit ex cauſa, quæ quipem cauſa non ſequitur, cuius eſt exemplum Iniuriatus vult citare iniuriantẽ, & intentare actionẽ contra eum. iniurians petit iniuriã

ſibi remitti, promittē propter hoc ſe daturum vnum librū iniuriato, ſi tunc iniuriatus remittit, & iniuriatus non dat librum, tunc iniuriatus non poteſt agere actione iniuriarum, ſed poteſt agere contra iniuriantem, ut det librum. & ſic ea ingratitudine non conualeſcit actio, ut eſt gl in l. ſi donatio
7 nis. ff. de don. Tenetur autem † vnuſquiſque remittere iniuriam, quantum ad rancorem, iuxta illud in oratione dominica Et dimitte nobis, &c. ſed non quo ad actionem iniuriarum, de quo eſt bona gl. in c. ſi quis contriſtatus. 90. diſt. Ex quo ſatis patet concordia opinionum. quas habent Doc. de iniuria remiſſa ab illo, qui conſtitutus eſt in periculo mortis, & poſtea conualeſcit. nam ſi remiſſit iniuriam quo ad rancorem tātum, prout eſt de neceſſitate ſalutis, adhuc agere poteſt. ſed ſi remiſſit quoad actionem iniuriarum, quod eſt ſupererogationis, tunc poſtea gere non poteſt.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ QVASI ex maleficio naſcuntur. Titulus V.

Continuatur ſic; Dicto de obligationibus, quæ ex maleficio naſcūtur, reſtat nunc dicendum de obligationibus, quæ quaſi ex maleficio naſcuntur.

§. Si iudex.

1 *Iudex male iudicas obligatur ex quaſi maleficio ad pœnam arbitrio ſuperioris iudicis ſibi imponendam. Et nu. 2.*

3 *Iudex male iudicans, parte appellante liberatur a pœna, modo illa pars ſuccumbat.*

4 *Iudex illiteratus iudicans ſecundum conſcientiam, coactus, non tenetur, ſecus ſi non coactus.*

5 *Iudex male iudicant corruptus muneribus aut amore, aut odio, vel alias dolo, tenetur ex quaſi maleficio Et quid in arbitrio. nu. 6.*

7 *Pœna ex quaſi maleficio, infligitur iudici male iudicanti, aut arbitrio iudicis ſuperioris.*

1 Iudex per imperitiam † male iudicās, obligatur ex quaſi maleficio ad pęnam, arbitrio ſuperioris iudicis ſibi impo-
2 nendā, h. d. Not. † primo, qđ illud uerum eſt, & locū hēt ſiue iudex ſit paterfamilias, ſiue filiusfam. ita quod ſi filiusfamilias

Digitized by Google

lias per imperitiã male iudicet, tenetur pater, q̃tum eſt in peculio filij, & põt ẽt filius in hoc caſu cõueniri. Et ſic ſũt hic tria ſpecialia. Primũ eſt, qđ quis tenetur de peculio ex quaſi maleficio, vbi alias non tenetur, niſi ex contractu vel quaſi, vt. ff. de his, qui deiece. vel effud. l. 1. §. ſi filius, & §. cũ ſeruus. Secundum eſt, ꝙ hic habetur reſpectus, quantũ fuit in peculio, tpe quo filiusf. fecit litẽ ſuam male iudicando, vbi alias ſpectatur tempus quo fertur ſnĩa contra filium, vt l. quæſitum. ff. de pecul. Tertium eſt, qđ hic filius conuenitur, vbi alias tm̃ pater conuenitur nomine filij, vt ff. de iudic l. ſi filius. illud tñ non habet locũ ſi filius ſit emancipatus, quia tunc tenetur inquantum facere poteſt, ut l. 2. ff.
8 quod cum eo. ¶Not. † ſecundò, ꝙ in hoc caſu nõ releuat iudicem, ſi dicat quare pars non appellauit, quia pars rñdebit ſibi. Culpẽt me alij, te me laudare neceſſe eſt, ut l. ſi mulier. §. cum in fundo. ff ad Velleia. Si aũt pars appellauit, & ſuccubuit, non tenetur iudex hac pœna, ut l. a proconſulib. C. de appel ſed ſi obtinuit pars appellans, uel ſi appellatio adhuc pendeat, tenetur iudex ad dãna, & ad ſumptus, quãuis non ad totũ intereſſe patris, vt l. fi. ff. de var. & extraor. cogni. Si aũt pars appellauit, & non eſt perſecuta appellatio, quamuis aliquid dicant, ꝙ tunc iudex non teneatur, ut refert Io. Fab. hic in no. tñ dicit contrariũ, qđ. ſ. ẽt tunc iu-
4 dex tenetur, in c ſæpe contingit, extra de app. Not † tertio, quòd ſi iudex illiteratus coactus iudicauit, iudicans ſcđm conſcientiam ſuam, non tenetur hac pœna, ſed ſi non eſt coactus, & voluntariè aſſumpſit officiũ iudicandi, quamuis iudicauit ſecundum conſcientiam ſuam, tñ contra iura tenetur hac pœna, ut in Auth. ſed hodie. C. de iudic. ¶Notand.
5 † quartò, quòd ſi iudex male iudicat, propter munere, aut amore uel odio, uel alias dolo, tunc non habet locum iſta pœna, quia tunc nõ tenetur ex quaſi maleficio, ſed ex maleficio, & fit infamis & punitur, iuxta l. ſi & Auth. nouo iure. C. de pœna iudi. & incidit etiam in pęnam. c. cũ æterni.
6 de re iud lib. 6. ſi ſit eccleſiaſticus. Et qđ hic † dicitur de iſta pœna huius text. etiam habet locum in arbitro, ut C. de pac l. ſi quis in conſcribendo. ſimiliter, & in arbitratore, &

Digitized by Google

ēt in iudice delegato, ut notatur in l. fi. ff. de uar. & extraor. cogn. habet ēt locum in Notario, qui male conficit inſtrā ꝓꝑ imperitiam, ut l. fi. C. de magiſtra. conue. & iō Notarius debet ſcire iura quæ conferunt ad artē ſuā, ut notatur in l. gnali. C. de tabel. lib. 10. Secus eſt de conſultore, quia nemo tenetur ſequi conſilium alterius, vt l. 2. ff. mandati. De aſſeſſore tñ ēt vr̄, ꝙ ipſe teneatur, ſi iudex habet ſequi conſiliū ſuū. Et punitur aſſeſſor uel Iureſconſultus ꝑ imperitiā male iudicans, non aliter q̃ ſi dolo hoc egiſſet. l. 2 ff. qđ quiſq.
7 iur. in aliū ſta. ¶ Not. finaliter † ꝙ iſta pęna infligit̄ arbitrio iudicis ſuperioris, qui debet attēdere ipſum errorē, ex quo iudicatū eſt: plus. n. debet puniri, qui errauit in lege facili, ut ꝙ l. Fuſia canina correcta eſt, qua ſi errauit circa intellectū. l. Gallus. ff. de lib. & poſth. & tenet̄ ille iudex ab totum intereſſe patris, vt dicit Bar. in quadam quæſtione diſputata, quæ incipit, à ſentētia iudicis, qui ꝑ imperitiā iudicauit.

§. Item is, ex cuius.

1 *Inhabitator domus, tenetur pro damno uel maleficio illato per deiectionem uel effuſionem inde factam. Et quæ ſit pœna num. 2.*

3 *Suſpenſum aliquid, ut poſitū habens in tali loco unde ſi caderet, poſſet quem lædere, ille tenetur ad pęnam decem aureorum etiam circa euentum. Et quid ſi caſus contingat in hominem liberum n 4.*

De damno dato ꝑ deiectionē vel effuſionē ex aliqua domo, tenetur inhabitator illius domus ex quaſi maleficio, ſi per alium factū ſit, q̃ per ſeipſum ad duplum dāni dati. Et ſi quis ſuſpendit vel poſuit aliquid, uel ſuſpenſum uel poſitū hēt in loco, in quo ex illo poſſet contingere damnum, veriſimiliter ille tenetur ex quaſi maleficio ad penam decem aureorū. Et ſi homo liber ex illis occidatur, tenetur ad pœnam quinquaginta aureorum: ſed ſi ſolum læſus ſit, & non mortuus, tenetur ad arbitrium iudicis, & debet iudex æſtimare impenſas oēs factas in curatione, & operas præteritas & futuras, quibus caruit, & cariturus eſt propter læſio-
1 nem. h. d. ¶ Notandum † primo, ꝙ pro damno uel maleficio facto per deiectionem vel effuſionē ex aliqua domo, nō ſolum tenetur dñs domus, ſed inhabitator, ſiue ſit dñs, ſiue

con-

conductor,ſiue gratis inhabitat domum,ut l. 1.§.hæc infa-ctum actio.ff.de his qui deiece.vel effu. Tenet ergo quis ꝑ familia ſua,vt vult hic gl.ſup uerb.quia plerunq;.Sic etiam hoſpes actiuus tenet pro maleficio facto ꝑ hoſpité paſſiuũ in domo ſua,vt ff.de his qui deiece.vel effu.l.ſi vero. §.1 & magiſter pro diſcipulo ſuo, ſi fiat in loco, vbi magiſter hẽt inſtruere diſcipulũ,ut d.l.ſi verò.§.ſi horrearius.Paſſus ergo dẽt agere contra hoſpitem actiuum, vt ff.de his q deie. vel effud.l. 1. §.hoſpes. ſed põt hoſpes actiuus recuperare, qđ ſoluit ab hoſpite paſſiuo,vt d.l.ſi vero. §. cũ aũt.ſic etiã põt recuperare à familia ſua. ex illo patet, ꝙ ſi ſtatuto alicuius ciuitatis ſub certa pęna prohibitũ ſit nequis deferat gladiũ certæ longitudinis,& venit forenſis.i.extraneus, ad illã ciuitatẽ,intrans hoſpitiũ, & poſtmodũ uadit ꝑ plateas cũ hmõi gladio iudex ciuitatis,vel fiſcus debet agere contra hoſpité actiuũ, eo ꝙ illũ hoſpitẽ ſuũ paſſiuũ non auiſauerit,vt pulchre dicit hic Io.Fab.& fac.l.fi.de decre.ab or-

2 di.facien.& eſt† in iſtis caſibus pœna dupli,pro damno per adiectionẽ,vel effuſionẽ facto, ut hic in tex.& eſt annalis, quo ad pœnam iſtam aliàs perpetua,quia continet rei per-

3 ſecutionem.l.ſi verò.§.hæc autem actio,ff.eo.¶Not †ſcđo, quòd ſi quis habeat aliquid poſitum, vel ſuſpenſum in tali loco, vbi ſi cadere poſſet alicui nocere & veriſimiliter noceret,illa tenetur ad pęnam decem aureorũ,quamuis illud nõ cecidit,nec aliquis læſus eſt, ut d.l.ſi vero. §. prætor ait.

4 & §.fi.Not.† tertio,ꝙ ſi iſtis caſibus occidatur, liber homo tenetur obligatus ex quaſi maleficio ad pœnam quinquaginta aureorum,& non arbitrio iudicis, & iſti quinquaginta aurei dantur non pro æſtimatione liber hominis,ſed pro culpa deijcientes. Ratio eſt,quia liber homo æſtimari non poteſt, ut ff.ad leg.Rhodiam de iactu. l.2.§. cum in eadem & actio ad iſtam pœnam non datur hæredi, nec etiam in hæredem quia eſt merè pœnalis & popularis, ut d.l. ſi uero.§.quæ autem.ſed ſi liber homo læſus ſit, tenetur ad omnes impenſas factas in curatione, & ad æſtimationem operarum præteritarum & futurarum, & in æſtimationem operarum habenda eſt ratio ætatum, ut l. hæreditatum, ff. ad

Digitized by Google

leg. Fal. ſed non tenetur ad æſtimationem cicatricum, vel deformitatum relictarum ex læſione, ut l. ſi ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt. & datur actio in hoc caſu ipſi læſo perpetua, ſed hæredi ſuo ſolum datur annalis, ut l. ſi uero plures. §. hæc actio. ff. de his qui deiec. vel effuderunt.

§. Si filiusfamilias ſeorſum a patre.

1 *Filiusfa ſi ſeorſum habitet a patre ſuo, & ex eius domo per effuſionẽ, vel deiectionẽ, datum ſit damnatum, uel quid habet ſuſpẽſum, q poſſet lædere agitur cõtra filium non contra patrem, ibid. & nu. 2.*

1 Summatur ſic. Si † filiusfamilias habebit ſeorſum a patre ſuo, & ex domo ſua per deiectionem, vel effuſionem, damnum datum eſt, vel habebit, aliquid ſuſpenſum aut poſitum, quod cadendo poſſet alique lædere, non agitur, tunc contra patrem, ſed contra filium, ſic etiam ille filius per imperitiam male iudicat. Hoc dicit, ut ſup. §. 1. nota. 1. ¶ Not.
2 † quod illo caſu filiusfamilias tenetur quantum eſt in peculio ſuo, vt ff. de iud. l. ſi filio. Et patet hic, quod per hoc qđ filius non habitat cum patre, non exit filius poteſtatem patris, nec etiam per quod ſit iudex.

§. Item exercitor.

1 *Exercitor ut teneatur quaſi maleficio duo requiruntur.*
2 *Maleficium, & quaſi maleficium differunt.*
3 *Actio in factum quibus caſibus detur.*

Summatur ſic; Pro maleficio facto in naui, vel in caupona, uel in ſtabulo, per eos quorũ opera illa gubernantur, tenetur exercitor nauis, caupone, uel ſtabuli ex quaſi maleficio non ſolum illo caſu, ſed oĩbus obligationibus ex quaſi maleficio competit actio in factum quæ datur hæredi, ſed
1 nõ in hæredem. h. d. vſque ad fi. Notandum † primo, qđ ad hoc quòd exercitor tenetur ex quaſi maleficio, duo requiruntur. Primo, quod maleficium fiat per homines, quibus nauis vel caupono, vel ſtabulum gubernatur, nã ſi fieret maleficium in illis per alios homines non, habet locum ille tex. Secundò requiritur, quod iſti homines ſui faciant maleficium in naui, vel caupona, uel ſtabulo. Nam ſi facerent alibi, exercitor non tenetur. Et datur in illo caſu pœna dupli,

pli, vt l. fi. §. hæc actio. ff. nautæ, caupones, ſtabularij, teneẽ etiam, & exercitor ex contractu de recepto, per actionẽ in factum, & tũc non ſolum tenetur ſi fiat maleficiũ per hoĩes quorum opera vtitur, ſed ẽt ſi fiat per alios homines, quos recipit in naui, caupona, uel ſtabulo, ut l. 1. ff. nautæ, caupones, ſtabularij. Et quis dicatur exercitor, habes inf. qđ cum

2 eo. §. 2. ¶ Not. † ſcđo, qđ differentia eſt inter maleficium & quaſi maleficium, quia qñ plures tenentur ex maleficio tũc quilibet tenetur in ſolidum. vt C. de cond. furt. l. 1. nõ ãt qñ plures tenentur, ex quaſi maleficio, vt ff. nautæ, caupones, ſtabula. l. 1. & l. fi. §. ſi plures. Secundo, quia qñ plures tenẽtur ex maleficio, tunc vno ſoluẽte, alius nõ liberararetur. Sed ſic ſit, qñ plures tenetur ex quaſi maleficio, ut ff. nautæ, caupones, ſtabula. l. licet. § poſſumus, & d. l. de condict. furt. Tertiò, quia furti non conceduntur actiones ex maleficio, vt ff natutæ, caupones, ſtabulari. l. ſed, & ipſi bene aũt cõceduntur actiones ex quaſi maleficio, ut d. §. poſſumus. Quarto, quia actiones ex quaſi maleficio cõiter dantur hæredi, ut hic, ſed ſic non eſt in actonib. ex maleficio, ut inf. de per-

3 pe. & tẽpora actio. §. ſed hæredib. Not. † finaliter, qđ in omnibus iſtis caſibus dictis in foro iſto titulo, datur actio in factum, quæ datur hæredi eius, qui paſſus eſt damnum, excepte, caſu, qñ occiſus eſt liber homo, ſed nõ datur in hæredẽ hoc eſt, cõtra hæredem eius, qui tenetur ex quaſi maleficio, & ita intelligitur finis iſtius textus, ut l. Iulianus. ff. de iud. & l. fi. ff. nautæ, caupones, ſtabularij. De iure tñ canonico ſemper tenetur hæres: cum teneatur exonerare conſcientiã defuncti per ea, quę habentur in c. fi. ext. de ſepul. & moderniores Legiſtæ. in l. Põponius. §. cum quis. ff. de acq. poſſeſ.

DE ACTIONIBVS. Titulus VI.

1 *Continuatio huius rub de ſuperiore*. Et *qualiter rubricetur, nu. 2.*
3 *Actiones cur inuenta.*
4 *De actionibus dupliciter tractatur.*

CONtinuatio iſtius ti. patet in princ. nigri, cũ dicitur in tex. ſupereſt, vt de actionibus loquamur. ¶ Notandum

† pri-

Digitized by Google

1 † primo, q ratio iſtis cõtinuationis eſt, nã ſup. de iure nat. gent. & ciuili. §. omne ius. dictum eſt, q oẽ ius aut eſt perſonarum, aut rerum, aut actionum. Cum ergo iã dictum ſit, & tractatum, de iu. perſonarum & de iure rerũ, conueniẽs eſt mõ tractare de iu. actionũ. Vel ratio continuationis eſt; Dictum eſt iam de obligationibus. ſed quia obligatio, ſ. ciuilis, & naturalis ſimul, eſt mater actionum, vt. ff. de proc. l. licet. §. ea oblig. & l. Lucius Titius. le. 2. ff. de poſi. ideo cõſequenter dicendum eſt de actionibus, quaſi iure ſucceſſorio cum actio ſit filia obligationis. ¶ Notandum ſecundò,
2 † q iſte titu. rubricatur de actionibus, & non de agẽdo, q a actio eſt iuris ſeu ius ſed agendum eſſe conſiſtit in facto: ẽt gerundia important neceſſitatem, ſed actio eſt voluntaria. C. vt nemo inuitus agere aut accuſare cogatur. l. 1. & vide
3 gl. in rub. eod. tit. ¶ Notandum † tertio, quòd actiones ideò ſunt inuentę, vt per eas hoĩes compellantur ad dandũ ſeu reſtituendum id, quod alijs debent: q a fruſtra iura conderentur, niſi eſſet aliquid quo exercerentur ipſa iura, vt. l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. ¶ Opponitur primo, & vr̃, q iſta rubrica non bene intitulatur de actionibus, ſed deberet intitulari de actione, q a ſtatim infra. eo §. actio. diffinitur actio in ſingulari. Solutio. Aliud eſt in rubricatione, & aliud in deffinitione. nam rubricatio debet exprimere materiam tituli, & q a in hoc titu tractatur de natura diuerſarũ actionum, idcirco fit rubricatio de act. ſed diffinitio datur de re in ſua generalitate, & ideò diffinitio datur de re ſingulari,
4 vt tñ contineat ſub ſe diuerſas ſpecies. ¶ Opponitur ſecũdo, & vr̃. q iſte tit. eſt ſuperfluus, q a in diuerſis paſſibus in iſto libro tractatur de actionib. Nam ſup. quib. mod. re contrahitur obl. in §. item is. dictum de actione commodati, & in §. præcedenti. de certi conditione, & in §. ſequ. de act. depoſi. & in §. ſi creditor de actione pign. ſimiliter ſup. de oblig. q̃ ex malefi. naſcun. in §. furti actio. dictũ eſt de actio. furti, & in ti. ſup. proxi. in fi. tit. dictum eſt de actione in factum ſimiliter i libris. ff. & C. tractatur de act. emp. & vend. & in multis alijs paſſibus. Sol. Dupliciter tractatur de act. Vno modo, vt cognoſcatur natura actionum, & hoc modo

tra-

Digitized by Google

tractatur de actionibus ſub uno titu. Alio mō ut cognoſcat exercitiū actionū,& ſic tractat̄ de actionib. ſparſim ī diuerſis paſſibus,vt probant iura in oppo.alleg. ¶Oppon.tertio. & vr̄ adhuc ꝙ iſte tit.non breue rubricat̄,q̃a in ff.rubricat̄ de act.& obl.ergo ſic ēt dēt hic intitulari. Solu. Iſte liber factus ꝑꝑ iuuenes,qui facilius intelligunt ea,quæ diuiſim traduntur, q̃ ea,quæ ſimul traduntur, ut ſup.de lega.in §. ſed non vſq. propter quod etiam qui vult alios docere, debet valde attendere capacitatē ingeniorū illorum, quos docet &·ſecundum hoc verba ſua aptare,ut 8.q.1.in c.oportet.

§. Actio.

1 *Actio capitur multis modis eiuſq; diffinitio, ibi. Et partium explicatio nu.5.6.7.8.10.& 11.*
2 *Cauſa multipliciter accipitur.*
3 *Actio & cauſa actionis differunt.*
4 *Actionis exercitium aliud fuit olim,quam hodie ſit.*
9 *Ius perſequendi duplex.*

Iſte.§.non ſummatur;q̃a procedit diffinitiuè. Dicit.n. ꝙ actio nihil aliud eſt, q̃ ius perſequēdi in iudicio quod ſibi
1 debetur,vt l.nihil ff.ad actio.& oblig.¶Not.† primo,quòd actio capitur multis modis. Vno modo,ꝓ actu,ut in auth. de aliena.§.ſi minus coll.2.& l.3 ff.de offi. procon. Secūdo pro accuſatione,vt C.quan.criminalis actio ciuili præiudicet l.1 Tertio,capitur actio pro iure agendi, & ita capitur
2 hic,& in l.nihil. ff. eod. Quia tamen † Placentinus dixit actionem,& cauſam actionis eſſe idem, ut ſi quis debeat mihi decē & venditionē,dixit uenditionē illam eſſe actionem ex vendito,ideò primo ſciendum eſt, ꝙ cā ēt accipit̄ multipliciter,ne decipiamur in æquiuocis. Primo accipitur cauſa pro lite,ut l.cauſa C.de epiſc.& cle.& l.cauſas C. tranſ. Secundo accipitur pro ratione,ut l.ſolum.C.de teſtib. vt teſtis dicit cām dicti ſui.i.rationem. Tertio modo pro vtilitate ut ff.de rei vendic.l.præterea. Quarta, pro conditione, vt ff. de re iud.l.inter eos Quinto, pro re, ut ff. de re iud.l. tēpus.Sexto,pro eo,ex quo procedit effectus & ita cauſa & effectus ſunt relatiuum & correlatiuum, & hoc modo contra

tra

tractus vel quaſi, & maleficiũ vel quaſi, ſunt cauſa oblig tionis, vt ſup. de oblig. in §. ſeq. & illo modo capitur cau
3 à Placen. tñ dictum ſuum non eſt verũ. Nã † cã actionis actio differunt, quo probatur. Primo, qͣ cã remota actionis eſt contractus vel quaſi, aut maleficiũ, vel quaſi, & c propinqua actionis eſt obligatio: ſed cã remota non eſt e dẽ cũ actione: qͣ illa cõſiſtit in facto, actio autem eſt ius vt hic dr̃ facit, p illo. l. cõſilio. §. fi. & inof. ff. de cur. furio. obligatio ẽt non eſt actio, quia differunt ſic cauſa & effectus. Secundo, probatur ſic, quia cauſa actionis põt manere ſublata actione, ergo non ſunt idem. Antecedẽs probatur, qͣ ſtante vẽditione, põt ſubmoueri actio ex vendito. ſ. per ſolutionẽ vel remiſſionẽ. Tertio, probatur, qͣ actionibus cõiter ſunt nomina impoſita, ſed non eſt aliquod nomen impoſitum, ꝙ cauſa eſſe actio, ergo hoc non debet dici, p l. Labeo. ff. de ſupell. lega. verumtamen eſt, ꝙ nomen actionis non eſt actio, ſed ſignificat actionẽ, ſicut illa dictio, hõ, non eſt homo, ſed ſignificat hominem. Quarto probatur, quia actiones interdũ mutantur, vt actio de dolo mutatur actione infactum, qñ agendum eſt contra parẽtem, vel cõtra patronum; ſed hoc fieret fruſtra, ſi actio eſſet idem cũ
4 cauſa actionis, quia remanet eadem cauſa. ¶ Notandũ † ſecundo, ꝙ ideo dicitur hic actio nihil aliud eſt, quia olim aliud fuit, nõ quo ad ſubſtantiam actionis, ſed quo ad exercitium nam olim non agebatur niſi per certam conceptionem verborum, factam a magiſtratib. vt l. 2. § deinde. ff. de origine iuris & vocabitur illa conceptio, forma vulgaris, vt ff. de furtis. l. ſi ſeruus nauẽ. Sed illa ſolẽnitas hodie ſublata eſt, vt C. de formu. & impetra. ſubla. l. 1. & iõ hodie in libellis non ponitur talis ſolemnitas verborum, vt in d. l. 1. Nec oportet in libellis exprimere nomen actionis, vt in c. dilectis. ext. de iudi. ſi militer illã ſolẽnitas hodie ſublata eſt in interdictis, q̃ ſunt actiones p̃toriæ, vt infra. de interd. §.
5 fi. ¶ Not. † tertio, ꝙ dr̃ in diffinitione actionis, quia nihil aliud eſt quam ius, & hoc dicitur ad differentiã corporaliũ nã actio ẽ ius incorporale, ſup. de reb. corporalib. & incorporal. §. 1. ſecũdum gl. hic, vel dicitur ad differentiã officij

iudicis.

iudicis. Dicit tñ Bar in l. 1. ff. de iuriſd. om. iud ꝙ ſi actio capiatur propriè, differt ab officio iudicis: ſed ſi capiatur largè, comprehendit ēt officium iudicis, ſaltē illud, quod imploratur loco actionis, ut in reſtitutione in integrum, ut l.
6 actionis uerbo. ff. eod Notandum † quarto, quòd dr̃ in diffinitione, ius perſequendi, ad differentiam exceptionis q̃ non eſt actio. Nã ſicut actiones ſunt arma actorum, ſic exceptiones ſunt arma reorum, ut ff. de exceptio. l. 2. §. illud. & ita exceptio non eſt ius perſequendi, ſed defendendi, generali tñ uocabulo exceptio interdum uocatur actio, ut notatur
7 in l. eleganter. ff. de dolo. Not. † quinto, quòd dr̃ in iudicio ad differẽtiam iuris, quod quis põt perſequi extra iudiciũ, qđ non eſt actio, ut C. q̃n liceat vnicuiq; ſe ſine iudice uendicare. l. 1. & l. 2. Sic ēt quis põt capere propria authoritate furē nocturnum uel diurnum, ut ff. ad l. Aquiliam. l. 4. Etiam põt quis ſic capere debitorē fugientem, ut tradat eum iudici, ut ff. quæ in fraudem creditorum. l. ait prætor. §. ſi debitorem. & põt hoc ēt fieri die feriata, ut l. fi. C. de ferijs. & not. Bar. in l. oẽs. C. de fer. facit. l. 1. in fin. ff. de ferijs. Et ita ſunt hic caſus, quib. quis aliquid facere põt propria authoritate, quod regulariter tamen fieri non põt, ut l. extat. ff. quod
8 met. cau. & l. ſi quis in tantam. C. unde ui. Not. † finaliter, quod iſtud uerbum debetur, poſitum in diffinitione, debet capi generaliter, ut extendatur ad actionem perſonalem, & realem, facit l. pecuniæ. el 1. quæ eſt in ordine, lex 178. §. fi. ff. de uerb. ſign. ſicut ēt hoc uerbum perſequendi, refertur ad actionem perſonalē, & realem, ut l. actionũ genera. ff. eo. & hoc ideo, quia quo meum eſt, mihi non debetur propriè, ut infra eo. ſic itaq. & ſup. de leg. ſed ſi rem. Diffinitur ergo hic actio, ut comprehēdit actionē perſonalem, & realem, quod patet quia diffinitur illa actio, quæ ſtatim diuiditur. §. prox. ſed illa eſt actio ſic generaliter ſumpta. quamuis gl. hic uideatur uelle contrarium, & uerbum, debetur, acci
9 piẽdum eſt hic generaliter. Opp. † primò ſic, & vr̃, quod iſta definitio conueniat obligationi, quæ differat ab actione, ut dictum eſt, quia per obligationem perſequitur quis, qui ſibi debetur, ut ſupra de obligationibus in princ. ergo iſta,
diffini-

Digitized by Google

quia non habet rem, quæ petitur, ſed poſtea ante ſñiam res peruenit ad eũ, & tũc cõdẽnatur. quãuis in principio rẽ nõ habuit, & ita intelligũtur leges in oppoſitũ allegatæ, facit l. ſolemus, ff de iud. ſed ſi defectus ſit ex parte actoris, tũc ſi in initio actionis actor nõ habuit ius, licet poſtea ante ſententiã ſupueniat ſibi ius ex alia cã, nihilominus ſuccũbit, & 11 ita intelligit illa diffinitio. ¶Oppon t finaliter, q̃a p̃latus, & tutor, & et pcurator habent actionẽ pro re q̃ eis non debetur, ſed q̃ debetur Eccleſiæ, vel pupillo, uel dño procuratoris Sol. Ita diffinitio debet intelligi, q ſi debetur, ſ. agenti, vel ei cuius nomine agit, & ita diffinitio clara eſt, uel q̃a ſunt quaſi domini. ff. pro empto. l. qui fundum, §. ſi tutor.

§. Omnium.

1 *Actionum ſumma & bimembris diuiſio. & nu. 6. 10. & 11.*
2 *Verb quibus implicatiue poſitum.*
3 *actione coram quibus proponenda.*
4 *Iudices & arbitri, differunt.*
5 *Res generaliter accipitur.*
7 *Actio merè perſonalis, quæ.*
8 *Actio realis quæ dicatur.*
9 *Ad actionem rei uendicationis tria requiruntur.*

1 Hic ponitur prima diuiſio actionis, & ſummat ſic: † Oẽs actiones, aut ſunt perſonales, aut reales. Perſonalis actio eſt illa, quæ datur alicui ex eo, quòd alius eſt ſibi obligatus ex contractu, uel quaſi ex maleficio, uel quaſi, ad aliquid ei dãdum uel faciendum Sed realis actio eſt, quæ datur alicui cõtra eum qui poſſidet rem ſuam. h. d & patet intellect. text. 2 ¶Notandum † primo q̃d dictio, quibus, poſita in tex accipitur implicatiuè, & ſimile eſt in l. cunctos populos C. de ſum. Trin. & fide catholica & non accipitur hic excluſiue, quia ſic eſſet ſenſus, quod aliquæ eſſent actiones, quæ non proponerentur coram iudicibus aut arbitris, quod falſum 3 eſt, ut l. pen. C. de iud. ¶Notandum † ſecundo, q actiones proponendæ ſunt coram iudicibus ſiue ordinarijs, ſiue de 4 legatis, uel etiam coram arbitris. † Differunt tamen iudices & arbitri, quia iudices habent poteſtatẽ iudicãdi a iure ſed arbitri

arbitri habent poteſtatē iudicādi a partibus: coram arbitris tñ dēt ēt obſeruari proceſſus iudiciarius. & ita dādus eſt libellus, vt C. de arbitris l. cum ante, §. tunc etenim & l. cū gl. ff. eo. ſed coram arbitratore ſeu amicabili compoſitore, nō oportet proceſſum iudiciarium obſeruare, vt vult Spec. in
5 tit. de litis cont. §. reſtat videre ¶Not. † tertio, ꝙ cum dr̄ in tex. de quacunq; re, ibi res capitur generaliter, vt cōprehē
6 dit corporales res & incorporales ¶Not. † quarto, ꝙ cum dicitur hic, ꝙ iſta eſt ſumma diuiſio actionum, exponitur dupliciter. Vno modo, i. prima quo ad cognitionem naturæ. Alio mō, ideſt, breuiſſima, quia non pōt eſſe breuior di-
7 uiſio, quam bimēbris. ¶Notandum † quinto ꝙ actio merè perſonalis eſt illa, quæ oritur ex facto perſonæ, quamuis interdum dr̄ ſcripta in rem & datur contra eum qui obligatus eſt ex contractu, vel quaſi, vel ex maleficio uel quaſi ut l. actionum genera. §. in perſonam. ff. eo. vel contra hæredē eius, quia hæres, & defunctus quo ad hoc cenſentur una pſona, ut l. actionum genera. §. 1. in f. eo. Patet ergo ꝙ cum dr̄ hic in tex. alijs quibuſdā modis, hoc debet intelligi de obligatione ex quaſi contractu, vel ex quaſi maleficio; & idem eſt quod dicitur, in l. 1. ff. eo. de varijs figuris iudiciorum, vt ēt vbi vult gl. & ſatis apparet ex proceſſu tex. quamuis glo. hic videtur hoc reprobare, & exponit de condictio furtiua, & de interdictis, ſed cōdictione furtiua non pot intelligi, q̃a eſt ex maleficio, ut notatur per doct. in l. ſi ambo. §. quotiens. ff. de compenſa. Nec poteſt etiam intelligi de interdictis q̃a actiones comprehenſæ ſub uarijs figuris ſunt illæ, in quibus non eſt ſufficiens materia actionis, ſed in interdictis eſt ſufficiens materia, ut notat̄ in l. 1. ff. de interdictis Io. Fab aliter exponit illam particulam, alijs quibuſdā modis dicens, ꝙ non debet referri ad obligationē ex contractu uel ex maleficio, ſed debet referri ad hoc dicitur, ꝙ per actionem actor intendit aduerſarium ei dare, aut facere oportere ut ſit ſenſus, ꝙ actor intendit aduerſarium alio modo oportere q̃ dare aut facere, uidelicet patientiam ha
8 bere, & concord. l. quo iens. ff. de ſeruitu. Notandum † ſexto ꝙ actio realis eſt illa, quæ oritur a re, & datur contra illum

lum qui nullo iure eſt obligatus, ſed poſſidet, uel quaſi poſ ſidet rē, q̄ alius petit, & q̄uis textus exēplificet de rei uēdicatione, actio tñ realis eſt multo generalior, q̄ rei uendicatio ut ſtatim poſtea patebit.

9 ¶Notan. † finaliter, ex quo tex. exēplificat de rei uendicatio, ꝙ ad actionem rei vendicationis tria requirunt. Primo, ꝙ res q̄ petit, ſic corporalis, ut hic in tex. Scdò, ꝙ petēs ſit dñs illius rei, ut de rei vēdi. l. in rē vel quaſi dñs, ut inf. eo. §. aliæ, & ff. ſi ager vectig. l. 1. §. fi. Nā quaſi dñs ē emphyteota, aut ſuperficiarius, uel bonæfidei emptor. Tertio requirit, ꝙ reus rē poſſideat, aut dolo deſierit poſſidere, ut ff. de interrog. act. l. qui ſeruū. §. in iure. Et q̄ allegat dolū, tenet eū probare, qui ſic probari pōt, qñ. ſ. intimauit reo ſe eſſe dñm illius rei, uel aliter cōſtabat reo, ut l. Fulcinius, §. quid ſit. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eatur. Sufficit ēt, ꝙ reus habeat ſolā tenutā, quāuis non habeat uerā poſſeſſionē, ſi habet facultatē rem reſtituendi, ut l. officium. ff. de rei uēd.

10 ¶Oppo. † primo, & videtur, ꝙ iſta non ſit prima diuiſio actionum, q̄a illa, de qua infr. eo §. aliæ, uidetur eſſe prior. Solu. Actio pōt conſiderari dupliciter. Vno modo, quo ad originē, & ſic uerum eſt, ꝙ illa diuiſio, qua actio diuiditur in ciuilē & prætoriā, eſt prior, q̄ iſta. Et ita etiam ponitur prius in arbore. Alio modo conſideratur actio, quo ad cognitionē naturæ eius, & hoc modo iſta diuiſio eſt prima. Nā iſta membra differunt ſpecie.

11 ¶Opponitur † ſecundo videtur, ꝙ iſta diuiſio non ſit conueniens, quia aliqua eſt actio miſta, ut inf. eod. §. quædam. & illa non videtur ſub iſta diuiſione comprehendi. Solu. Imo actio miſta comprehenditur ſub iſta diuiſione, eſt enim realis aut perſonalis. Nam petitio hæreditatis eſt miſta, & tñ eſt realis. Similiter actio finium regundorū eſt miſta, ut ff. finiū regun. l. 1. & tñ eſt perſonalis. Patet ergo, ꝙ appellatione ſimplicis etiam cōtinet ēt miſtum, quando. ſ. miſtum nō differt ſpecie a ſimplici, ut eſt hic, de quo no. per Doc. in l. 1. ff. de interdictis.

§. Aequè ſi agat quis.

1 *Summarium huius §. ex ſententia D. Nicaſij.*

2 *Seruitutum quædam ſunt reales, quædam perſonales. Et quotuplices*

 perſonales

perſonales num. 3.

4 *Pro ſeruitute vendicanda vel neganda competit duplex actio.*

5 *Confeſſoria actio.*

6 *Libellus formandus pro actione confeſſoria debet continere quatuor, quæ vide per nu 7. 8. 9.*

10 *Negatoria actio competit circa ſeruitutem altius tollendi ædes, quæ præponitur verbis affirmatiuis confeſſoria, negatiuis.*

Summatur ſic: Dictum eſt de actionibus quæ competunt pro rebus corporalibus, hic cōſequenter tractatur de actionibus, quæ competunt pro rebus incorporalibus. Et q̄a ſeruitutes ſunt res incorporales, ideò tractatur de actionibus quæ competunt pro ſeruitutibus, & primo de confeſſoria, in illo. §. æquè deinde de negatoria. in §. contra. Summatur
1 ergo iſte. §. ſic, † Actio competens pro obtinenda ſeruitute perſonali uel reali, tam ruſticorum quam urbanorum præ-
2 diorum eſt actio realis. h. d. ¶ Notandum † primo, quod ſeruitutum quædam ſunt, perſonales, & quædam reales. Perſonalium autem quædam ſunt, quæ a perſona debentur perſonæ, vt eſt ſeruitus, q̄ ſeruus debet dño ſuo, & de illis non eſt hic ad propoſitum. Aliæ ſunt, quæ a re debentur perſonæ, & extinguuntur cum perſona, ut ſup. de uſufruct. §. finitur. dictum eſt, & l. 1. ff. de ſeruit. & in prin. de vſu & habita.
3 ſup. Sũt aũt † quatuor huiuſmodi ſeruitutes pſonales. ſ. uſufru. vſus habitatio, & miniſteriũ ſeruorum, vt in l. ſi quis binas. Et in gl. in ver. ꝙ perſonæ. ff. de vſufruc. Realium ãt ſeruitutum q̄dam ſunt ruſticorũ prædiorum, ut iter, actus, via aquæductus, & ſimiles, de quib. ſup. de ſeruit. ruſtic. & urban. præ̃dio. §. 1. & q̄dam ſunt vrbanorum p̄diorũ, & sũt illę ſeruitutes q̄ fundantur in ædificijs, ſiue ſint in uillis, ſiue in verbibus, ut ff. de ſeruit. urbano. l. 1. Et uocantur reales, quia
4 debent rebus, ut ff de ſeruitu l. 1. ¶ Notandum † ſecundo, ꝙ pro ſeruitute vendicanda, uel neganda competit duplex actio, ſcilicet confeſſoria & negatoria. de confeſſoria tractatur in illo. §. & eſt illa, quæ datur ad obtinendum ſeruitu-
5 tem contra illum, qui nititur ſeruitutem impedire. Et † dicitur ideo confeſſoria, quia datur ad hoc, ut reus confiteatur ſeruitutem debere, vt ff. de ſerui. uendice. ¶ Notandum
6 † tertio,

6 †tertio,ꝙ libellus,qui formatur pro actione conſeſſoria,debet continere quatuor. Primò,ꝙ actor ſit dominus,uel quaſi dominus illius rei , cui dicit ſeruitutem deberi , & hoc ſi agatur de ſeruitute reali. vel ꝙ ipſe ſit ille, cui debet ſeruitus,ſi agatur de ſeruitute pſonali,ut no.in l 2. hæc aũt.ff. ſi
7 ſerui.vend.† Secundo,ꝙ alia res habeat rei ſuæ talẽ ſeruitutem,& hoc in ſeruitute reali ut l. qui aliena.ff.de neg. geſt. uel ſibi,& hoc in ſeruitute pſonali,ut ff. ſi vſusfru. petatur
8 l.uti frui.Tertiò,† ꝙ talis impediat eũ uti ſua ſeruitute,& per hoc damnificauit eum in decẽ ut ff. ſi ſeruitus uẽ.l. lo-
9 ci corpus.§.in confeſſoria.Quarto,† ut iudex declaret talẽ rẽ habere talẽ ſeruitutẽ rei actoris, uel actori, & ut iudex ex officio ſuo condemnet reum ad intereſſe,& ut caueat de non præſtando impedimẽto in futurũ,ut l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur ff. ſi ſeruitus vendi. Modus aũt formandi huiuſmodi libellum declarat in tex.& ibi p Bar in l. harũ ff. ſi ſeruitus
10 vend. ¶Not.† finaliter, ꝙ ſecundum gl. hic in uerbo tollendi, exemplum, quod hic ponitur de ſeruitute altius tollendi ædes,eſt exemplum de actione negatoria. Dicit enim gl. ꝙ ſi tu eras in poſſeſſione;ꝙ ergo non ædificarem altius domum meam, & ego velim ædificare altius te impediente, agam contra te negatoria.ff ſi ſeru.uend l.& ſi forte.§.2.Et ita hæc ſeruitus negatoria proponitur uerbis affirmatiuis, & confeſſoria uerbis negatiuis,ut ff.ſi ſerui.vendi. loci corpus.§.competit. Vel dicit gl. poteſt illud exemplum intelligi in cõfeſſoria hoc modo, quia tu teneris domum tuam altius ædificare ad commodum domus meæ, ut.ſ. non nimis reſplendeat in domo mea,uel ut venti non noceant domui meæ, vel ut domus mea non videatur a tranſeuntibus , ne moleſtet eos recipere hoſpitio,ut in l.ſicuti.§.competit.ff. ſi ſeruitus ven.& l. eum debere,& l.ſi arborẽ.§.interdũ. ff. de ſerui.vrb.prædio. Sed ſub conditione uidetur poſſe dici multo facilius,ut apparet, ꝙ illud ſit exemplum in cõfeſſoria, hoc modo, poſito, ꝙ tu & ego moramur in ciuitate in qua ſtatutum eſt,ut nemo ædificet altius q̃ ad certam menſuram,niſi de conſenſu uicini ſui, & ego nacto a te uicino meo conſenſum altius ædificandi,tu tamen poſtea impedis

me uolentem altius ædificare, tunc agam contra te confeſſoriè, & illud ſic declarat Pet. de Bellaperti. & uidetur magis conſonum textui, quia nullo modo dicẽdum eſt, ꝙ tex. peruertat hic ordinẽ, ponẽdo negatoriã inter confeſſorias, ut gl. ſecundum primam expoſitionem uidetur innuere.

§. Contra quoque.

1 *Negatoria actio, quæ, & quis eius uſus.*
2 *Libellus in actione negatoria debet quatuor continere.*
3 *Actor non aſtringitur in negatoria actione oĩa probare, quæ proponit.*
4 *Seruitus altius tollendi ædes.*
5 *Publiciana actio, & competit pro ſeruitutibus.*
6 *Confeſſoria & negatoria, dantur etiam pro rebus incorporalibus.*

Summat ſic; Actio cõpetens negãti ſe ſeruitutẽ pſonalẽ, vel realẽ ruſticorum vel urbanorum p̃diorum debere, & eſt realis, & dr̃ negatoria h. d. & patet intel tex. uſq ad §. qđ ge-
1 nus ¶ Not. † primo, ꝙ actio negatoria eſt, per q̃ actor negat alteri cõpetere ſeruitutẽ in re ſua, & ideo uocat̃ negatoria, ut hic in tex. Et datur iſta actio contra oẽs illos, qui volunt ſeruitutẽ inducere in re aliena, uel qui uolunt impedire aliquẽ uti re ſua. v. g. Volo piſcari in viuario meo, & tu uis me impedire, dicendo, ꝙ ego non poſſum piſcari niſi dem tibi decem, tunc ego agam contra te negatoria. Sed ſi tu velles me impedire ſimpliciter, dicendo, & ideo impedis, q̃a ego teneor tibi dare decẽ, tunc ego ago cõtra te non iſta actione, ſed actione iniuriarum, ut not. in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. uendic. Quando autem negatur contra eum, qui inducit ſeruitutem in re aliena, non pono hic exẽplum, quia
2 faciliter poni poteſt. ¶ Notandum † ſecundo, ꝙ libellus in negatoria etiam debet quatuor cõtinere. Nam primo actor dicet ſe dñm, uel quaſi dñm illius rei. Secundo, ꝙ illa res non debet tali ſc licet reo, aliquam ſeruitutem. Tertio, ꝙ ille nihilominus nititur inducere ſeruitutem in tali re, uel ipſum dominum in uſu illius rei impedire, propter quod ipſe actor damnificatus eſt in decem. Et quarto, ꝙ ideo iudex pronuntiet huiuſmodi impedientem ius non habere, & ut ex officio ſuo cõdemnet eum ad intereſſe præteritum, & ut

caueat

Digitized by Google

caueat de cætero non præſtare impedimentum,vt not.per
3 Bar.in l.horum,ff.ſi ſatu.vend.Et licet actor † in confeſſoria omnia probare debeat quæ proponit, hoc tñ non eſt neceſſarium in negatorio. Nã in hoc non oportet actorem ꝓbare, ꝙ aduerſarius non habeat ius in re ſua,quia oĩs res præſumitur libera, niſi probetur contrarium, ut l.altus. & l.ſi
4 in ædibus C.de ſeruitu.¶ Notan. † tertio, quod glo.noſtra hic conformiter loquitur de ſeruitute altius tollendi, ſicut in §.ſup.ꝓximo.ſed dicendum eſt,ut ibi dictum eſt. in hoc tñ, quod gl. dicit. quòd plus attendendum eſt ad ſenſum, q̃ ad verba,per c.intelligentia.extra de verb.ſign. bene dicit, & facit cõtra quoſdam aduocatos,qui articulos negatiuos ponunt ſub verbis affirmatiuis,ut ſic dicẽdo. Soluiſti mihi abſq. eo quòd mutuauerim tibi, de quo per Bart. in l.inter
5 ſtipulantem ff.de verb.oblig. ¶ Notandum † quarto,quod pro iſtis ſeruitutibus etiã competit actio Publiciana, ut ſi ſeruitus conſtituta eſt a non domino. Et de natura Publicianæ dicetur infra eo.in §.ſed iſtæ quidem. Et ideo Publiciana habet in ſe plus, quàm rei vendicatio. ¶ Notandum
6 † vltimo,ꝙ iſtæ actiones.ſ.cõfeſſoria & negatoria,non ſolũ dantur pro ſeruitutibus, ſed ẽt pro alijs reb. incorporalib. vt pro iure electionis, vt pulchrè notat q. tex. & gl.in c.cũ Eccleſia Sutrina extra de cau. poſſeſſ. & proprieta. de quo ẽt notat q. Inno.in c.1. extra de eo qui mittitur in poſſeſſionẽ cau.rei ſeruan.& ꝑ Bar.in l.ſi prius.ff.de noui.oper.nũc.

§. Quod genus.

1 *Actionum competentium pro rebus corporalibus, & pro rebus in corporalibus differentia.*

2 *Poſſidenti non eſt prodita actio Limit.nu 3.5.*

4 *Poſſidens in uno caſu,obtinet partem actoris.*

Summatur ſic actionibus competentibus pro rebus corporalibus,poſſidens nõ poteſt agere,uno tamen caſu poſſidens habet partem actoris. Hoc dicit. ¶ Notandum primo
1 † quod hic ponitur differentia inter actiones, quæ cõpetũt pro rebus in corporalibus,& inter actiones, quæ cõpetunt pro rebus corporalibus. Nam actionibus, de quibus iam

dictum eſt, ſ. confeſſoria, & negatoria, poſſidens, poteſt agere, vt l. ſed & ſi fortè. § ſciendũ. ff. ſi ſerui vendic. ſed actione competente, pro rebus corporalibus, poſſidens non poteſt agere: quia ibi reus eſt poſſidens, ut patet in rei vendi-
2 cat. ¶ Notandum † ſecundo, ꝙ notantes dicitur in textu, ꝙ poſſidenti non eſt prodita actio, per quã neget rem actoris eſſe. Sed bene habet actionem, in qua probat ſe dominum eſſe, vt l. officium. ff. de rei vendica. Nam commodatarius non poſſidet ſed commodator, & tamen ſi commodatarius non reddit rem commodatam, poteſt commodator ſe probare dominum, vt l. rei ff. commoda. Similiter etiam dicendum eſt in cõductore ꝙ ipſe nõ poſſidet, ſed locator, & tñ locator poteſt ſe probare dominum, ut ff. de uſucapio. l. nõ
3 ſolam. §. 2. in verſ. cum ergo. Et ita † qñ dicitur hic, quòd poſſidens nõ poteſt agere, intelligi debet de poſſidente, &
4 detinente. ¶ Notandum † finaliter, ꝙ tex. dicit notanter, ꝙ in vno caſu poſſidens, obtinet partem actoris, quem caſum dicit gl. eſſe in duplicibus iudicijs, ut ff. de iudi. l. in tribus, vel dicit iſtũ caſum eſſe in qualibet exceptione in quã excipiens ſuſtinet partem actoris, quia ſibi incumbit onus probandi quemadmodum actori, ut C. de exceptio. l. 1. Et ideo textus non dicit, quòd in iſto caſu poſſidens agat, ſed dicit, ꝙ actoris partem obtinet. Vel poteſt dici, quòd ſi tu dicas rem meam tuam eſſe, poſſum contra te agere, & probare
5 eam meam eſſe. ¶ Opponitur, † & uidetur, quòd poſſidens bene poſſit agere actione competente pro corporali, per l. ſi duo infra reſpon. ff. vti poſſide. Solu. Iſtud debet intelligi de poſſidẽte inſolidũ. Nã ſi duo poſſideant, v. g. vnus ciuiliter, alius naturaliter, tũc ſi uterq. vincat agẽdo cõtra tertiũ, põt vnus ab alio rẽ uendicare, & hoc vult l. in oppo allega.

§. Sed iſte quidem.

1 *Prætoria actiones, quæ.*
2 *Actionum ſecunda diuiſio* Et *oppoſ nu.* 27. 28. 29. 30.
3 *Exempla multum iuuant intellectum.*
4 *Actiones cognoſcere, multum utile.*
5 *Publiciana actio, quorſum a quo inuenta & nu.* 7.

Autho-

6 Authoritas ſæpe fidem facit.

7 Publiciana ut habeat locum multa requiruntur, quæ ibidem enumerat, & per diſcurſum nu 9 10 11 12. 13. 14. & 15.

16 Iuramentum an & quando requiratur in Publiciana.

17 Publiciana agere facilius eſt quam rei uendicatione.

18 Publiciana qualiter formet libellum. ex nu. 19.

20 Publiciana datur contra quẽcunq poſſeſſorem, præter dominũ cõtra quem datur etiam ſex caſibus quos vide ibidem ex numeris. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 31 *Res vendicatur ratione dominij.*

Summatur ſic; Omnes actiones aut ſunt ciuiles, aut prę-
1 toriæ De ciuilibus dictum eſt hucuſq. Prætoria † vero ſunt quas prætor ex edicto cõceſſit. Quarum vna datur ad rem vendicandum vſucaptã, quaſi nõ eſſet vſucapta. Alia verò Publiciana competit pro re vẽdicãda non uſucapta, quaſi uſucapta fuiſſe. & intentatur, cum quis bona fide per traditionẽ tit. habet rem a dño putatiuo, ante prẹſcriptionem completã, ſi a rei poſſeſſione cecidit, & dicitur a Publicio
2 prętore edita. h. d. ¶ Notandũ † primo, ꝙ hic latẽter per do. Iuſtinianum introducitur ſecunda diuiſio actionũ, quæ eſt Actionum alia ciuilis alia prætoria. Et dr̃ ciuilis actio, quę a iure ciuili originem habet, & pætoria q̃ a iure prætorio inuenta eſt, & ſub iure ciuili cõprehẽditur hinc lex 12. tab. plebeſcita, ſenatuſcõſulta, principũ placita, & prudentũ reſpõſa, de q̃b. ſup. de iur. na. gen. & ciu. §. ſcriptũ. & in alijs. §. ibi ſe. Et licet gl dicat hic ſuper verſi. ſimiles, ꝙ ſimiles actiones sũt, q̃ ex cõtractu, uel quaſi, ex maleficio, uel quaſi deſcendunt, vt prima facie apparet ex gl. hoc tñ ſecundum illum intellectum, non eſt verum, quia actio negotiorũ geſtorũ, quæ eſt ex quaſi contractu, ut ſup. de obli. quæ ex quaſi cõtrac. naſcun §. 1. ſimiliter actio furti manifeſti. & actio vi bon. raptorum, ſunt ex maleficio, & tamen iſtæ actiones nõ ſunt ciuiles, ſed ſunt prætoriæ. Debet igitur illud dictũ gl. intelligi, quòd actiones reales p̃dictæ, & ſimiles eis idest
3 ex illo eodẽ iure deſcẽdentes ſunt ciuiles ¶ Notan. † ſecundo. ꝙ per exempla multum iuuatur intellectus ad quòd facit iſte tex. Nam declaratio difficultatum valde facilitat ipſas difficultates per exẽpla, vt l. vt reſponſum. C. de tranſac.

 & l.

4 & l. precib. C. de impu. & alijs ſubſtitu. ¶ Not. † tertiò, ꝙ neceſſarium eſt idest multũ vtile eſt, actiones cognoſcere, vt hic in tex. Et ratio eſt, quia ſicut medicamenta deſeruiunt morbis curandis, ita actiones deſeruiũt negotijs iuſtè finiẽdis, vt in Auth. hæc conſtitutio innouat. in prin. col. 8. ¶ No.
5 † quartò, ꝙ iure ciuili nõ habebat actio, per q̃ ille, qui bo. fid. & ex iuſta cauſa rẽ accepta, & poſſeſſionẽ amiſerat, potuiſſet talẽ rem petere, & hoc erat valde durũ, quapropter a prætore inuenta eſt actio ad huiuſmodi rem petẽdam, & hæc uocatur Publiciana, ab authore Publicio, ſicut l. Aquilia ab Aquilio. Nam l. interdum vocantur ſine denominantẽ ab authore, interdum a loco, interdũ ẽt a tpe, ſed illud non
6 facit ius. Creditur † tñ interdum uni dicto plus, q̃ alteri pp authorem, ſicut beato Aug. plus creditũ in diſputationibus, q̃ alijs doctoribus, Gregorio plus in moralibus, & Hiero-
7 nymo plus in traslationib. Datur aũt † iſta publiciana non ſolum ſi poſſeſſio rei caſu amittatur, ſed ẽt ſi amittatur furto vel rapina. Nã licet tunc detur actio furtiua, uel actio ui bonorũ raptorũ vt ſup. de obl. q̃ ex maleſi. naſcun. §. uerſi. ſed bonæ fidei. & ſup. vi bonorum rapt. §. ſi. datur tñ ẽt hæc actio Publiciana, vt dicit hic gl. ſup. uerbo. caſu. Ex qua gl. elicitur, ꝙ furtum, & rapina non cõprehendũtur ſub caſu, vt l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſocio. Et hoc eſt uerũ, niſi furtũ cõmittatur a domeſtica perſona, vt vult Cy. in l. 1. C.
8 de poſ. ¶ Not. † quarto, ꝙ ad hoc, ꝙ Publiciana habeat locũ multa requiruntur. Primo, traditio, uel quaſi. Nã licet interdũ transferatur dñium ſine traditione: ei, ut in legato, qđ directè peruenit ad legatarium ex ultima uoluntate defuncti, ſine traditione, vt ff. de furtis. l. a Titio. non tñ competit Publiciana ſine traditione, & hoc uerum eſt de legatario, ſi agat ex perſona propria, ſecus ſi agat ex perſona defuncti,
naufragium. Et tunc ſi depoſitarius ſit in dolo, datur contra eum actio miſta in duplum. Et in hac actione debet ſic formari libellus, ut. ſ. actor dicat, qualiter uidit hoſtes ueniẽtes, uel fuit incẽdium in domo ſua, uel in domo cõtigua. qua ꝑpter depoſuit res ſuas apud Titiũ; & ideo petit ut Titius huiuſmodi res ſibi reddat, & ſi negauerit duplũ reddat, ut. ff. de poſi. l. j. §. ij. Ex quo patet, quod libellus poteſt eſſe conditionalis. facit. l. cum. tutores. ff. loc. & l. non ab re. & nota, in gl.
7 in uerbo, ordine. C. unde ui. ¶ Notandum † tertio, ꝙ pro mutuo, & pro pecunia mutuata in ſtipulatum deducta, datur actio quæ dicitur certi conditio, ut. ff. ſi cer. pe. l. ſi quis certũ. Diuerſimodè tñ, quia pro mutuo datur condictio certi ſpecialis, ut ſup. quib. mo. re contrahitur obligatio. §. j. ſed ꝑ pecunia mutuata in ſtipulatum deducta, datur condictio certi generalis, ſi pecunia ſit certa uel actio ex ſtipulatu, ſi ſit incerta, ut ſup. de uerb. ſignificatio. §. i. & ſecundum hoc diuerſimodè debet formari lebellius. Et etiam duplex actio

com-

8 †cõmodati, ſ. directa, quæ datur cõmodatori contra cõmodatariũ, & formatur libellus ſit, ut actor dicat, qualiter commodauit. Titio talẽ rem ad talem uſum, qui uſus iam expletus eſt, vel tẽpus trãſiuit, qui expleri potuit, nihilominus tñ cõmodatarius rem nõ reſtituit, & iõ petit pronuntiari eum
9 debere reſtituere. †Alia eſt actio commodati contraria, quæ datur cõmodatario cõtra cõmodatorẽ pro expenſis factis in rẽ commodata, & formaĩ libellus, ut actor dicat, qualiter Titius cõmodauit ſibi talẽ rem, in qua fecit expenſas neceſſarias. quas tenuit ſoluere, & ideo petit pronuntiari eum debe
10 re ſoluere, ut ff. commo. l. in commodato. §. ſicut. Eſt etiã † actio mandati, & eſt duplex mandatũ, ſ. generale & ſpeciale. Mãdatum generale eſt de omnib. negotijs in generali, ſed mandatũ ſpeciale eſt de vno negocio. Exẽplũ primi, ut mãdaui Titio oĩa negotia mea in ciuitate Colonien. ꝑꝑ abſẽtiã meã, cã uiſitationis liminum Apoſtolorũ Petri & Pauli. Exemplũ ſecundi, mandaui Titio, ut emeret mihi unum librũ, & ſcd̃m hoc diuerſimode formãdus eſt libellus. Nam in mandato generali actor dicet, qualiter mandauit ſua negotia. Et qa non poteſt habere rationes, ideo petit rẽ ꝓnũtiari, debere rationes reddere. Sed in mandato ſpeciali actor dicet. Mandaui Titio mihi emere talem rem, & quia non fecit, vel carius emit, quam fuerat ſibi mandatum, in quo dam nificatus ſum, uel impeditus ſum in tanto lucro, ideo peto
11 pronuntiari, ut ſatisfiat mihi de intereſſe. Eſt †ẽt actio mandati contraria, quæ datur mandatario contra mandantem, & fit libellus, ſicut in contraria commodati, mutatis mutan-
12 dis. Eſt ẽt †actio pro ſocio, quæ duplex eſt. Nã quædam datĩ in generali pro contracta ſocietate. Alia datur ad particulares præſtationes, uel ad fructus, uel ad expenſas. Et ſecundũ hoc diuerſimode formatur libellus. De actionibus ante emptí & uenditi, locati & conducti, poſteà dicetur. ¶ Opponiĩ primo & videtur, ꝙ iſta diuiſio non ſit ſufficiens. Nam ſunt aliquæ actiones, quæ dantur, ne in loco ſacro uel publico quid fiat, aut quod factum eſt, tollatur. Sed tales actiones nõ uidentur eſſe rei perſecutoriæ, neque penales, neque miſtę, ergo &c. Solut. Iſtæ actiones ſunt rei perſecutoriæ, non quidem

dem

Digitized by Google

dem rei priuatæ,ſed rei diuinæ,vel publicæ,pro quib.rebus agitur noīe Dei,uel noīe reipu.vel ēt pōt quis agere ꝑ eis, ſuo noīe,qm̄ ſua intereſt.Nā uniuſcuiuſq; intereſt, ut loca ſacra conſeruentur in eſſe, in quib. oratur pro remiſſione peccatorū,ut in Auth.vt lic.ma.& auię.§.quia uerò,col.viij. Et iniuria religionis eſt iniuria cuiuslibet hoīs, & ideo qui libet de ea pōt agere,ut .l.Manich. C. de hær.& Manich. & ita ēt eſt de repu.ut per gl.in uerb.miſſæ,ꝑ doct. & ꝑ.l.ij.§. j.ff.ne quid in lo.pub.l.nā rei.ff.de no.op.nun.¶ Opp.ſcd̄o & videtur, ꝙ aliquæ actiones reales ſint pœnales,quia in q buſdam iuratur in iure ut.ff.de rei uendica.l. qui reſtituere Solut.Quod in eius iuretur in litem, non eſt iure actiones, ſed ex officio iudicis,ut.§.ꝑterea infra eo. ¶ Opponitur tertio,& uidetur,ꝙ actiones ꝑſonales, q̄ ex cōtractu naſcunt̄, ſint pœnales:quia in eis petitur intereſſe actoris, qd̄ aliqn̄ abeſt a reo ut.ff.de actio.empt.& uendi.l.j.in prin. Solutio.

13 Actiones†poſſunt dici tripliciter pœnales. Primo,ex parte actoris,& rei qa ſ.petitur,ꝙ neq; actori, neq; reo adęſt, vt in actione furti. Et de illis pœnalib.loquitur iſte text.Secundo,actiones ſunt pœnales ex parte rei. ſ. quando intereſſe actoris excedit illud,quod adeſt reo,quia tunc inſpecta perſona rei,actio eſt pœnalis,ut.ff.de eo, per quem factū eſt.l. j.§.ſi plures.Tertio,dicitur actio pęnalis ex parte actoris tā tum,ut ſi tu recepiſti pecuniam,eo ꝙ diceres contra me calumniam,ego peto a te illam pecuniam, quo caſu actio eſt pęnalis ex parte actoris,quia petit rem,quæ ſua non fuit,ut. ff.de calumniato.l.& generaliter.§. illud erit notandum.

§.Ex maleficijs vero proditæ actiones.

1 *Furti actio eſt merè pœnalis.*
2 *Actio ui bonorum raptorum;eſt miſta.*
3 *Actio legis Aquiliæ,eſt miſtæ.*
4 *Factū clā an leuius puniatur,quā factum palam,aut econtrà.*

Summatur ſic: Actionum deſcendentium ex maleficio, quædam ſunt pœnales tantum,ut actio furti, quædam ſunt miſtæ,ut actio bonorū raptorū, & actio legis Aquiliæ quæ contra negantem dātur in duplum,& etiam illa,quæ datur

in ſimplũ qñ res plus valuit pcedẽti tpe, q̃ tpe damni dati.
1 h.d. ¶ Not. primo † ꝙ actio furti, eſt merè pęnalis: qa ſi agat furti manifeſti, eſt pœna quadrupli. Si verò non manifeſti, pœna dupli. Sed ꝓ re furtiua cõpetunt alia remedia, uidelicet rei uendicatio, uel cõdictio furtiua, ut ſup. eo. §. ſic itaq;
2 dictum eſt. ¶ Not. ſcdͦo, † ꝙ actio ui bono. raptorũ eſt miſta: quia in quadruplo continetur ẽt res ipſa, & ideò pœna ſolũ eſt tripli, niſi agat Iudæus contra Chriſtianũ. Nam tũc pœna ſolum eſt dupli, ut C. de Iudæis. l. Chriſtiana. Poteſt etiã agi pro re rapta actione furti non manifeſti ad duplum, vt ff. ui. bono. rapto. l. j. vel ẽt furti manifeſti ad quadruplũ, ut
3 ff. de furti. l. ſi uendidero. §. cum raptor. ¶ Not. † tertio, quòd actio legis Aquiliæ eſt miſta, & hoc põt intelligi dupliciter. Vno mõ, ſi agatur contra inficiantẽ, ideſt negantem. Nam tunc agitur ad duplũ, vt C. ad leg. Aquil. l. contra negantẽ. Scdͦo modo, ſi agatur contra cõficientem, & res ualuit plus eo anno, ſi agat ex primo capite, uel inf. xxx. dies, ſi agatur ex tertio capite, q̃ ipſa res ualeat tpe damni dati. Et ita iſta actio eſt pœnalis ex accidenti, & non ex natura ſua ab ini-
4 tio, ut ſupra ad leg. Aqui. §. j. & §. caput. ¶ Opponitur, † & uidetur, ꝙ pœna furti non manifeſti debeat eſſe maior, quam manifeſti, quia qđ fit clam plus punitur, q̃ quod fit palã; ut ff. de admini. tut. l. nõ exiſtimo. Solut. In hac materia diſtinguendum eſt, quia aut loquimur in caſu, qui nullo iure ꝑmittitur, & tunc plus punitur quod fit palam, quã quod fit clam, & ideo manifeſtus vſurarius plus punitur, quam occultus, ut in c. quia in omnib. extra de uſuris. & ita etiam eſt de furto. Aut loquimur in caſu, qui aliquo iure permittitur, ut eſt tutorem contrahere cum pupillo; & in hoc caſu plus punitur quod fit clam, q̃ quod fit palàm: & hoc ideo, eſt, vt magis uitetur fraus & dolus. Et ſic loquitur lex in opp. all.

§ Item miſta.

1 *Actio cõpetens ad petendũ relicta Eccleſijs, uel venerabilib. locis, datur dupliciter ibid. & nu. 4. Et quid ad eam actionem præterea requiratur. nu. 2. Et contra quos detur. num. 5.*
3 *Eccleſia & minor æquiparãtur.*

Relictum paſtori aut miniſtro Eccleſiæ, cenſetur relictum Eccleſiæ, & datur contra eum actio.

7 *Legata ſoluta pijs locis, quamuis non debita, non repetuntur.*

8 *Libelli forma, in actione petendorum relictorum pijs locis.*

9 *Pœna, an poſſit uitari per ipſum reũ, per pœnitentiam. & nu. 10.*

Summatur ſic: Actio cõpetens ad petendum relicta Eccleſiis, uel uenerabilibus locis; retardata ſolutione uſque ad uocationẽ in iudicium, eſt miſta; & datur ad duplum. h. d.

1 & patet in tex. ¶ Not. † primo, q̃ iſta actio datur dupliciter, ſ. ex dilatione, & ex negatione. Nam primo datur ex dilatione, ſi. ſ. dilatio fiat fraudulenter. Nam ſi fieret ex iuſta cã, non haberet locum hæc actio ut. ff. ſi cer. pet. l. q̃ te. Dẽt tñ differens ſoluere, ꝓbare dilationem eſſe factam ex iuſta cã, q̃ uis in alijs caſibus allegãs dolum teneatur dolum probare, ut. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. Verum tñ eſt, q̃ datur aliquod tẽpus ad ſoluẽdũ hm̃di legatum, ut. l. ſi quis filium. §. ij. ff. de collat. bonor. Reqritur ẽt ad iſtam actionem,

2 † q̃ differens ſolutionem hmõi legati ſit uocatus in ius, ut hic dñ in tex. Nam pœnæ ſunt reſtringendæ, ut. l. interpretatione. ff. de pœnis. Sed uerum eſt, q̃ ex ſola dilatione bene conſtituitur in mora, ſine aliqua interpellatione, ad inſtar minoris, ut C. in q̃b. cau. reſtitu. in integ. nõ eſt neceſſa.

3 l. in minorũ. Et ſic patet, q̃ Eccleſia & † minor æquiparantur, ut C. de rei vendicat. l. ſi. ut proponas. Quod uerum ẽ, quo ad actionem concedendam, ſed non quo ad tempus reſtitutionis intentandæ, & ita ſolet dici, quod Eccleſia cõparatur minori facto maiori ut notatur in c. j. & ij. extra de

4 reſtitu. in integ. † Secundo, datur hæc actio ex negatione. Nam ſi obligatus ſoluere relicta piis locis primo confiteatur & poſtea negauerit, uel ſimpliciter negauerit, daẽ contra eum iſta actio, propter inficiationem ſeu negationem. Sed primo negauerit, & poſtea confiteatur, ex quo pœnitere poteſt, nõ datur contra eum iſta actio, ſed releuat actorem ab onere probationis, ut. l. cum, qui. ff. de iureiuran. Et ſi non negauerit legatum eſſe relictum, ſed dicat teſtm̃ non ualere, non tenetur iſta actione, ut. l. penult. ff. de his,

5 quib. ut indig. ¶ Notãdũ † ſecũdo, quod iſta actio datur con-

Digitized by Google

tra hæredes, ſeu illos, qui per legata vel fideicommiſſa poſſunt grauari, ut ſupra de ſing. reb. p fideic. relic. §. j. Et ſi nõ habeāt ſoluere in ęre, luant in corpore, ut. ff. de pęnis. l. j. §. generaliter. Nam hoc non ſolum hēt locum in pœna fiſco applicanda, ſed ēt in pœna applicāda parti, vt. l. ſi quis id qđ ff. de iuriſd. om. iudic. Quod uerum eſt ſi mora ſit fraudulenta qa ex ſimplici mora nemo punitur in corpore, ut. l. ſi
6 procuratorē. §. ſi ignorantes. ff. mandati. ¶ Not. † tertio, ꝙ ſi aliquid relinquatur miniſtro Eccleſiæ, vt puta paſtori, competit hæc actio: qa hoc intelligitur relictum eſſe ipſi Eccleſiæ, ut in glo. in l. annua. §. a Titia. ff. de annuis lega. Niſi relictum eſſet a coniuncta pſona, qa tunc intelligeretur relictum intuitu pſonæ, & non Eccleſiæ, vt notatur in c. reqſiſti. extra. de teſta. Et tale legatum non eſt hoc modo priuilegiatum. Si ēt relictum ſit Deo, tunc cōpetit hæc actio, quia hoc intelligitur relictum parochiali. Eccleſiæ ipſius relinquentis. Sic ēt ſi relinquatur alicui Sancto. Nam hoc intelligitur relictum Eccleſiæ, in qua talis Sanctus eſt patronus ſi hmōdi Eccleſia ſit in illo territorio, & ſi non ſit, tunc intelligitur relictum maiori Eccleſiæ. Et ſi plures ſint Eccleſiæ dedicatę ad honorem illius Sancti, tunc intelligitur relictū paupériori, ut in Auth. de Eccleſiaſt. tit. §. ſi qs in noīe. colla. ix. Sed pro relictis reipublicæ uel fiſco, non datur hæc actio, qꝛuis in multis ius publicum, & ius diuinum æquiparētur, ut C. de ſacroſan. Eccl. l. fi. nec ēt pro relictis ad redemptionē captiuorum. Et rō eſt, quia iſta actio eſt pœnalis, & ideo non eſt trahenda extra cauſam, de quo text. loquitur,
7 ut in l. pen. ff. de pœnis, & inf. eo. §. ſed furti. ¶ Not. † quarto quòd iſtud eſt priuilegium datum fauore locorum piorū. Et eadem ratione datur etiam aliud priuilegium huiuſmodi legatis, uidelicet quod licet non ſint debita ſi tamē fuerint ſoluta, nō repetuntur ut dictum eſt ſupra de obli. q̄ ex quaſi contrac. naſcuntur. §. fin. Pro aliis autem legatis non datur hæc actio in duplum. Si tamen obligatus ea ſoluere fuerit in mora, tenęt ad uſuras, & ad fructus, ut. ff. de leg. ii. l. qui ſolidum, & ff. de uſu. l. uideamus. in prin. & §. etiam re ſpublica, facit. l. j. C. de uſu. & fruc. lega. ſeu fideicom. Et pro

iſtis

iſtis cōpetūt alia remedia, ut Auth. hoc amplius. C. de fidei
8 com. ¶ Notandū † finaliter, ꝙ libellus in hac actione dēt ſic formari, ut. ſ. actor dicat ſe eſſe rectorem talis eccleſiæ, cui Titius in teſtō ſuo reliquit x. florenos. Sed Seius hæres Titij poſt aditam hæreditatem, uel poſtquam ſe immiſcui hæreditati, diſtulit ſoluere huiuſmodi legatum, ita ꝙ ꝓ ꝓ hoc tractus eſt in iudicium, & idcirco petit idem actor quatenus Seius condemnetur ad ſoluendum dictos x. florenos ratione legati, & alios x. ratione pœnæ, q̄ incurrit ex dilatione.
9 Et hæc forma ſatis ꝓbatur ex. §. ſed & illa infr. eo. ¶ Oppo. † uidetur, ꝙ qui primo negat huiuſmodi legatum, q̄uis poſtea cōfiteatur, teneatur adhuc hac actione, per. l. quis ſit fugitiuus, ff. de ædil. edic. Sol. Illa lex ſequitur de uitio purgando, quod. ſ. reus purgare non poteſt per ſolā pœnitentiam: hic autem loquimur de pœna uitanda per ipſum reum, &
10 hoc fieri poteſt per pœnitentiam. ¶ Dicit † tn̄ hic Io. Fab. ꝙ qn̄ reus primo negat, & poſtea confitetur, tunc reus euitat pœnam, ſi actor uoluit probare relictum eſſe factum ex cōfeſſione. Sed ſi actor uoluerit hoc probare ꝓ teſtm̄ uel per teſtes, tunc nō ſufficit poſterior cōfeſſio ad euitādā pęnam.

§. Quædam actionem miſtam cauſam.

1 *Actiones miſtæ, quæ, & quot reſpectibus dicantur miſtæ, ibidē, & num. 2.*
3 *Familiæ erciſcundæ actio, eſt miſtæ. Et q̄d ex ea petatur, nu. 4.*
5 *Familia, idem quod hæreditas.*
6 *Familia erciſcund. actio, quandiu duret.*
7 *Libellus in actione famil. erciſcun. quomodo formandus.*
8 *Communi diuidundo, actio datur pro re diuidenda.*
9 *Libellus quomodo formandus in actione communi diuidun.*
10 *Finiū regundorū actio, quibus detur. Et quorſum ib. & nu. 11.*
12 *Libelli forma in actione finium regund.*
14 *Hæreditatis petitio, an ſit actio miſta. Et contra quem illa detur. nu. 14.*

1 Summatur ſic: Actio † familiæ erciſ. competens pro hæreditate diuidenda, & actio communi diuidundo, competens pro re communi diuidenda, & actio finium regundorū cōpetens habentibus agros confines, ēt ſunt actiones miſtæ.

Digitized by Google

Et poteſt iudex in his trib. actionib. ex æquitate uni rē adiudicare, & in æqualitatem poteſt per pecuniam ad æqualitatem re ducere. h. d. & patet intell. tex. ¶ Notandum primo,† quòd actiones trib. modis ſeu reſpectib. poſſunt dici miſtæ. Primo quia ſunt rei ꝓſecutoriæ, & ēt pœnales, & de iſtis miſtis dictū eſt ſuprà, e. duob. §§. proximis. Scd'o, poſſunt dici miſtæ, quia in eis, idē poteſt eſſe actor & reus. Et hoc modo iſtæ tres actiones, de quib. loquitur hic tex, poſſunt dici miſtæ. Sic ēt interdictum uti poſſidetis, pōt dici miſtum, ut inf. de interdic. §. duplica. Verum tñ eſt, ꝙ huiuſmodi iudicia magis propriè dicuntur cōia, quā miſta. Tertio modo poſſunt actiones dici miſtæ, reſpectu naturæ actionis, qa. ſ. partim ſunt reales, & partim perſonales, & hoc modo ēt iſtæ a-

3 ctiones dicuntur miſtæ, v. g. Actio † familiæ erciſcundæ eſt realis, qñ per eā petiē res alicui tradi ſeu aſſignari iure dñij, ſed eſt perſonalis, in quantum per eam petitur res alterius. Nam ſi tu ego ſumus cohæredes, tunc non eſt aliqua res in hæreditate tam parua, in qua tu non habeas partem, ſimiliter & ego habeo partē in ea. Quæ tñ partitio percipitur intellectu iuris, & nō demonſtratur oculis, ut l. Mæuius. §. duobus ff. de legi. ij. In quantum ergo ego peto talem rē ex cò iure, quod ego habeo in ea, iſta actio eſt realis. Sed quia peto illam rem, uel peto portionem, quàm tu habes in ea, tūc

4 eſt actio perſonalis. Petuntur † ēt hæc ratione fructus, quos unus recepit plures, quàm alius, & tunc etiam eſt perſonalis. Petuntur ēt expenſæ factæ per vnū in re hæreditaria, quas alius negat ſoluere, & tunc ēt eſt perſonalis, ut l. Labeo. §. familiæ, ff. fam. erciſc. & eſt glo. in l. ij. ff. eo. Et eodem modo dici poteſt in actione cōi diuidundo, & in actione finium regundorum: vt in tex. & gl. in l. iij. & in l. iiij. §. ſicut.

5 ff. commu. diui. & l. iiij. ff. finium regund. ¶ Notandum † ſecūdo, quòd actio dicitur familiæ erciſcundæ, ideſt, hæreditatis indiuidendæ. Nā familia idē eſt quod hæreditas, licet etiam habeat alia ſignificat, ut ff. de uerb. ſign. l. pronuntiatio. §. familiæ. Et datur iſta actio ꝓ hæreditate diuidenda, ut hic, datē etiā ſi unus cohæredū commiſit dolū uel culpam in hæreditate, ut. ff. familiæ erciſ. l. & puto. §. ſed & ſi dolo, & ſi dubitetur,

Digitized by Google

tetur, an aliquis ſit hæres, non datur iſta actio, donec dubiũ
6 deciſum fuerit, ut .l. hr̃des. §. quantũ. ff. fami. erci. Et datur.† iſta actio xxx. annis, ut. ff. de anna. exceptio. l. i. & fit cõputatio a tempore aditæ hr̃ditatis ſecundum Ioã. Fab. Et naſcit̃ iſta actio ex quaſi cõtractu, vt ſup. de oblig. quæ quaſi ex cõ
7 trac. naſcun. §. item ſi inter aliquos. ¶ Not. tertio.† quòd in actione familiæ erciſcundæ debet ſic formari libellus, ut. ſ. actor, dicat, qualiter Titius, & ipſe ſunt facti cohæredes ex teſtã, uel ab inteſtato, & Titius negat diuiſionem fieri iſtius hæreditatis, vel ipſe Titius percepit plures fructus, quam actor, vel quòd actor, fecit expenſas, quas Titius ſoluere tenetur, & ideo petit, vt iudex compellat eum a diuiſionem, & ad ſolutionem fructuum, & expenſarum. De qua forma habetur per Spec. in tit. de iudic. §. ſequitur uerſi. item hæres.
8 ¶ Notandum† quarto, ꝙ actio cõi diuidundo datur pro re diuidenda. Et differunt actio familiæ erciſcundæ, & actio cõi diuidundo, & actio pro ſocio, q̃a actio familiæ erciſcundę datur pro re vniuerſali diuidenda. ſ. pro hæreditate. Sed actio cõi diuidundo datur pro re ſingulari diuidẽda. Actio uerò pro ſocio datur pro reb. communicandis, vt notatur in l. j.
9 ff. communi diuidundo. ¶ Notãdum† quinto, quod libellus in hac actione debet ſic formari vt actor dicat qualiter Titius, & ipſe habẽt rem ſingularem communem indiuiſam, quam ipſe Titius negat diuidi, & etiam Titius ex illa re recepit fructus, & actor in ea fecit expenſas, quas non debuit pro parte facere, petit ergo, ut iudex compellat Titiũ ad diuiſionem iſtius rei, ad reſtitutionem fructum, & ad ſolutionem expenſarum. Et de hac forma habetur per Spec. in tit.
10 de iud. §. ſequitur. in fi. ¶ Notandum† ſexto, ꝙ actio finium regundorum, datur habentib. agros confines, aut ut termini prius poſiti non apparentes appareant, vt in gl. in l. j. ff. finium regundo. aut ut termini euulſi a flumine, uel ab homine reponantur. Et poteſt iudex contra euellentem criminaliter procedere, vt ff. fi. regũdo. l. iiij. §. ſi dicantur. Aut vt termini inconuenienter poſiti, quia. ſ. unus nõ põt agrum ſuum colere uel arare, ſine impedimento alterius, uel niſi intret in agrũ alterius, ut ſ. termini conuenientius ponan-

11 tur, ut. l. ij. §. fi. ff. finium regun. Et †datur hæc actio ēt ad ꝑſonales præſtationes, ut puta ad fructus, intereſſe, & ad damna. ut. ff. fin. reg. l. iiij. §. in iudicio. Sed non datur hæc actio habentib. domos confines ſeu ædificia, Sed ut d. l. iiij. in fin. Si tñ unus habeat ſuum ædificium, & alius habeat fundum, tunc hæc datur actio utilis, ut not. in gl. l. iij. in uer. ædificiū. Et ſi tale ædificium eſſet poſitū loco termini, daretur directa
12 ut l. ij. & not. gl. ff. fi. regū. ¶ Not. †finaliter, ꝙ libellus in hac actione dēt ſic formari, ut actor dicat qualiter Titius, & ipſe habent agros confines, ſed termini, quib. agri diſtinguūtur non apparent, aut ſunt euulſi, uel ſunt inconuenienter poſiti, & quòd ipſe petiit a Titio huiuſmodi terminos inquirit aut reponi, uel melius poni, ſed Titius recuſauit hoc fieri, qua propter petit, ut iudex ſupponat huiuſmodi agros. oculis ſuis vel oculis agri menſoris, ita. ſ. vt appareant, aut de nouo reponantur, aut melius ponantur. Et de hac forma habe
13 tur per Spec. in ti. de iud. §. ſequitur. in prin. ¶ Opp. † & uidetur, ꝙ non ſatis enumerent hic huiuſmodi actiones miſtæ, quia actio petitionis hæreditatis ēt uidetur miſta, ut. C. petit. hær. l. hæreditatis. & ff. de petit. hær. l. bonæ fidei. §. j. de qua tñ hic non fit mentio. Sol. Petitio hæredita. non eſt miſta actio ea ratione, qua iſtæ ſunt miſtæ, ſed propter ſimilitudinem, quam habet cum actionibus perſonalibus, & realibus in origine, & effectu. In origine autem, quia ſicut actio perſonalis oritur ex contractu, uel quaſi, ſic etiam petitio hę reditatis: ex iure, quod habet hæres cum defuncto, cum quo cenſetur eadem perſona, ut. ff. de acquir. poſſ. l. cum hę redes in effectu autem, quia ſicut actio perſonalis datur contra debitorem perſonaliter obligatum, ut. §. ſic itaque ſup. eod. ſic etiam petitio. hæreditatis, ut. l. ſed utrum. ff. de peti-
14 tio. hæredita. Et †ſicut actio realis datur contra quemcunq; poſſeſſorem ſeu detentorem, ut. l. officium, ff. de rei uen. ſic petitio hæreditatis contra poſſidentem pro poſſeſſore, uel pro hærede, ut. l. regulariter. ff. de petit. hæredit. Sic etiam actio noxalis datur contra quemlibet poſſidentem ſeruum qui noxam fecit, vt inf. de noxali. §. omnes. Similiter actio quod metus cauſa, ut ff. q̄d metus cauſa. l. ſi cū exceptione.

§. Fe-

Digitized by Google

§. Pedius ſic ēt actio in factū, cōtra eū, qui habet aliqđ poſitū in loco publico.ff.ne quid in loco publico.l.ii.§.antep. Idē dicendū eſt actione qđ ui aut clā, ut.ff. qđ ui aut clam. l.competit Et dicūt aliqui, qđ iſtæ ſunt actiones anomalæ. Sed in ueritate iſtæ actiones ſunt pſonales quia principaliter oriunť à pſona licet ex conſequenti, & ex quadā æqtate dentur in rem, ut no. in l.ſi cū exceptione.§.aliqñ.ff.qđ metusve cā. Et dicunť in rem ſcriptæ, ut eſt pulchra gl. & etiam no. per Dy. in l.iii.§.eſt autem perſonalis.ff.ad exhibēdum.

§. Omnes autem.

1 *Actio quarta diuiſio, vel potius ſub.diuiſio.nu. 5.*
2 *Ex ſtipulatione naſcuntur duæ actiones.*
3 *Libelli forma in actione certi condictionis.*
4 *Libellus in actione ſtipulatu diuerſimode formatur.*
6 *Actio nulla, an extendatur ultra quadruplum, fuſè per nu. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*

Sic ſummatur; Omnes actiones uel dātur in ſimplū, uel in duplum, uel triplum, vel quadruplum, ultra quod nulla actio datur. Et actiones deſcendentes ex contractu, regula-
1 riter dantur in ſimplum. h.d. ¶ Notādum † primo, quòd hic
2 ponitur quarta diuiſio actionum. ¶ Notandum † ſecundo, quòd ex ſtipulatione naſcūtur duæ actiones quia aut ſtipulatur res certa, & naſcitur condictio, ut.ff.ſi cert.petat.l.ſi quis certum, aut ſtipulatur res incerta, & naſcitur ex ſtipu-
3 latu actio, vt ſup. de uerb. obli. ¶ Notādum † tertio, quòd in actione certi condictionis, libellus debet ſic formari, ut.ſ. actor dicat qualiter ſtipulatus eſt à Titio talem rem, puta librum ex cauſa tali, præcedente eius interrogatione, & ſubſequente incontinenti ipſius Titij reſponſione, quem tamen librum Titius recuſat dare & tradere actori, & ideo petit actor ut iudex ipſum ad hoc compellat, & probatur hæc forma in d.l.ſi quis certum, ꝙ per Spec. in tit. de oblig. & ſol.§.
4 ſequitur uerſi. ſi vero aliquis. Sed † in actione ex ſtipulatu diuerſimode formatur libellus, actor diuerſimodè petit illud, quod ſtipulatum eſt. Aut. n. petit ſimpliciter ipſum factum, vt ſi ſtipulatū ſit, ꝙ domus ædificetur, aut ſimpliciter

Digitized by Google

petit intereſſe, aut petit factum cũ cõdictione, quod ſi non fiat, pſtetur intereſſe, ut notatur per Bar. in l. ſtipulationes
5 non diuidunt. ff. de uerb. obl. ¶ Opp. † & vr, ꝙ iſta diuiſio ſuperflua quia vr concidere cũ diuiſione ſup. eo. §. ſequens. Solu. Iſta latius declarat q̃ illa, & põt proprie dici ſubdiui-
6 ſio quædã reſpectu illius. ¶ Opp. † ſecundo, & vr ꝙ inconuenienter dicatur in tex. nulla actionẽ extendi ultra quadruplum. Nã actio q̃ datur pro occiſione ſerui, qui fuit inſtitutus hęres, dat interdũ ad centũ, uel ad mille, ſm qđ ualuit hæreditas, & hoc longe excedit quadruplũ uolaris ipſius ſerui, ut ſupra ad l. Aquil. §. illud. Similiter vr de actione quæ datur contra eum, qui extraxit clauũ de naui, vnde tota nauis periclitata eſt, quæ datur ad totum damnũ quod lõgè excedit quadruplum ualoris illius claui, ut. ff. de incẽ. ruina naufra. l. iij. §. ſenatus. Idem uidetur de actione, quæ datur mihi contra eum, qui uendidit mihi pecus morbidũ, unde totus grex meus contaminatus eſt, uel ex unio tigni, unde totum ædificium corruit, ut ff. de actio. empt. l. Iulianus. in prin. Sol. Tex. iſte debet intelligi de actione, quæ eſt mere pænalis ex vtraque parte ſcilicet actoris & res. Actiones autem, de quibus loquuntur cõtraria iura nõ ſunt pœnales ex parte actoris, quia totum petit, eſt ſuum intereſſe.
7 ¶ Sed replicatur † actione, quæ datur contra eum, qui manimiſit ſeruum alienum in præſentia principis. Nam ille habet ſoluere duos ſeruos domino, & tres fiſco, Et ita punitur in quintuplum, ut C. de his qui à nõ domino manumi. l. fi, Idem uidetur de actione quæ datur contra eum, cui tu dediſti pecuniam ut fieret mihi calumnia, nam tu reperis, quod dediſti, & ego proſequor quadruplum, & ſic actio datur in quintuplum, ut ff. de calumnia l. ſi quis ab alio. Solu. Tex iſte debet intelligi de actio, qua pœna datur vni & eidem. Modò in contrarijs iuribus pęna datur diuerſis, vt ma-
8 nifeſtè patet ex dictis in oppoſi. ¶ Sed iterum † replicatur de actione quæ datur contra eum, cui ego dedi pecuniam ne faceret mihi calumniam, ꝙ ipſe recepit pecuniam ab alio ut diceret contra me calumniam. Nam iſte punitur in octuplum, & pœna datur uni, ut ff. de calumnia, & l. generaliter. §. fi.

§.fi.Solu. Iſte tex.debet intelligi de pœna, quæ datur unica actione in numero ſed contraria l. loquitur de pœna, quæ datur duabus actionib. quarũ neutra excedit quadruplum.
9 ¶ Sed iterũ † replicatur de actione, q̃ datur contra libertũ, qua.ſ. p p offensã reuocat̃ in ſeruitutẽ, ut C. de libe.& eorũ liberis.l.ſi manumiſſus. Nã illa eſt una actio, & hæc pœna longè excedit quadruplũ, cũ libertas ſit res ineſtimabilis.ff. de his, qui deie. uel effu.l.fi. Idẽ v r̃ de actione, q̃ datur cõtra illũ, qui eripuit ſeruũ fiſci. Nã ille reddit ſeruum, & cum eo adhuc quadruplũ, ut C.de ſer.fugit l. pẽ. & tñ eſt una actio. Solu. Iſte tex. adhuc intelligitur, quando in pœna habetur reſpectus ad ipſam. Id cõtrarijs aũt non habetur reſpectus ad rem, ſed ad delictum ſeu punitionem tantum. ¶ Iterum
10 replicatur † de actione, quæ datur contra eum, qui recepit pecuniã ab eo, qui emit adminiſtratione. nam reddit quadruplum, & cõfiſcantur bona ſua, & priuatur cingulo, vt in Auth. ut iudices ſine quoquo ſuffragio. §. ſic ergo; colla.ii. Solu. Iſte tex. loquitur de actione, ut manifeſtũ eſt. Qđ autẽ dicitur in cõtrario, non fit per actione, ſed per accuſatio-
11 nem. ¶ Iterum † replicatur de.§.alteri ſupra de inut.ſtipula. q̃a ibi poteſt excedit quadruplum. Sol. Iſte.tex.in. §.præsẽtĩ intelligitur de pœna legali q̃ eſt quando iudex uel cõmunitas aliqua dicit quicunque commiſerit furtum morietur, q̃a hoc ius inducit. Cõtrarium aũt loquitur in pæna conuẽtionali quæ eſt quando aliquis dicit, Ioannes, ſi nõ ueneris ad lectiones, ſolues album, quia tunc eſt conuentio facta, in-
12 ter illum & me Pęna † igitur legalis non poteſt extendi ultra quadruplum. Sed de pœna conuentionali eſt diſtinguẽdum, q̃a uel apponitur per nõia multiplicatiua, ut ſimplũ, duplum triplũ, &c.& tunc etiã nõ poteſt extendi ultra quadruplum, ut l. ſi dictum. ff.de euictionib. uel apponitur per nõia ſimplicia, ut unum; duo, tria, & tunc aut apponitur facto, ut dicendo. Promittis mihi ſcribere talem librũ ſub pęna centũ, & poteſt extendi ultra quadruplum ut in §. alteri in oppo.alleg. uel apponitur ſpeciei; ut dicendo, Promittis mihi dare talẽ librũ ſub pœna centum, & iterum p̃t extendi ultra quadruplũ, ut l. Lucius.ff.de act.empt. & uendi.& l.

Digitized by Google

ſciendũ.ff. de euicti. Aut apponitur quantitati. ut dicendo. Promittis mihi dare decẽ ſub pœna cẽtum, & tunc non põt extendi ultra quadruplũ, quia præſumitur fieri in fraudem vſuræ, ut l. Iulianus.§.idem Papinianus.ff.de acti.empt.

§. In duplum agimus ueluti fur.nec mani.

1 *Actiones furti nec manifeſti; quibus caſibus dantur in duplũ.*

2 *Serui corrupti actio detur, pro eo ꝙ ſeruus corruptus eſt mẽte.*

3 *Actio utilis ſerui corrupti datur patri ꝑ filio corrupto, aut filia corrupta. Et quibus præterea.*

Actiones furti nec manifeſti. l. Aqui depoſiti ĩ quibuſdã caſibus ſerui corrupti, & quæ datur pro legato relicto uenerabilibus locis datur in duplũ. Et datur actio ſerui corrupti contra eum, cuius perſuaſione uel conſilio ſeruus factus eſt, deterior, in qua quidem actione etiam ueniũt res,
1 quas ſeruus dño abſtulit. h.d. ¶ Notandum † primo, ꝙ qualiter actio furti nec manifeſti datur in duplum, dictum eſt ſup. de obliga. quæ ex malefic. naſcunt. §. pœna. & qualiter actio legis Aquiliæ datur in duplum, ſ. per inficiationem dicetur inf. eo. §. at ille. Et qualiter actio depoſiti datur in duplum in quatuor caſibus dictum eſt ſup. eo. §. ſequens. Qualiter autem actio pro legatis relictis uenerabilibus locis in duplum datur, dictũ eſt ſup. eo. in §. item miſta. Notandum
2 † ſecundo, quòd actio ſerui corrupti nõ datur pro eo quòd ſeruus corruptus ſit in corpore, quia ſic daretur actio legis Aqu. ut ſu. ad legem Aquiliã in §. i. & in §. caput. Sed datur pro eo, quòd ſeruus corruptus eſt mẽte quia. ſ. de bono factus eſt malus, uel de malo deterior, ut. ff. de ſeruo corrupto. l. i. & §. perſuadere. & l. ſequ. & facit l. præſes. ff. de off. præſid. Et datur iſta actio non ſolum ad duplum æſtimationis ſerui, ſed etiã ad duplum æſtimationis rerum, quas abſtulit domino ſuo, ſiue tales res peruenerunt ad perſuaſorem ſeu corruptorem, ſiue ad alium, ut ff. de ſer. corrup. l. i. hoc iudicio. Sed in iſto duplo continetur ipſa æſtimatio ſerui, & rerum ablatarum. ut. l. ut tantum. §. i hac. ff. de ſer. corru. Et iſtud uerum eſt, ſi is qui perſuaſit, uel conſilium dedit, fecit hoc ex dolo malo, ut. l. dolo. ff. de ſer. corrup. Et poteſt etiam puniri criminaliter talis perſuadens, ut l. i. eũ ff.

de

Digitized by Google

de extraor.criminibus. Secus autem ſi non fecit dolo, quia tunc tenetur actione l. Aquil.ut l.ſed commodius. ff. de ſer.
3 corrupto.¶ Not.† tertio,ꝙ utilis actio ſer.corrupti datur patri pro filio corrupto,aut filia corrupta, quia intereſt patris hēre filios bonos,& nō malos ut l.aut tm̄ §.j.ff.de ſeruo corrupto. Et datur iſta actio ad æſtimationē operarū,q̄ ꝑ filios fieri ſolent:quia liberū corpus non poteſt æſtimari, ut.ff.de his q deiec.uel effu.l.fi. Et fit hoc æſtimatio taxatione iudicis, mediāte iuro in litē ipſius patris de ualore oꝑarum, & de ſua affectione,ſicut fit in actione iniuriarum, ut ſu.de iniurijs.§.pœna. Datur ideo ēt hæc actio utilis ſcholari cōtra ſociū ſuum qa ꝑſuaſit ſibi,ꝙ pecuniā ſuā inutiliter expenderent. Nā ſi datur patri pro filio, magis vr̄ dari ipſi filio, quia charitas incidit à ſe, ut l.præſes. C.de ſeruitu.& aqua.

§. Tripli.

1 *Actio cōpetens ex lege condictitia, datur in triplū, contra eum, qui maiorem ſummam libello inſeruit, quā reus ſibi debebat.*
2 *Libellus dandus eſt de iure nouo. Et quid in eo exprimendum.*
3 *Sportulæ quid Et quotuplices, nu.4.*
5 *Sportulæ ſecundo modo, dabantur olim ſecundum quantitatē ſummæ in libello petitæ hodie aliter, nu.6.*
7 *Libelli forma in actione ſportularum.*

1 Summatur † ſic:actio competens ex l.condictitia datur in triplum,contra eum,qui in libello inſeruit maiorem ſummā,quam reus ſibi debebat, ut ipſum reum maiori ſumma ſportularum oneraret h.d.uſque ad §.Quadrup. ¶ Notan.
2 † primo,quòd de iure nouo, dandus eſt libellus, ut C.de arbi.l.cum antea §.fin. Iure tamen ueteri non dabatur libellus,niſi ex uoluntate, ut.ff.de eden.l.i. Et in ipſo libello exprimēda eſt certa q̄titas, uel res certa, & etiā actor in actione perſonali habet reum certificare, ut in Auth.de litig.§.
3 ad excludendas.¶ Notandum † ſecundo,ꝙ ſportulæ dicūtur quædam obligationes,dictæ à ſporta ſeu ſportula,& eſt genus uaſis, in quo dictæ obligationes conſueuerūt repſentari:
4 Et † ſunt duplices ſportulæ. Nam q̄dam dantur iudicibus ut ī Auth. ut iudices ſine quoquo ſuffr.§. volumus colla.r.

Aliæ

Aliæ ſunt ſportulæ, quæ dantur executoribus, qui. ſ. repræſentant partes iudicis. Primæ autem ſportulæ non creſcunt neq; decreſcunt extra quantitatem ſummæ, vt in Auth. de
5 iudic. §. ne autem: Sed † ſecundæ ſportulæ olim dabantur ſecundum quantitatem ſummæ petitæ in libello. Verum tñ eſt, qd́ quibuſdã remittebantur: vt pauperibus: qbuſdã aũt minuebantur, vt clericis, vt C. de epiſ. & cler. Auth. ſed hodie. quibuſdã ẽt remittebantur ꝑ priuilegiũ principis viuentis, ut C. de fruc. & litiũ expenſis. l. fi. Et de iſtis ſportulis lo-
6 quitur hic tex. Sed qa tñ † hodie non dantur ſportulæ ẜm q̃titatẽ ſummæ petitæ in libello, ſed ẜm conſuetudinem, & longitudinẽ viæ, vt Auth. ſed hodie. C. de epiſ. & cler. ita vt pro quolibet miliari detur vnus munus ſeu bolendinus, vt in glo. in Auth. de iudi. §. diſpoſita, & ideo iſte. §. hodie non habet locum. Si tamen dolo, quia plus petat, quàm pro executione ſua ordinatum eſt, punitur in triplo expẽſarum, ut infra eo. §. plus. Non tamen cadit a tota cauſa. ¶ Notandum
7 † tertio, ꝙ in iſta actione libellus põt ſic formari, ut. ſ. actor dicat, qualiter fuit debitor Titij in x. & ipſe Titius, vt actor plus grauaretur in ſolutione ſportularum, poſuit in libello xx. quapropter actor petit eum condemnari ad triplum ſoluendum. Opponitur, & videtur, ꝙ ille, qui plus petit, debeat cadere a tota cauſa, per l. vnicam. C. de plus peti. Solu. In illa lege dicitur, quòd ille qui plus petit quam ſibi debitum eſt, & etiam de hoc petit cautionẽ ex dolo, ille cadit a tota cauſa, quia grauius puniri debet, q̃ ille qui plus petit, ſine dolo, ut ff. de offi. præſid. l. diuus. ubi nota optimum caſum.

§. Quadrupli.

1 *Actiones quæ nam in quadruplum.*
2 *Actio quod met. cauſ. cui detur, & contra quem.*
3 *Actio in factum de calũnia, quando cui, & contra quẽ detur.*
4 *Litium executores plus debito exigentes pro ſua executione, puniuntur in quadruplum.*

1 Actio † furti manifeſti, & actio, quod metus cauſa, & actio de calumnia, ſimiliter & actio, qua datur ex l. condictitia contra executores litium, petentes plus a reis, quam pete-

re

re debeant, ſunt in quadruplū.h.d.uſq; ad §.ſed furti. ¶ Notandum primo, ꝙ de pœna furti manifeſti dictū eſt ſup.eo. §.ex maleficijs, quia ibi tractatum eſt de illa actione. ¶ No-
2 tandam † ſecundo, quòd actio quod metus cauſa, datur mihi cōtra eū, qui per metum cadentē in conſtantem virū cō pulit me, ad tradendū ſibi rem meā, ut ff. quod metus cau.l. ſi cum exceptione. §. j. Ex quo faciliter poteſt concipi forma libelli in hac actione quæ etiam patet.l.iii.C. quod metus cauſa. Et datur actio in quadruplum ex contumacia, ut ſtatim dicetur inf. eo. §. item actio. Et eſt animalis in quadruplum, in ſimplum uerò eſt perpetua, ut.ff.qđ me.l. ſi cū
3 exceptione.§. 1.¶ Notandum † tertio quòd actio in factum de calumnia, datur mihi contra eum, qui recepit pecuniam ab alio, ut faceret aut diceret contra me calumniam. Datur etiam mihi contra eum, cui ego dedi pecuniam, ut nō diceret contra me calumniam. Et ita diuerſimodè formatur libellus in hac actione.ff.de calumniato.l. & generaliter. Et eſt hæc actio etiam annalis in quadruplū, in quo tñ quadruplo continetur res ipſa, ſiue pecunia data ut in §.fi. in hæredem.ff.eo.& not.in glo. 1,ff. de calumniato. in ſimplū uerò
4 eſt ꝑpetua ut ff.de calūniato.l.i.§.i.¶ Not.† finaliter, ꝙ executores litiū plus exiſtentes pro ſua executione puniuntur in quadruplū, & ita differt hoc, ꝙ hic dr̃ à §.tripli.ſup.eo.qa ibi daē actio in triplū, contra actorē maiorē ſumma inferentē in libello, vt reum plus grauet in ſolutione executoribus faciēda, vt ibi dictū eſt, hic aūt datur actio contra ipſos executores plus petentes, q̄ debeat. Et datur iſta actio, in quadruplū, ſic tñ quòd triplum applicetur fiſco, & ſimplum applicetur parti, vt in Auth. ut litigantes iurent.§.hoc quoq; colla. ix. Et petitur iſtud quadruplum per hanc actionem, quæ dicitur condictio ex hac lege, v t ff.de condic. ex le. l.i.

§. Sed furti.

1 *Actio furti nam manifeſti & ſerui corrupti dantur in duplum criminaliter, & nu.2. Et quæ dentur accidentaliter.*

2 *Pœnæ, q̄ datur ex negatione vel cōtumacia dicitur accidētali.*

1 Actio furti † nō manifeſti, & actio ſerui corrupti dantur in duplum

duplum originaliter, ſed actio legis Aquiliæ, & actio depoſiti in quatuor caſibus, dantur in duplum accidentaliter, ſ. negatione. Nam ſi reus confiteatur, tunc nõ dantur niſi in
2 ſimplum. h. d. uſq. ad §. ſed & illa. ¶ Not. † primo, q̃ de actione furti non manifeſti ſatis dictum eſt ſup. de obl. q̃ ex maleſic. naſcuntur. §. pœna. Actio autem ſerui corrupti ex natura ſua daẽ in duplũ. Nã ſiue reus negauerit, ſiue confiteatur, datur in duplum. niſi inter uirum & vxo. Nã tunc datur in ſimplum, vt ff. de ſeruo corrupto. l. doli. uerbum. §. hæc act. Et hoc eſt ꝓp honorẽ matrimonii, ut l. ii. ff. rerũ amotarũ.
3 Not. † ſcđo, q̃ pena, q̃ datur ex negatione uel contumacia, dr̃ eſſe accidentalis, & non rõne primæ obligationis. Et ĩõ fideiubens pro malefactore, de ſolutione pœnæ, ad q̃ condemnabitur rõne maleficij ſui, non tenetur ſoluere illã pœnam, in quam cadit iſte malefactor ꝓp negationem ſuam uel contumaciam, de quo no. per Bar. in l. i. ff. de in lit. iurã.

§ Sed illa.

1 *Actio competẽs pro relictis venerabilibus locis differt ab alijs, quæ dantur in duplum & nu. 2.*

1 Actio † cõpetẽs pro relictis venerabilibus locis, et differt ab aliis actionibus, quæ dãtur in duplum, quia hoc contingit accidentaliter, & extrinſecè. non ſolum ex negatione, ſed etiã ex retardatione ſolutionis, uſq. ad iuſſum iudicis.
2 h. d. ¶ Notandum † quòd licet in actione competente pro relictis venerabilibus locis reus deferat iuramentum actori, propter hoc tamen non punitur in duplum, ſed reuelat actorem ab onere probandi, ut ff. de iureiu. l. eum qui.

§ Item actio.

1 *Actio, quod met. cau. differt ab alijs actionibus, quæ dantur in quadruplum, & quæ ſit eius natura.*

2 *Res ꝑ metũ ablata ſi reſtituatur ante ſẽtẽtiã, reus abſoluitur.*

3 *Actio quod met. cau. habet duas ſententias.*

1 Actio quod † metus cauſa, differt ab aliis actionibus, quæ dãtur in quadruplum, quia natura iſtius actionis eſt, quòd ſi res per metum ablata iuſſu iudicis reſtituatur, abſoluitur

reus

reus dando ſimpliciter ipſam rē, ſed talib. actionib. quæ dātur in quadruplū, non vitiatur iſta pœna per reſtitutionem
2 h.d. uſque ad §. actionem autem. ¶ Not. † q̄ ſi res per metum ablata reſtituatur ante ſnīam, tunc reus abſoluitur. nec hēt ſoluere quadruplum, ut hic, & ff. quod met. cauſ. l. ſi cū exceptione. §. ſatis clementer. Et intelligitur hoc de ſecunda ſen
3 tentia. Nam in iſta actione † ſunt duæ ſententiæ, quarū una eſt de reſtituendo & alia de ſoluendo quadruplum, ut ff. qd me. cau. l. ſi cum exceptione. §. hoc autem. Et poteſt utraque ſententia dici diffinitiua pro tanto, quia diffinit controuerſiam, ut ff. de re iud. l. 1. Non tamen ſi utraque habeat ſolēnitates requiſitas ad ſententiam diffinitiuam, de quibus notatur in l. prolatam. C. de ſen. & interlo. om. iud. Nam prima ſnīa dicitur iuſſus iudicis, & ſecūda dicitur eſſe executiua primæ. Simile notatur per Inn. in c. ſæpe cōtingit. extra de appe. ubi declarat differentiam inter ſententiam. quæ datur ꝑ expenſis, & inter ſentētiam, quæ datur de principali cauſa.

§. Actionum.

1 *Actionum quædam ſunt bonæ fi. quædam ſtricti iuris, & nu. 2*
3 *Actiones bo. fi. & quid, & quotupliciter differant ab actionib. ſtricti iuris ibid. & num. 4. 5. 6.*
7 *Actio ex empto, ad quid & cui detur. Quid itidem ex uendito, (cuique competat.*
8 *Locati actio, datur locatori contra conductorem, & actio ex conducto conductori, contra locatorem.*
9 *Negotiorum geſt actio, eſt duplex.*
10 *Depoſiti actio, an ſit bo. fi.*
11 *Actio pro ſocio, ex utraque parte eſt directa.*
12 *Tutelæ actio directa, & contraria bo. fi. ſunt.*
13 *Pignoratitia actio, eſt duplex.*
14 *Familiæ erciſ. actio item communi diuid. ſunt bo. fi. & cur non ita actio æſtimatoria quando detur.*
16 *Actio æſtimatoria quando detur.*
17 *Libelli forma in actione æſtimatoria.*
18 *Permutatio rerum eſt contractus innominatus.*
19 *Actio de permutatione rerum, unde, & quando naſcatur.*
20 *Libellus quomodo formandus in actione de rerum permut.*

21 *Actio*

21 *Actio præſcriptis verb.ſæpe concurrit cum actione in factum.*
22 *Actio in factum, oritur quatuor modis.*
23 *Hæreditatis petitio, eſt bonæ fidei, & cui illa detur. nu.24.*

1 Actionũ quędã†ſunt bonę fidei, q̃dã ſtricti iuris. Actiones bo.fidei ſunt ex empto, uẽdito, locato, conducto, negotiorũ geſt.mandati, depoſiti, pro ſocio tutelæ, commodati, pignoratitia, famil.erciſ.cõi diuidundo, p̃ſcriptis verb.æſtimatoria rerum permutatio, & hær.petitio, de qua tñ hæred. petitione fuit dubium, uſque ad tempus do. Iuſtiniani qui poſuit
2 eam inter actiones bonæfidei.h.d.¶ Notandum†primo, ꝙ hic ponitur quinta diuiſio actionum. Et quia exprimuntur actiones bonæfidei, elicitur, ꝙ aliæ omnes actiones ſunt ſtricti iuris.ad quod fac.§.uideamus ſup.de his, qui ſui uel alie. iur.ſunt. Actiones tñ ſtricti iuris nõ ſunt mal.fi. quia in oĩbus actionib.& contractib.debet eſſe bo.fi.ut.C.de act.& obli.l.bonam fidem. Nam dolus dans cauſam contractui in cõtractu bo.fi.facit contractum ipſo iure nullum, ut.ff. de dolo.l.& eleganter. In contracto ante ſtricti iuris, dolus nõ facit contractum ipſo iure nullum, ſed eliditur talis cõtractus per actionem, uel per exceptionem doli, ut.C.de inuti. ſtipu.l.dolo. Si uero dolus incidet in contractu bo.fi.non facit cõtractum ipſo iure nullum, ſed eliditur & diſſoluitur talis contractus per actionẽ ex eo contractu, ut.ff.de act.empt.& uend.l.Iulianus.§.ſi uenditor. Dolus ante incidens in cõtractu ſtricti iuris, diſſoluitur per actionem uel ꝑ exceptionẽ
3 doli, ut in d.l.& eleganter.§.non ſolum.¶ Differunt†autem actiones bon.fi.ab actionibus ſtricti iuris, quia in actionib. ſtricti iuris non ueniunt uſuræ ex mora.ut ff.de neg.geſt.l. quia tñ. Sed illæ ueniunt actionib.bo.fi.ut.ff.de act. emp.l. Iulianus.§.ex uẽdito. Quod hodie etiam obtinet, quamuis vſuræ ſint reprobatæ, q̃a loco uſurarum uenit intereſſe. Se-
4 cundo differunt†quia in actionib.ſtricti iuris, ſi peto, quod nunquam fuit meum, non ueniunt fructus ex mora niſi à tempore litis conte.quod ſecus actionibus bo.fi.ut.ff.de u-
5 ſuris.l.videamus.§.ſi actionem. Tertio differunt, † quia in actionibus ſtricti iuris non uenit intereſſe, ſi dare ſit in obligatione, quamuis aliud eſt, ſi tradi uel fieri ſit in obligatione,

Digitized by Google

ne,ut.ff.de uerb,ob,l,ubi aũt,§.ſi.ſecus in actionib.bo. fidei,
6 ut ff.de act.empt.& uend.l.j.Quarto, differunt,†quia in a-
ctionib.ſtricti iuris ſolum uenit illud, quod continetur in
natura actionis,ſed actionib. bo. fid.etiã uenit illud de quo
non eſt cogitatum,ut puta,deteriorationes,rupta,& ſimilia
ut,ff.de act.emp.l.fundi.§.ſi rupta.& ſupra de obligationib.
7 ex conſenſu,in fi.¶Not,†ſecundo,quòd de emptionibus &
uenditionib.dictum eſt ſupra. tit.de emp.& uendi. Eſt ante
actio exempto, quæ datur emptori ut res empta ſibi tradat,
quia ideo oportet,ꝙ per emptionem res efficiatur emptoris
ut.ff.de act,empt.l.ex empto. Actio ante ex uendito dat uen
ditori ad petendum pretium,ut d.l,ex empt.& ſecundũ hoc
faciliter patet,qualiter in iſtis actionib. formandus ſit libel-
8 lus, vt l.j.ff.de act.emp.clarius habetur. Notandum†tertio,
quòd actio locati datur locatori contra conductorem,ad pe
tendum mercedem,ſed actio ex conducto,datur conductori
contra locatorem,ad petendum ea, de quibus in contractu
locationis cõuentum eſt,ut,ff.loca.l, ij. Et ſecundum hoc ẽt
formandus eſt libellus,de cuius forma habetur in l.ij. C.lo
9 ca.& per Spec.in ti,de loca.§.poſtq̃.¶Not.†quarto,quod a-
ctio negotiorũ geſt.duplex eſt.ſ.directa & cõtraria,& utrã-
que eſt bo,fi,quia fauor eſt ampliandus,ut.ff.de li.& poſth.
l.cum quidam. Formatio ante libelli in actione neg. geſto-
11 rum,ſatis patet,in l,ij.ff.de neg.geſt,¶Notandum † quinto
quod actio depoſiti,ẽt in quatuor caſib.in quib, ipſa eſt du-
pli,per inficiationẽ eſt bo.fi.quia lex nõ diſtinguit,& ita nõ
11 debemus etiam nos diſtinguere,¶Notandum†ſexto, quòd
actio pro ſocio ex utraq; parte eſt directa,& non eſt aliqua
contraria,ut inf.de pœ,teme.litigan.§.ex quibuſdam,¶No
12 tandũ†ſeptimo,ꝙ actio tutelæ directa eſt; q̃ datur pupillo
contra tutorem,ut ſupra de Atil.tut.§.fi. Sed contraria eſt,
quæ datur tutori cõtra pupillũ,quando aliqua expoſuit de
ſubſtãtia ſua in utilitatẽ pupilli,ut ſupra de obl. quæ ex qua
ſi contractu naſc.§.tutores:& utraque eſt bo. fi.eadem ratio
ne,ſicut dictũ eſt de actione negotiorum geſt, ¶Notandum
13 †octauo,ꝙ actio pignoratitia etiam eſt duplex.Nam q̃dam
eſt directa,quæ datur debitori contra creditorem,poſtq̃ ſo-

lutum

lutum eſt debitum, ut reſtituat pignus ſup. quib. mo. re contrahitur oblig. §. fi. Alia contraria, q̄ datur creditori contra debitorē pro expenſis factis in pignore, ut C. de pig. l. ſi ne-
34 ceſſarias & vtraq; ēt eſt bonæ fidei. ¶ Not. † nono, ꝙ actio familiæ erciſ. datur inter cohæredes ſuper diuiſione hæreditatis ut ff. famil erciſ. l. ij. & eſt bo. fide. Sed actio. cōi diuidūdo detur inter illos, qui habent rē cōem, ut. ſ. talis res diuidatur ut ſup. de obli. q̄ ex quaſi contractu naſcun. §. item ſi inter
35 aliquos, & ēt eſt bo. fi. † Et licet actio finiū reg. habeat ſimilitudinē cum iſtis, ut ſup. eo. §. q̄dam actiones, no tñ eſt bon. fid. Nā nulla actio, q̄ hic non ponitur, pōt dici bo. fi. Et pōt eſſe rō, quia in actione finium regū. id quod purè meū eſt, pōt adiudicari alteri, ut ff. finium regund. l. ij. Sed in duab. actionibus ſtatim dictis, quod cōe eſt adiudicatur alteri tanquā proprium vt inf. de offi. j. §. fi. Pōt ēt eſſe rō, quia illæ q̄ actiones habent principium ſuū in cōione, ſed actio finium regund. habet principiū ſuum in ſeparatione. ¶ Notandum
36 † decimo, ꝙ actio æſtimatoria datur, q ñ quis æſtimauit rem ſuam, puta ad decem. Et tradidit illam rem alteri uendendā, vt. ſ. reſtituat ipſam rem uel æſtimationem. Et ſi plus uenditur, hoc ſi ipſius uendentis, & in iſto caſu periculum rei pertinet ad accipientem, ut ff. de æſtimato. actio. l. j. Sed ſi res tradatur hoc modo, ut. ſ. reſtituatur ipſa res uel æſtimatio, tunc diſtinguendum eſt, an tradens rogauerit alium de uedendo an accipiens rogauerit de tradendo, quia hoc caſu periculum eſt rogatis, ut ff. de preſc. uerb. l. ſi gratuitam. §. j. alias ſi margaritas. In dubio autem uidetur iſte contractus celebratus gratia utriuſq; contrahentium, & ideo accipiens nō tenetur de periculo, niſi ſaltem cōmittat leuem culpam, vt
37 d. l. ſi gratuitam. Et in † hac actione debet ſic formari libellus, vt. ſ. ſi actor dicat, qualiter tradidit Titio librum æſtimatum ad decem florenos. Et quia Titius non reſtituit librū, neque æſtimationem, ideo petit, ut iudex condemnet eū ad reſtituendum librum, vel æſtimationem. Dicit tamen Ioan. Fab. quòd iſte libellus alternatiuus non admittitur niſi primo interrogetur, an liber ſit uenditus, an non. quia ſi non ſit venditus, tunc ſolum competit actio ad librum; & non

Digitized by Google

ad æſtimationē. Quotidiana tamen practica eſt contra Io. Fab. q̃a iſte libellus admittitur. & ad hoc faciunt notata ꝑ Inno. in c. conſtitutus, extra de in integrum reſtit. ¶Notan.
18 †vndecimo, ꝙ rerum ꝑmutatio, eſt contractus in nominatus; q̃a illud nomen conuenit omnib. contractibus, in quib. hinc inde aliquid tradit, ut in rub. notatur. C. de rerum per-
19 muta. Et naſcitur † actio, quæ dr̃ de permutatione rerum, qñ res ab una parte tradita eſt, & non ab alia. Hæc tñ actio non naſcitur de traditione rei, ſed ex pacto præcedente, ut l. ex placito. C. de rerum permu. Naſcitur igitur cõiter illa actio ex cõtractu innominato, qui eſt, do vt des. Et ſic actio præſcriptis uerbis de æſtimatione, & actio præſcri. verbis de rerum permutatione ſunt actiones bonæ fidei. Et in iſta
20 actione † poteſt formari libellus, ut ſcilicet actor dicat qualiter permutauit cum Titio de libro ſuo, & de tunica Titij. Et quia Titius recepit librum de actore, & recuſat tradere tunicam, iõ petit actor, ut iudex cõdemnet eum ad traditionē tunicæ, & hæc forma ſatis elicit̃ ex l. 1. ff. de rerum ꝑmu. & in Spec. in tit. de rerum ꝑmu. §. vidēdum. Sed ex cõtractu autē innominato do ut facias, & ex cõtractu facio ut facias etiā naſcitur actio præſcr. verb. ſed illa non eſt bonæ fidei, ſed ſtricti iuris, ut ff. de præſcr. uerbis. l. 2. E contractu autē innominato facio vt des, naſcitur actio de dolo, ut l. naturalis. §. at cum facio, in uerſi. ſed ſi dedi. ff. de præſcr. uer. ¶No
21 tandum † duodecimo, ꝙ actio præſcriptis uerbis ſæpe concurrit cum actione in factum. Actio tamē in factum eſt generalior, ut no. in rub. ff de præſcr. verb. oritur actio in fa-
1 ad §. procurator. ¶Notandum † primo, quòd vniuſquiſque pôt eſſe procurator alterius: Quod eſt verum, dūmodo vt idoneus ad officium, ut hic in gloſ. ſuper verbo, idoneum.
2 ¶Notandum † ſecundo, quòd licet olim in certis caſib. tantummodo poterat quis agere alieno noīe, hodie tñ in qualibet cauſa pôt interuenire ꝓcurator. qđ eſt verū regulariter, quia in aliquibus caſibus non admittitur procurator.
3 ¶Not. † tertio, ꝙ ꝓꝑ commoditatem & neceſſitatē inductū eſt quòd quis agere poſſit per procuratorem, hodie tamē ſi nulla ſit commoditas aut neceſſitas, adhuc licitum eſt per
4 procuratorem agere. ¶Not † quarto, ꝙ cum dř quemlibet poſſe agere nomine alieno, intelligi debet de actione ciuili, ſiue qñ agitur ciuiliter, non autem quando agitur criminaliter, vt l. pen. C. de proc. Item in popularibus actionib. non interuenit procurator. l. licet. ff. de proc. &c.

§. Procurator.

1 *Procurator poteſt eſſe quilibet ſi ſit idoneus, alias non.*
2 *Procurator conſtitui poteſt, eo abſente, & ignorante.*
3 *Procurator ut agere poſſit, ſufficit conſtitutio generalis.*
4 *Procurator, & nuntius, differtur.*

Procurator pôt cōſtitui, quibuſcūq; verbis ad hoc aptis, etiam eo abſente, & ignorante, & in abſētia aduerſarij h. d.
1 ¶Notandū † primo, ꝙ quilibet poteſt eſſe procurator, ſi ſit idoneus. Et dicitur notanter, ſi ſit idoneus, quia ſeruus non poteſt eſſe procurator. Non. n. poteſt agere pro ſe aut pro alio, vt C. de iudic. l ſeruus. Pupillus etiam non poteſt eſſe procurator. nec poteſt agere, ut C. de his, qui legit. pſonam ſtandi in iudicio habent. per totum. Miles etiam nō poteſt eſſe pro curator, vt ff. de procurator. l. filius §. veterani. Sic nec mulier poteſt procurare, ut ff de procurato. l. fœminas. Nec etiam minor poteſt procurare. ff. de procura. l. minor. Sic nec accuſatus de crimine. C. de procurat. l. rerum. Filiuſfamilias tamen ſi ſit maior 25. annis poteſt eſſe procurator

Digitized by Google

ad iudicia, & maior 17. annis, ad negotia, de quo in c. qui gñaliter, extra de procu. lib. 6. facit. l. cũ mandato. ff. de minorib. & l. ſi collectaneus, ff. de manu vindicta. Et ex iſto patet ꝙ l. generalis ſeu ſtatutũ generale reſtringitur ad eos, q. ſunt habiles pro quo facit. l. 1. C. de ſacroſ. eccle. Si ergo fuerit ſtatutũ, ꝙ oẽs homines debeãt cõparere armati, audito ſono alicuius cãpanæ, tale ſtatutum intelligĩ ſolũ de hominibus habilib. ad arma, & iõ per hoc ſtatutũ nõ obligãtur mulieres pueri, & infirmi, de quo no. per Bar. in l. 1. §. nũciatio. ff. de no. op. nũn.
2 ¶ Not. † ſecundo, ꝙ procurator põt conſtitui eo abſente, & ignorante. & tunc põt procurationẽ recipere vel non, ſed receperit, tenetur adimplere, alioquin cõueniri poſſet actione mãdati, ut ſup mãdati. §. mandatũ, & l. a ꝓcuratore. C. mãdati. intelligitur aũt recipere procurationẽ, ſi recipit inſtrumẽtũ procurationis ſiue ꝓteſtatione, vt in cle. 1. extrà de procurato.
3 ¶ Notandum † tertio, ꝙ generalis cõſtitutio ſufficit regulariter, ut procurator agere poſſit per eam. In quibuſdã tñ caſibus requiritur ſpeciale mandatum: videlicet. Primo de interdic. de libe. homine, vt ff. de procu. l. Pomponius. Secundo. ſi quis mãdat conueniri meritũ filiæ ſuæ, ut ff. de ritu nup. l. generali in princ. Tertio, in cauſa ſuſpecti tutoris, ut ff. de procu. l. non ſolum §. fin. Quarto, ſi conſtituti ſunt duo procuratores generaliter, tunc alius non poteſt ab alio exigere, niſi habeat mandatum ſpeciale. vt ff. de procu. l. itaque. Quinto quando petitur reſtitutio in integrum, ut ff. de minorib. l. illud. §. ſi talis. Et hoc verum eſt, niſi reſtitutio in integrum per quandam conſequentiam ſequatur conſtitutionem generalem, vt not. per Bar. in d. §. ſi talis. Sexto, in liberatione, tranſactione, & in pacto de non petendo, requiritur mandatum ſpeciale, vt ff. de procu. l. mãdato generali. Vltimò in delatione iuramenti, vt l. nam poſteà. ff. de iureiur.
4 ¶ Notandum † finaliter. quòd differtur nuntius & procurator, quia procurator concipit actionem in perſonam ſuam, nomine tamen nomini, ſed nuntius concepit omnia in perſonam domini. vt eſt gloſſ. in verbo, potes in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi, & ideo nuntius ſemper hebet habere

manda-

mandatum ſpeciale, & dominus poteſt poſtea ratum habere, quod factum eſt per nuntium, vt l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. & de illo per Bar. in l. qui autem. §. conſtituere. ff. de conſtit. pec.

DE SATISDATIONIBVS. Titulus XI.

Dictũ eſt ſupra de procuratoribus, quod neceſſe eſt ſatiſdare. iam conſequenter tractandum eſt de ipſis ſatiſdationibus, & ideò præſens titulus ſic rubricatur.

§. Satiſdationum.

1 *De ſatiſdationeius, olim aliud quam hodie. Et quæ ſit differẽtia. n. 2.*

3 *Iura correcta an poſſint allegari.*

Olim agans ſiue reali, ſiue perſonali actione, debebat ſatiſdare de iudicato ſolui. Similiter etiam reus conuentus actione reali alieno nomine tenebatur ſatiſdare, nõ autem ſi conueniebatur ſuo nomine, & hoc in actione reali, ſed in actione perſonali interueniens pro reo, tenebatur ſatiſda-

1 re. h. d. ¶ Not. † primo quòd olim erat aliud ius de ſatiſdatione, quam nunc obſeruetur, vt ſatis clare patet in illo textu,

2 & in §. ſequenti. ¶ Notan. † ſecundum, quod differentia eſt quo ad ſatiſdationem, an aliquis agat, an conueniatur, & etiam an agat, uel conueniatur ſuo nomine vel alieno. Et dicitur iſta ſatiſdatio iudicatum ſolui, quia recipiens ſatiſdationem ſtipulatur, ut ſibi ſoluatur quicquid fuerit iudi-

3 catum. ¶ Notan. † finaliter, quòd ex illo textu patet, qualiter iura correcta poſſunt allegari, quod verum eſt de iuribus correctis, quæ habentur in corpore iuris, quæ allegantur propter rationem ipſius iuris, ut l. vnica. C. de latina. liberta tollen. & notatur in l. 1. ff. de coniungen. cum emancipato libertis. notatur etiam in c. nouit, in uerbo, quicunque, extrà de iudic. vbi dicitur, quòd licet totum ius ciuile eſſe correctum, ratio tamen iuris remanere, & ita allegantes huiuſmodi iura non puniuntur de falſo.

§. Sed hæc hodie.

1 *Reus conuentus hodie ſuo nomine, non cogitur ſatiſdare de iudicato ſoluendo.*

Satiſda-

2 *Satiſdationem fieri diuerſimodè, quomodo intelligendum.*
3 *Fideiuſſor idoneus dicitur dupliciter, & nu 4.*
5 *Fideiuſſor obligatus ad certũ tempus, illo tempore finito, eſt liberatus.*
6 *Satiſdatio an fiat ſub pœna diſting.*
7 *Satiſdationes duas olim dabat actor, hodie non ita regulariter.*

1 Hodie reus † conuentus ſuo nomine, tã in actione reali, quàm perſonali, non cogitur ſatiſdare, hoc eſt, de iudicato ſoluendo. Tenetur tñ cauere iuramento, vel nuda promiſſione, vel etiã ſatiſdatione pro qualitate perſonæ ſuę quod manebit in iudicio, vſque ad ſi litis. h. d. uſq; ad. §. fin autẽ.
2 Not. † primo, ꝙ dr̃ in text. hic ſatiſdationẽ fieri diuerſimode, ex qualitate perſonæ ſic intelligẽdum eſt q̃a ſi reus poſſideat immobilia, ſatis eſt facere cautionẽ iuratoriã, vt C. de epiſc. & cle. Auth. generaliter. Et ſi priuilegiatus eſt, ne ſatiſdet, tunc ſufficit nuda ꝓmiſſio, vt in Auth. de ſanctiſſi. epiſc. §. ſi quis aũt pro pecuniaria cã colla. 9. Nam illuſtris perſona, vel conſtituta in dignitate, priuilegiata eſt, quo ad iſtã ſatiſdationem, vt C. de dignit. l. quotiens. lib. 12. Alij ãt tenentur idoneè ſatiſdare, videlicet per pignora uel fideiuſſores, vt l. ſciendum, ff. qui ſatiſda. cogantur. Si vero ſit aliquis habens immobilia, non tñ ſufficientia, ille tenetur ſatiſdare per fideiuſſores, aut pignora, in eo quod excedit. q̃a idem ius eſt in parte, quo ad partem, quod eſt in toto, quo ad totum, vt ff. de acqu. hęred. l. ſi ſeruus eius. Et iſta diſtinctio qualitatis perſonæ et obſeruanda eſt ſecundum noua iura quia illa intelligenda ſunt ſecundum diſtinctionem antiqui iuris, vt eſt gl. in Aut. de hæredib. qui ab inteſta. ue. in
3 prin. coll. 9 ¶ Not. † ſecũdum quod dr̃ idoneus fideiuſſor dupliciter. Vno modo reſpectu facultatis, quia. ſ. habet bona immobilia, vel multa mobilia, ita ut non ſit ſuſpicio de fuga, vt no. per Bar in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare cogan. Si tñ parens vel patronus detur pro fideiuſſore, ſemper prĉſumitur idoneus, quamuis non habeat immobilia uel multa mobilia, vt ff. in ius vocati vt eant. l. 2. §. 2. & §. qđ ait prætor. & l. 1. & 3. eo quia non eſt præſumendum, ꝙ quis relinqueret carnem ſuam, vt ff. ſi quis in ius uoc. non ierit l. 2. Alio
4 modo † dr̃ idoneus fideiuſſor reſpectu facilitatis, vel difficultatis

cultatis conueniendi eũ in iudicio, quia propter ſcholaris vel clericus non eſt idoneus fideiuſſor, ex quo habet ſpecialem iudicẽ, vt in Auth. habita C. ne filius pro patre. Sic etiã aduocatus, vel procurator uel homo riſoxus, ſeu homo potẽs, nõ eſt idoneus fideiuſſor, vt not. per Bar. in l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. vel ẽt ꝓp locũ ſ. in quo tutè cõueniri nõ põt
5 ut d. l. ſciendũ. ¶Notandũ † tertio, ꝙ fideiuſſor ſi obligauit ſe ad certũ tẽpus, tũc finito illo tp̃e deobligatur, vt C. de fideiuſ. l. penul. Sed ſi nõ obligauit ſe ad certũ tẽpus, tunc obligatur quãdiu durat inſtantia, q̃ ſecundũ in canonicũ non hẽt certũ tempus. In iure ciuili inſtantia durat vſq; ad tertiũ annũ, vt in gl. in c. venerabilis, & in c. ſignificãtiũ, extra
6 de iud. ¶Notandũ † quarto, ꝙ iſta ſatiſdatio nõ fit ſub pœna, niſi cõueniatur de hoc iter partes, venit tñ intereſſe ex ui ſatiſdationis, ut l. 2. §. fi. ff. qui ſatiſdare cogan. Et fiebat iſto ſatiſdatio paratam executionẽ, ſine nouo proceſſu, ut
7 no. per Bar. in l. 1. ff. iudicatum ſolui. ¶Notandum † quinto, quòd etiam actor olim dabat duas ſatiſdationes. Vna erat quòd infrà duos menſes poſt porrectum libellum cõteſtaretur litem, ut in Authen. de execu. §. 1. collat. 7. Secunda erat, quòd ſi ſuccumberet, ſolueret pro expẽſis aduerſario decimam partem litis, vt in Authen. de litigio. §. ad excludendas. colla. 8. Hodie tamen iſtud communiter non obſeruatur, ſecundum glo. in c. libellum. 3. quæſtio. 3.

§. Sin autem per procur.

1 *Procuratorem an oporteat ſatiſdare de rato diſting.*
2 *De procuratoris mandato quando dubitetur.*
3 *Litigare per alios qui poſſunt.*

Si dubietur de mandato procuratoris ipſius actoris, tũc procurator debet ſatiſdare de rato, etia ſi ſit procurator tutorum, vel curatorum, vel aliarum perſonarum, habentiũ
1 adminiſtrationem alienarum rerum. h. d. ¶Notandum † primo, ꝙ aut procurator actoris habet mandatum, ita quod conſtet de mandato in actis, vel per inſtrumentum, vel per ſigillum faciens fidem, & tunc non oportet eum ſatiſdare de rato, vt C. de ſatiſd. l. 1. vel conſtat eum nõ habere mandatum,

datum, & tunc non põt agere ẽt ſi uelit ſatiſdare de rato, vt ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. fi. Niſi ageret pro coniuncta perſona, ut ff. de ꝓcu. l. ſed & hæ uel niſi ageret pro recuperanda poſſeſſione ſpoliati, ut C. ſi per uim, vel alio modo, l. 1. Vel dubitatur, an habeat mandatum, vel nõ, & tunc ꝓcurator põt eligere, an uelit mandatum probare, uel de rato ſatisdare, ut in c. in alternatiuis. extra de regul. iur. lib. 6. quanquam aliqui Doct. ibi aliter dixerint, ut pla. & Bulga.
2 ¶Not. † ſcd̃o, ꝙ tunc dubitatur de mandato, qñ naſcit q̃ſtio an inſtrumentum ſit authenticum, uel non, uel an procurator ſit reuocatus, uel ſolum habet unum teſtẽ, ut no. ꝑ Bar.
3 in l. non ſolum. §. qui alieno, ff. de procur. ¶Not. † tertio, ꝙ cum dr̃ in textu, de alijs ꝑſonis, hoc põt intelligi de patre habente adminiſtrationem bonorum filij ſui, ut C. de bon. maternis. l. 1. uel de œconomo, uel actore, uel ſindico, ut ff. quod cuiuſq. vniuerſitatis noĩe l. 1. §. quibus. Vel ẽt de apocriſario. ut in Authẽ. quomodo oporteat epiſcopos. §. & illud. col. 1. uel de orphanotrophis uel bephotrophis, ut C. de ep. & cle. l. orphanotrophos. Nã iſtæ perſonæ poſſunt ꝓ alios litigare, dũmodo tñ ipſi primo litem fuerint cõteſtati, & ſic facti dñi litis, ut C. de procu. l. neq. q̃a procurator non põt conſtitui, niſi a dño, ut ff. de proc. l. 1. ſed iſtæ perſonæ ꝓ ſe poſſunt litigare ſine ſatiſdatione, ut C. de admini. tut. l. tutores. Et ratio eſt, q̃a ſunt quaſi dñi, ut ff. pro emp. l. qui fundum. § ſi tutor. ſed procurator non eſt quaſi dominus uerus, ſed fictus, ut ff. de procur. l. 1. & ideo procurator non poteſt ſubſtituere ante litem conteſtatã, ex quo nõ eſt tunc dominus litis. Nam oportet conſtituentem eſſe dominum. l. in prin. ff. de procu. ¶Sed opponitur, & videtur, ꝙ tutores tenentur ſatiſdare quando per ſe litigant. per l. vulgo. ff. de admin. tuto. Sol. Illa lex non loquitur de ſatiſdatione, qua reus reuelatur indemnis, ſi agens non ſit tutor.

§. Si vero aliquis.

1 *Procurator tenetur ſatiſdare de iudicatum ſolui, licet conſtet eum habere rei mandatum.*

2 *Præſens quis dicatur.*

3 Proc-

3 *Procuratorem ſatiſdare præſente etiam domino ſufficit.*
4 *Procurator conſtitutus a domino, poſt litem conteſt. tenetur ſatiſdare quod dominus comparebit in iudicio tempore ſententiæ ferendæ.*
5 *Defenſor tenetur indiſtincte ſatiſdare de iudicatum ſolui.*
6 *Practica quotidiana vſus reſpiciendus in præparatorijs iudicijs.*

Procurator rei tenetur ſatiſdare de iudicatũ ſolui a qua tamen ſatiſdatione dominus poteſt eum liberare, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, per ſolemnem ſtipulationem factam ſub hypotheca bonorum ſuorum, qua non ſolũ ipſe, ſed ẽt hæredes eius obligantur. Si tñ dominus poſt litis conteſt. procuratorem conſtituant, tunc talis procurator tenet̃ ſatiſdare, quòd dñs comparebit in iudicio tpe ferẽdæ ſnīę. Alioquin fideiuſſor procuratoris ſoluet condẽnatum. niſi appelletur. Et defenſor tenetur ẽt ſatiſdare de iudicatũ ſolui. Et illa oĩa obſeruantur in toto Imperio Romano. h. d.

1 ¶Not.† primo, ꝙ quamuis conſtet procuratorem rei habere mandatum. & ẽt ſi habeat bona immobilia, nihilominus tñ tenetur ſatiſdare de iudicatũ ſolui. Dominus tamen eius põt eum ab hac ſatiſdatione reuelare, quod uerum eſt, ſi dominus habeat bona immobilia, vel ſufficientia mobilia, alias non ſufficit ſua reuelatio, ut not. Bar. ſupr. rubri. ff. iudicatum ſolui, & ſunt clauſulæ iſtius ſatiſdationis tres. Prima eſt de defendendo cauſam. Secunda eſt, de non committendo dolũ. Tertia eſt, de ſolutione iudicati, ut ff. iudicatũ
2 ſolui. l. iudicatũ ſolui. ¶Not.† ſecundo, ꝙ ille dr̃ eſſe p̃ſens, qui eſt in hortis uel in continentibus ædificijs, ut ff. de pro
3 curat. l. præſens, & l. & qui in foro, & l. & ideo. ¶Not.† tertio, ꝙ licet aliqui dicant, ꝙ quãdo dominus eſt p̃ſens, tunc ipſe teneatur ſatiſdare, & non ſufficit procuratorem ſatiſdare, hoc tamen nõ eſt verum, quia aliquis poteſt pro alio interuenire ſine mandato, ut C. de ſatiſda. l. 1. & l. exigẽdi. C. de procu. ẽt pro inuito, ut ff. de ſolut. l. ſolutionem, & ideo verbum põt hic in tex. non debet exponi ideſt, debet, ſicut
4 illi dicunt, ſed accipitur proprie ¶Notandum † quarto, ꝙ ſi domus poſt lit. conteſt. conſtituat procuratorem, tunc p̃curator tenetur ſatiſdare, ꝙ dominus cõparebit in iudicio tẽpore ferendæ ſentẽtiæ. Alioquin fideiuſſor procuratoris

habet

Digitized by Google

habet ſoluere iudicatum. Et ratio eſt quia procurator non eſt dominus litis, ſed conteſtando litem principalis factus eſt dominus litis. ut ff. ſi quis cautio. l. ſi eum. §. q iniuriarū.
5 ¶Not. † quinto, ꝙ defenſor ſ. qui ſine mandato interuenit, pro aliquo, tenetur indiſtinctè ſatiſdare de iudicato ſolui. Cuius ratio ponitur hic in textu, quia nemo eſt idoneus de
6 fenſor alienæ rei ſine ſatiſdatione. ¶Not. † finaliter, quòd in præparatorijs iudicijs reſpiciendus uſus quotidianæ practicæ, ut C. de ueteri iure enucle. §. ſed & ſi quæ leges. ¶Opponitur, & uidetur, ꝙ non oportet ſequi obſeruantiam ciuitatis Romanæ, per l. licet ff. de offic. præſi. Solutio. Sequenda eſt conſuetudo, & lex urbis Romanæ, quæ obſeruantur ex certa ſcientia, ut hic dr. Non autem ſi obſeruentur per errorem, ut uult lex in oppoſitum allegata, facit l. de quib. ff. de legi. & Senatuſconſul.

DE PERPETVIS ET TEMPORALIBVS actionibus. Titulus XII.

CONtinuatur ſic: Dictum eſt ſupra de actionibus, & q a quædam actiones ſunt perpetuæ, & quædam temporales, ideo tractatur hic de perpetuis, & temporalib. actionibus. Et ita iſte tit. rubricatur.

§. Hoc loco.

1 *Actiones deſcendentes ex lege 12. tab. uel ex Senatuſcon vel conſti olim erant perpetua ſecus, quam hodie & nu. 3.*
2 *Ius continet quinque partes.*
4 *Actiones pretoria, regulariter ſunt annales fallit [illegible] nu. 5. Et qualiter intelligatur ille annus nu 6.*

1 Actiones † deſcendentes ex lege 12. tabularum, uel ex ſenatuſconſultis, vel ex conſtitutionibus olim erant perpetuæ, hoc eſt, ſine præfinitione temporis, ſed hodie ſunt perpetuæ cum limitatione temporis. Actiones autem prætoriæ regulariter ſunt annales. Aliquando tamen ſunt perpetuæ, ut ſunt actiones, quæ dantur bonorum poſſeſſori, vel ei, qui eſt loco hæredis, & actio furti manifeſti. h. d. ¶Notan
2 dum † primo, ꝙ ius ciuile continet quinque partes. l. l. 12.

tabu-

tabu.plebiſcita,ſenatuſconſulta,principum placita,& pru dentum reſponſa,ut ſupra de iure nat.gen.& ciuili.§. con-
2 ſtat.Et actiones†deſcendentes ex illis partibus iuris ciuilis, olim erat perpetuæ ſ ſine præfinitione temporis.Hodie autem adhuc dicuntur perpetuæ,ſed cum limitatione temporis.Si.n. ſint perſonales actiones non habentes determinatum tempus durant.30 annis.ut C.præſ.30.uel 40.annorum.l.ſicut.Sed actiones reales de re mobili durant tribus
3 annis.De re autem immobilia durant 10 annis inter præſentes,& inter abſentes 20.annis.ſi poſſeſſor habeat titulũ. Si uero non habeat titulum,durant.20.anni,ut C.de uſuca.transfor.l.1.Sunt tñ aliquæ actio. quæ durant adhuc hodie ſine præfinitione temporis, ut actiones deſcendẽtes ex caſib.in quibus non currit præſcriptio, de quibus notatur in c.cum non liceat extra de præſcrip.& in c.clerici.& in c.
4 prima actione, 6.q.3.¶Not.† ſcdo, ꝙ actiones prætoriæ regulariter ſunt annales, ut hic dr. Et dr regulariter, quia interdum ſunt perpetuæ,pro quo ſic diſtinguendum eſt ẽm Bart.in l.in honorarijs.ff.de actio.& obli. Quia aut actiones p̃toriæ ſunt rei pſecutoriæ ex utraq. parte,& tunc ſunt ppetuæ,ut in d.l.in honorarijs.excepta actione reſciſſoria, & actione redhibitoria,ut ff.de ædil.edic.l.ſciendũ.§.ſi qa illæ dantur ad tempus, aut actiones p̃toriæ ſunt pęnales ex utraq; parte, uel ex parte rei tantum, & ſolum durãt per
5 annũ,ut ff.de calumniato.l.1.Fallit†ãt hoc primo in actione furti manifeſti,ut hic in tex. Scdo fallit in actione,quæ datur pro intereſſe ſubſtituto uel legitimo hæredi contra uxorem defuncti; quæ miſſa eſt in poſſeſſionem bonorum defuncti nomine uentris,& poſtea doloſe poſſeſſionem ad alium tranſtulit, quia illa actio pœnalis datur loco petitionis hęreditatis. quæ eſt rei perſecutoria ex utraq. parte, ut ff.ſi uetris noĩe mulier in poſſeſſionem miſſa l.1. Tertia fallit in actione q̃ datur contra hæredem prohibẽtem.ne legatarius in poſſeſſionem mittatur,eo ꝙ non cauet ſibi de legato ſoluendo adueniente cõditione, vel die ceſſionis legati,
6 ut ff.ne uis fiat ei l.1.§.hãc actionem.¶Notandum† tertio, quod quando hic dicitur actionem prætoriam durare per annum

annum, intelligitur de anno utili. Nã de tali anno prætores loquebantur, ut ff. de vi & vi arma l. 1. §. annus. & gl. in l. 1. §. 1. eo. ¶Opponitur, & vr̃, ꝙ non bene dictum ſit actiones perſonales deſcẽdẽtes ex iure ciuili durare per 30. annos. per l. ſi non conuicij. C. de iuri. & per l. 2. ff. ad l. Iul. repetũdarum. Sol. Quod hic dicitur, intelligitur regulariter, & iõ caſualiter põt aliter contingere. Nam actio iniuriarum deſcendens ex l. Cornelia, ſolum durat per annum, ut in allegata l. ſi non conuicij. Similiter actio deſcendens ex l. Iulia. repetundarum, quæ. ſ. datur cõtra iudices uel officiales recipientes pecuniam ratione ſui officij, ut in allegata. l. 2.

§. Non autem omnes.

1 *Actiones pœnales deſcendentes ex maleficijs, non dantur contra hæredes delinquentium. Et nu. 2 Limit. 3. & 6.*

4 *Iniuriarum actio non datur hæredi.*

5 *Dolus repertus in actione deſcendente ex contractu, qui dolus dedit cauſam contractui, purificatur per actionem ex eo contractu.*

7 *Actiones pœnales dantur hęredibus, duobus caſibus exceptis.*

1 Actiones pœnales † deſcendentes ex maleficijs, non dantur contra hæredes delinquẽtium, ſed bene cõpetunt hæredibus, exceptis actione iniuriarum, & ei ſimilib. Et actiones deſcendentes ex contractu, in quibus teſtator doloſè uerſatus eſt, ut in depoſito, non dantur contra hæredes. Si tamẽ in actionibus pœnalib. lis conteſtata ſit cum defuncto dantur hæredibus, & contra hæredes. h. d. ¶Notãdum † primo,
2 ꝙ cum dicatur hic in textu, ꝙ actiones pœnales deſcẽdẽtes ex maleficijs, non dantur contur hæredes rei, hoc etiã intelligendum eſt, ſi deſcendant ex quaſi maleficijs, ut ſup. de obliga. quæ ex quaſi malefic. naſcuntur. §. fi. Nec ſolũ verificatur illud de maleficijs priuatis, ſed etiam de publicis. Differenter tamen, quia actiones deſcendentes ex publicis maleficii, non dantur contra hæredes etiam lite conteſtata ut ff. de accuſatio. leg. ex iudiciorum niſi in quibuſdam caſibus. Primus eſt in crimine legis Iuliæ maieſtatis, ut ff. ad legem Iuliam maieſta. l. fina. Secundus eſt in crimine hæreſis, ut C. de apoſta. l. 2. Tertius eſt in crimine legis Iuliæ

Digitized by Google

repetundarum. Quartus in crimine legis Iuliæ de reſiduis. Quintus eſt in crimine legis Iuliæ peculatus, ut ff. ad l. Iul.
3 pecul.l.fi.¶Not.† ſecundo, ꝙ actiones pœnales deſcẽdẽtes ex maleficijs uel quaſi, bñ dantur contra hæredes, qñ lis eſt conteſtata cũ defuncto, ut hic in uerſi pœnales, vel qñ aliquid ꝑuenit ad hæredẽ ex eo maleficio, ut ff. de calum.l. in hæredẽ. Non tñ in iſto ſemper dat̃ eadẽ actio contra hæredẽ, q̃ cõpetebat contra defunctum. Nã ſi cõtra defunctũ cõpetebat actio ui bonorum rap.& aliquid peruenit ad hæredẽ, datur contra hæredẽ cõdictio furtiua, & non ui bonorũ raptorum actio, ut ff. vi bonorum rap.l.2.§.fin Similiter in interdicto unde ui, quod datur contra defunctum, quia contra hæredẽ datus actio in factũ, ſi aliquid eum ꝑuenit, ut ff.
4 de ui & ui arma.l.1.§.fi.¶Not.† tertio, quod actio iniuriarũ non datur hæredi, ut hic dicitur. Et rõ eſt, quia talis actio ante litẽ cont. nõ eſt in bonis noſtris, ut ff. de iniu.l. iniuriarum. Vel alia rõ eſt, qa in iſta actione nihil abeſt actori, & nihil adeſt reo, ut ff. de coll bon.l.cum emãcipati.§. emãcipatus. Eſt aũt actio ſimilis illi, q̃ datur patrono cõtra libertũ agentem cõtra patronũ ſine venia. ut inf. de pę.teme.litig.§.fi. Similis eſt ẽt actio popularis, ut eſt actio, quæ datur contra eum, qui habet aliquid ſuſpenſum uel poſitum, ꝙ poſſet alicui nocere. ut ff. de his q deie. uel effu.l.ſi uerò.§.
5 quæ autem.¶Notandum† quarto ꝙ quando in actione deſcendente ex contractu reperitur dolus, qui dedit cauſam contractui, tunc purificatur dolus, non per actionem ex eo contractu, ſed per actionem de dolo, ut ff. de dolo.l. & eleganter. Sed qñ dolus eſt incidens uel ſuperueniens, tũc purificatur per actionem ex eo contractu, ut ff. de act. & obl. l. ex contractibus. & non datur cõtra hæredes. v.g. Si teſtator doloſè fecit in depoſito cauſa tumultus, incẽdij, ruinæ uel naufragij cõpetit contra eum actio in duplum non autem contra hæredem ejus, ſed tantum in ſimplum, ut ff. de poſi.l.1.§.1. Sic etiam eſt in actione, quæ datur contra agrimenſorem, ut ff. de menſor fal.mo.dixe.l.3.§. penul. Idem etiam eſt in actione ex ſtipulatu, quæ datur de iudicio ſiſti, quando aliquis cõuentus eſt in actione iniuriarum, vt ff. ſi

quis

quis cautio. l. ſi eum §. iniuriarum, & §. præc. Idem etiã eſt in actione tributoria, ut ff. de tributo. l. illud §. fin. ¶Notan
6 dum † quinto, ꝙ ea, quæ dicta ſunt, locũ habent de iure ciui li. Sed de iure canonico, ſiue actio deſcẽdat ex contractu, ſi ue ex maleficio, uel ſiue aliquid ꝑuenerit ad hæredem, ſiue non, uel ſiue lis ſit conteſtata, ſiue non, datur actio contra hæredẽ, de quo eſt bona gl. in c. ſi epm. 16. q. 6. & ideo iure canonico hæres tenetur. Si tñ fecerit inuentarium, nõ tenetur, niſi uſq. ad uires patrimonij ipſius defuncti, ut C. de iu
7 re delibe. l. fi. ¶Not. † finaliter, ꝙ actiones pęnales danť hæredibus, ut hic dr̃, duobus tñ caſibus exceptis. Primus eſt, ſi patronus agat contra libertũ pro operib. ſuis, & patronus moriať relicto extraneo hærede, nõ pt̃ talis hæres agere cõ tra libertũ, ut ff de operis liberto. l. ſi operarũ. Scd̃s caſus; ſi pater agat ꝓ repetitione dotis filiæ ſuæ, q̃ ſe diuertit a marito, & pr̃ moriať relicto extraneo hærede, nõ cõpetit hæredi actio, ut C. de rei uxo. acti. l. unica. §. uideamus, & ita uult hic gl. fi. Verum tñ eſt, ꝙ illi caſus non ſunt bene ad propoſitum, quia text. loquitur de actionibus pœnalibus, qñ lis eſt conteſtata, & dantur iſtæ actiones etiam contra hæredes, exceptis duobus caſibus. Primus in actione de dolo, ut C. de dolo. l. fi. Secundus, in reuocatione alicuius in ſeruitutem uel libertinitatem, qui per colluſionem pronunciatus eſt ingenuus, ut ff. de ſtat. defunc. l. 1. §. ſed interdum.

§. Supereſt.

1 *Reus ſatisfaciens actori, abſoluitur ab obſeruatione iudicij.*
2 *Iudicia omnia dicuntur abſolutoria.*

1 Quando reus † ſatisfacit actori, tunc abſoluitur ad obſeruatione iudicij, et quocunque tempore iudicij hoc fiat. h. d.
2 ¶Notandum, † quod omnia iudicia dicuntur eſſe abſolutoria, ad quod iſte tex. ſolet allegari. Si igitur aliquis timeat, ꝙ contra eum proferatur ſententia, ex qua diffamabiť, ſatisfaciat actori ante ſententiam, & per hoc euadet pęnam. Et ſi actor voluerit recipere, vel non ſit præſens, faciat reus conſignationem, vel depoſitionem ex mandato iudicis, & hoc ſufficiet, ut not ꝑ Bar. in l. iuſiurandum. ff. de iureiuran.

Digitized by Google

DE EXCEPTIONIBVS. Tit. XIII.

1 *Continuatio rubricæ.*
2 *Actiones & exceptiones differunt.*

1 CОntinuatur ſic, † Dictū eſt ſupra actionibus, & quia exceptiones obtinēt vicem actionum, idcirco tractatur hic de exceptionibus. Vel ſic, ſecūdum gl. dictum eſt de armis actorum, cum ſequētes dicēdum eſt de armis reorū. & q̄a iſta ſunt exceptione, ideò tractatur hic de exceptio.
2 ¶Et eſt notandum † circa rubricam, ꝙ actiones, & exceptiones differunt, quia datur actio inſcriptis, ut authen. offeratur. C. de litis conteſ. ſed exceptio non, ut l. ſcire oportet. §. oportet autem. ff. de excuſatio. tuto. poteſt tamē officio iudicis exceptio etiam redigi in ſcriptis, ut in c. quoniam contra falſam, extra de probatio.

§. Sequitur, ut de except.

1 *Exceptiones cur inuentę, & nu. 2.*
3 *Exceptio metus, datur contra petentem illud, quod per metum promiſſum eſt.*
4 *Exceptio habet locum in iudicijs ſtricti iuris.*
5 *Doli exceptio & exceptio de dolo, differunt & nu. 6.*
7 *Exceptio in factum datur illi, qui aliquid ex errore promiſit.*
8 *Actio eliſa per exceptionem, an ſit efficax.*

1 Summatur ſic, † Exceptiones inuentæ ſunt gratia reorum, quia ſæpe contingit, ꝙ actor habet iuſtam actionem, & tamē reus iniuſtè condemnatus ſit, ut ſi quis promiſit aliquid ex metu, uel ex dolo, vel ex errore, & ideò tunc datur promittenti, exceptio ad impugnandum talem actionem. h. d.
2 ¶Notandum † primo, quod exceptiones inuentæ ſunt, ad repellendum actiones, quibus rei iniuſtè condemnantur.
3 ¶Notandum † ſecundo, ꝙ exceptio metus, datur contra petentem illud, quod per mutum promiſſum eſt, ut hic & l. ſi donationis. C. quod mètus cau. Et ſi ille, cui promiſſum eſt aliquid, ꝑ metum nō agat, poteſt ille, qui promiſit intra annum utilem agere ad quadruplum, & poſt annum ad ſimplum, ut l. 4. C. quod met. cau. Nec tenetur deſignare perſonam,

Digitized by Google

ſonã, quæ metum intulit, ſed ſatis eſt, ꝙ probet eũ, contra quem agit habere lucrum ex tali metu. vt eſt gl. in l. ſi cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. cau. Et dicitur eſſe metus reſpectu mortis, vel cruciatus corporis, qui. ſ. cadit in conſtantẽ virũ, ut l. metũ. & l. ſeq. ff quod met. cau. ¶ Notandũ
4 † tertio, ꝙ exceptio doli locũ habet in iudicijs ſtricti iuris. Nã in iudicijs bonæ fidei, dolus facit actionẽ ipſo iure nullã, & ideo ibi exceptio non habet locũ, ut ff. de dolo. & ele-
5 ganter. Differunt † aũt actio de dolo, & exceptio doli, quia in actione de dolo oportet ꝓbare qs dolũ intulerit, cui illatus ſit, & quare illatus ſit. Sed in exceptione doli bene ꝓbatur, qs dolũ intulerit: ſed non oportet probare cui, ſicut dicitur in actione quod metus cauſa. Sed in exceptione quod metus cauſa, nõ probatur qs neq; cui, ut l. ſed ſi iuncta glo.
6 ex dolo. §. fi. ff. de dolo. Differunt † ẽt ſic, quia actio de dolo durat per bienniũ, vt C. de dolo. l. fi. exceptio aũt doli eſt ꝑpetua, ſcd̃m illam regulã quæ tẽporalia ſunt ad agendum, ꝑpetua ſunt ad excipiendũ, ut l. pure. ff. de dolo exceptio.
7 §. fi. ¶ Not. † quarto, ꝙ qñ quis ex errore aliquid promiſit, datur ei exceptio in factũ q̃uis ẽt habeat exceptionẽ doli, vt l. 2. §. circa. ff. de doli except. Vel datur exceptio in factũ cõtra patrẽ, vel patronũ, cui filius uel libertus aliquid promiſit, quod promittere nõ debuit ex errore, quia contra patrẽ vel patronum nõ videtur danda exceptio doli, propter diffamiam, & ita vult hic glo. quod tñ non eſt neceſſarium quia exceptio doli, non de diffamatoria in hoc caſu, cũ nõ procedat ex delicto. ¶ Notandum finaliter, ꝙ actio quæ eliditur per exceptionẽ, dicitur eſſe efficax ſecundum tex. hic & hoc gl. intelligit, quia permanet obligatio naturalis, & ciuilis. Sed dictum glo. non videtur uerum, quia quando exceptio innititur ęquitati tunc nõ eſt aliqua obligatio naturalis, quæ contra æquitatem procedit. ut l. Stichum §. naturalis. ff. de ſolutio. & ideo melius uidetur dicẽdum, ꝙ talis actio dicitur efficax ratione obligationis ciuilis tantum.

§. Idem iuris.

1 *Pecunia varie promittitur, variéq; inde agitur.*

Digitized by Google

Summatur ſic. Promittens reſtituere pecuniā, quam ſperabat ex cauſa mutui recipere, & ſibi numerari, obligat & pt cōueniri, ſed cōtra petētē pōt opponere exceptionē nō
1 numeratę pecuniæ. h. d. ¶ Not. † primo, ꝙ pecunia pōt promitti ꝑ inſtrm̄ vel per literas, & tunc naſcit exceptio non numeratæ pecuniæ. ſi. ſ. pecunia contēta in literis nō ſit numerata, & de tēpore durationis illius exceptionis, dictū eſt ſup. de literarū obligatio. ꝑ to. & hoc eſt, qd̄ vult iſte tex. in fi. vel pōt promitti pecunia præcedente interrogatione, & tunc naſcitur obligatio ex ſtipulatione, & ſi pecunia non ſit numerata, datur debitori exceptio in factum non numeratæ pecuniæ, & de illa exceptione propria loquitur iſte tex. concor. l. cum vltra. C. de non num. pecu.

§. Præterea.

1 *Obligatio præcedens ſoluitur per actum.*
2 *Obligatio naturalis tollitur per pactum.*
3 *Pacti conuenti tres effectus.*
4 *Pactum in maleficijs tollit utraque obligationem.*

Per pactū de non petendo non tollitur obligatio præcedens ipſo iure, ſed contra ipſum datur exceptio de non pe-
1 tendo, ſiue pacti conuenti. h. d. ¶ Notandum † primo, ꝙ per pactum non ſoluitur præcedens obligatio, & ideo non obſtante pacto de non petendo poteſt creditor agere contra debitorem, ſed debitor non poteſt condemnari, ſi opponat
2 exceptionē pacti conuenti, ut hic dicitur. ¶ Notand. † ſecundo, ꝙ per pactum tollitur naturalis obligatio, ut ff. de ſolutio. l. Stichum §. naturalis, ſed remanet ciuilis, unde naſcitur actio, quæ tñ ciuili obligatio eliditur per exceptionē,
3 vt hic. Et iſti ſunt † duo effectus pacti conuenti. Poteſt addi tertius, quia ſcilicet pactum inducit obligationē naturalē de non petendo. Nā aliquis poteſt obligari naturaliter ad non faciendum, ſicut ad non furandum, ut ſup. de obl quæ ex malefi naſcun. §. 1. & ideo etiam poteſt quis naturaliter obligari ad nō petendum, & ſic idem actus liberat, & obligat reſpectu diuerſorum. Nam pactum liberat reſpectu debitoris, & obligat reſpectu creditoris, ut no. in gl. in l. ſi pa-

ter:

ſter.§.q̃ debitorẽ i verbo,nõ obligat.ff. de iure dotũ. Ex quo patet, quòd ſi lex vel ſtatutum prohibeat mulierem obligari, niſi cum certa ſolẽnitate, tunc mulier non põt facere pactum de non petendo debitum, niſi cum tali ſolemnita
4 te,vt no.per Bar.in l. ſi vnus.§. pactus.ff. de pact.Not.† tertio,ꝙ in maleficijs pactũ tollit vtranq; obligationẽ.ſ. naturalem,& ciuile,ſi paciſcutur,vt non agatur. Et ratio eſt, q̃a talis obligatio eſt debilior, quàm illa quæ procedit ex contractib. Et idem dicit gl. de pignore remiſſo per pactum,q̃uis Ioan. Fab. ibi aliter dicat,cum illa ſit obligatio realis.

§. Aequè.

1 *Obligatio ciuilis non tollitur per iuramentum.*

2 *Cauſa iuramento deciſa,non reuocatur propter periurium. fallit numero 3.4.5.6.7.*

8 *Poſſeſſor ſi iuret rem ſuam eſſe,aliam habet exceptionem,aliam ſi iuret petitoris non eſſe.*

Quãuis reus deferente actore iurauerit ſe nihil debere, actor tamen poteſt contra eum agere ſed defendunt reus per exceptionẽ iuriſiurandi. Similiter quanuis poſſeſſor iurauerit rem ſuam eſſe,petitor tamen p̃t cõtra eũ agere, ſed defendit poſſeſſor ꝑ exceptionem iuriſiurandi. h. d.¶Not.
1 † primo,ꝙ per iuramentũ non tollit̃ obligatio ciuilis, & iõ poſtq̃ reus iurauit ſe nihil debere. p̃t tamen actor intẽtare actionẽ, ſed non p̃t agere de periurio, quia poſtq̃ cã deciſa eſt ꝑ iuramentũ,non p̃t iterũ ſuſcitari prætextu periurij,
2 vt C.de re.cred.& iureiur.l.1.¶Not.† ſecundo,ꝙ non quęritur de periurio poſtq̃ iuratum eſt. Et ita cauſa iuramento deciſa,non renouatur propter periurium, vt iã dictum eſt,
3 niſi in quibuſdam caſibus.† Primus ſi iuratum ſit contra legem,vt ſi mulier iurauerit ꝑmanere in meretricio, q̃a melius eſt iuraumẽtũ nõ ſeruare,q̃ delinquere,ut in auth. ſcænicas mulieres.§.1.coll.5.quæ eſt Auth.quod eis. C.de nuptijs. Similiter ſi liberta iurauerit patrono non nubere, quia hoc eſt contra bonos mores,vt l.adigere,ff. de iure patro.Et iuramentũ contra bonos mores præſtitũ non ligat, vt in regula,non eſt obligatoriũ de reg.iur.lib.6. Secundus

4 † ſi quis iurauit ſibi debere legatum; cuius contrarium con
ſtat ex teſtamento, ut C. de re credi. & iureiu. l. fi. Titius ca-
5 ſus, † ſi nouiter reperiantur inſtrumenta contra iuramentũ
neceſſarium, vt ff. de iureiur. l. admonendi. Quartus caſus,
6 † ſi iuratum ſit ſuper tranſactione inita ex falſis inſtrumen
7 tis, vt C. de tranſact. l. ſi ex falſis. Quintus † caſus eſt, ſi par-
tes, inter ſe conuenerunt; quòd propter periurium cauſa, de
8 tractaret, ut C. de re cred. & iureiu. l. 1 ¶ Not. † tertio, quòd
differentia eſt, an poſſeſſor iuret rẽ ſuã eſſe, uel petitoris nõ
eſſe: Nã ſi iurauerit ſuã eſſe habet actionem & exceptionẽ;
ſed ſi iurauerit petitoris nõ eſſe ſolum habet exceptionem
contra petitorem, & non contra alium. Cuius ratio eſt, quia
per hoc quòd res non ſit petitoris, non ſequitur, ꝙ res ſit ip
ſius poſſeſſoris, vt ff. de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſori. 1. reſp.

§. Item, ſi in iudicio.

1 *Obligatio neque actio tollitur per ſententiam abſolutoriam.*
2 *Sententia abſolutoria aliter tollit obligationem, quam iuramentum vel pactum.*

Quãuis cõuentus actione reali vel perſonali fuerit abſo
lutus, tamen obligatio manet, ex qua actor põt cõtra eum
agere, ſed defendetur abſolutus per exceptionem rei iudi-
1 catæ. h. d. ¶ Notandum † primo, ꝙ per ſententiam abſoluto
riam nõ tollitur obligatio neque actio, ſed datur abſoluto
exceptio rei iudicatæ, contra agentem de nouo, ut ff. de
2 except. rei iudicatę. l. exceptio. ¶ Notandum † ſecundo, quod
ſententia abſolutoria aliter tollit obligationem, quam iu-
ramentum vel pactum, quia iuramentum uel pactum tollit
totaliter obligationem naturalem, & non ciuilem, ut ff. de
iureiur. l. fin. Sed ſententia tollit obligationem ciuilem re-
manente naturali, vt ff. de condi. inde. l. Iulianus, & ideo ſi
ille, qui eſt abſolutus per ſententiam, poſtea ſoluat, non re-
petit ſolutum, vt ff. de condic. indeb. l. iudex facit ſupra de
oblig. §. 1. notab. 1. ¶ Opponitur, & videtur, quòd ſententia
non tollat obligationem ciuilem quia inducit actionem, &
per conſequens obligationem, ergo uidetur, ꝙ non debeat
eam tollere, per l. actori. C. de rebus cred. Solutio. Quia
ſenten-

ſententia eſt de iure ciuili, ideo poteſt id, quod eſt de iure ciuili, producere, & etiam deſtruere, ut ff. de origine iuris, l. 2 §. deinde. Sed non poteſt deſtruere, quod eſt de iure naturali, ſuprà de legit. agnato. tu §. vlt.

§. Hæc exempli cauſa.

1 *Exceptiones uariè.*

Sum natur ſic, Præter iſtas exceptiones, quæ poſitæ ſunt cã exempli, ſunt adhuc multæ exceptiones, de quib. hr̃ in libri. ff. quarũ aliquæ ſunt de iure ciuili, & aliquæ de iure prætorio
1 h.d. ¶ Not. † primo ꝙ exceptio fori eſt de iure ciuili, ut C. de excep. l. fin. Et exceptio Macedoniana, uel Velleiana orĩt ex ſenatuſ. qđ obtinet uicẽ legis, ut ff ad Macedo. & ad Velleia ꝑ totũ. Sed exceptio doli mali & quod metus cã, & etiã exceptio pacti. ſunt de iure prætorio, ut ff. de exceptio doli. totum titul. & ff. de pac. l. iuriſgentium. §. prætor ait.

§. Appellantur.

1 *Exceptionum duplex differentia.*

2 *Exceptio perpetua, & peremptoria ſine præfinitione temporis opponitur ante tamen ſententiam. Quod ultimum fallit ſex caſibus, quos vide ſub nu. 3.*

4 *Exceptiones dilatoriæ, quando proponendæ, & quando probandæ.*

5 *Exceptio non numeratæ pecu. anomala.*

1 Exceptionum † quędam ſunt perpetuæ & peremptoriæ, & quædam ſunt temporales & dilatoriæ. Perpetuæ, & perẽptoriæ ſunt, quæ ſemper opponi poſſunt & actionẽ agentis
2 excludunt. h.d. ¶ Notandũ primo † ꝙ exceptio perpetua & peremptoria opponitur ſine præfinitione temporis. Debet tñ opponi ante ſñiam, ut C ſenten. reſcin. non poſ. l. peremptorias. Et debet probari ante publicationẽ teſtificationũ, vt Auth. at qui ſemel. C. de proba niſi poſtea poſſet probari per inſtrumenta vel confeſſionem aduerſarij, vt in gl. in
3 d. l. peremptorias. In ſeptem tamẽ caſibus † pt opponi poſt ſentẽtiã? Primus eſt, ſi exceptio opponatur à minore, vt. ff. de mino. l. minor. 25. annis. Dicit tamen hic Ioã. Fab. ꝙ iſte caſus non excipit à regula, quia hoc fit per reſtitu. in integ qua ſententia declaratur, tanquam nulla. Secundus caſus,

ſi exce-

Digitized by Google

ſi exceptio opponatur a milite. Nam ille pōt excipere poſt ſentētiā, eo ꝙ non tenet iura ſcire, vt C. de iur.& fac. igno. l. 1. Tertius eſt in exceptione Macedoniana, vel Velleiana, vt ſi filius vel mulier obligauit ſe, daē exceptio poſt sñiam vt ff. ad macedo.l. tā & ſi. Quartus eſt, qñ donator excipit, ne conueniatur in plus q̄ facere pōt, habita rōne ne egeat, ut. ff. de re. iud. l. Neſennius. §. fi. Quintus eſt, qñ opponitur exceptio falſi procuratoris, vt uidelicet, q̄a nō habuit man datū, ut l. licet. C. de procur. Secus eſt, ſi opponaē exceptio cōtra pſonā procuratoris q̄a illa eſt dilatoria. vt inf. eo. §. ꝑterea. Sextus eſt, ſi opponaē de nullitate iudicij, eo ꝙ sñia lata eſt ex falſis, inſtrumentis, uel q̄a data eſt pecunia iudici ut ferret ſentētiā. C. quando prouoc. nō eſt neceſ. l. uenales, uel quādo iudex fuit incōpetens, ut C. ſi a non cōpe. iudi. ꝑ totū. Septimus eſt, ſi excipiatur de hoc, ꝙ quis fuit cōpulſus eo tēpore, quo cōpelli non debuit ut ff. de ferijs l. 1.

4 ¶Not. † ſecundo, ꝙ exceptiones dilatoriæ debēt opponi ante litis conteſtationē, ſed probanē poſt q̄ actor monſtrauit ſuā intentionē, vt C. de proba. l. exceptionē. Inde tamē excipiunt exceptio fori, quæ opponitur, & probetur ante litis

5 conteſta. vt l. pen. C. eo. tit. de excep. ¶Notandum † tertio, ꝙ exceptio non numeratæ pec. ſecundum aliquos dicitur anomala. Quod pro tanto verum eſt, quis in alijs exceptionibus opponens tenetur eas probare, ſed qui opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ, non tenetur probare, vt C. de nō num. pecu. l. ſi ex cautione tua, & eodem modo dicitur de exceptione non numeratæ dotis, vt C. de dote cau. & non numera. l. ſi. Et ita illæ exceptiones ſunt temporales, quantū ad propoſitionem. Durāt, n. per biennium, vt de exceptione non num. pec. dictum eſt ſup. de literarum obligatio. §. ſi. Sed quantum ad probationem, ſunt perpetuæ, vt not. etiam per Bar. in l. exceptionem. ff. eo. tit.

§. Exceptiones.

1 *Exceptiones temporales & dilatoriæ, quæ.*

2 *Exceptiones dilatoriæ actionem differunt, non tamen deſtruunt.*

3 *Actionum dilatoriarum tempus, a quo præſcribatur.*

1 Summatur

Digitized by Google

1 Summatur ſic; Temporales† & dilatoriæ exceptiones sũt quæ actionem ad tempus differunt. Nam olim ante tempus agens, perdebat actionẽ & rẽ. Sed hodie duplicatur reo tẽpus dilationis & actor cõdemnatur reo in expẽſis in priori
2 lite factis. h.d. ¶Not.† primo, ꝙ exceptiones dilatoriæ non deſtruunt actionẽ ſed differũt. Olim tñ agens ante tempus ꝑdebat rem de qua agebatur. Et ita tũc fuit huiuſmodi exceptio peremptoria, ſed hodie nõ eſt ſic, reo tñ datᷣ duplex
3 tẽpus dilationis. ¶Not.† ſecundo, ꝙ illud tẽpus interdũ datᷣ ab homine, & interdũ datᷣ a lege, interdũ ẽt datᷣ ex natura actionis, v.g. Si aliquis ſtipulatᷣ ſibi fructos futuros, uel ædificari ſub domum in certo loco, uel cum ſit Romæ, dari pecuniã. Epheſi, datur dilatio ex natura actionis, ut ff. de ver. oblig. l. interdum; ſecundũ Azo. ¶Opp. & vř, ꝙ petens ante tempus, non ſit puniendus, per l. quod ſi in diem. ff. de petitio hæred. Solu. In illa lege nõ petebatur ante tempus, nec etiam plus ſed petebatur, ꝙ hæreditas eſſet eodem iure penes hæredem agentem, quo fuit apud defunctum.

§. Præterea.

1 *Exceptiones procuratoriæ, ratione perſonæ ſunt dilatoriæ.*
2 *Mulieres pro quibus agere poſſint, & num* 4.
3 *Calphurnia turpiter ſe habuit in iudicio.*
5 *Miles non poteſt eſſe procurator.* Limit. nu. 8.
6 *Exceptiones dilatoriæ procuratoriæ opponendæ ſunt ante lite conteſt. Limit.*
7 *Exceptiones dilatoriæ licet ſint plures, iudex tamen poteſt pro omnibus dare tempus, intra quod opponi debet.*

1 Exceptiones† procuratoriæ, ratione perſonę ſunt dilatoriæ quales ſunt illæ, quibus mulieres & milites prohibentur agere alieno nomine. Nam milites ſuo nomine agere
2 poſſunt. h.d. ¶Notandum † primo, ꝙ mulieres non poſſunt agere pro alijs, niſi pro parentibus, qui pro ſe propter infirmitatẽ vel ętatẽ agere non poſſunt, nec reperitur alius volens pro eis agere quo caſu mulieres debẽt Velleiano priuilegio renuntiare, vt in tex. & gl. in l. fœminas. ff. de ꝓcu.
3 Nec† põt mulier eſſe aduocata. Nam cum quodã tempore

mulier

mulier Calphunia turpiter ſe habuerit in iudicio, prohibitum, eſt ne mulieres de cętero pro alijs eſſent in iudicio, vt
4 ff.de poſtu.l.1.§.ſextum. Poteſt† tñ mulier eſſe ꝓcuratrix ad
5 negotia vt in gl.in l.2.ff.de reg.iur. ¶Notandũ † ſecũdo, ꝙ miles nõ poteſt eſſe procurator, ꝑ ꝑ duas rões. Prima eſt, ne reuocet a militia in dãnum reipublicæ. Secunda eſt, ne ſit terribilis aduerſario, vt in gl.in l.militem. C. de procur. Et illud eſt ẽt verum de milite cęleſti, qualis eſt clericus in ſacris ordinibus cõſtitutus, vt l.filiusfamilias.§.veterani.& ibi gl. in verbo, proſequatur.ff.de procu. vide etiã glo. in l. militem. C. de procu.cum additione ibidẽ, niſi in pijs cauſis, & pro miſerabilibus ꝑſonis, vt in c.1.& 2.extrà, ne cleri. vel mona. facit glo.in verbo, nec virilibus, in §. ſecũdo lo
6 co.ff.de poſtu. ¶Notãdum† tertio, ꝙ exceptiones dilatoriæ procuratoriæ, opponendæ ſunt ante litis conteſtationẽ, vt not.in l.filiusfamilias.§.veteranis.ff. de procu.niſi procurator interueniat poſt lit. conteſt. & tunc oppon.debẽt ante primũ actũ concernentem merita cauſę, quia alias uř procurator admitti, vt no.per Bar.in l.Pompo. §. ratihabitionis ff. de procur. Quod verũ eſt, niſi eſſet exceptio procuratoria, ꝓ redderet iudiciũ nullũ, qualis eſt de falſo ꝓcuratore, de qua in l.licet. C.de procu. & in d.gl.§. ratihabitionis.
7 ¶Not. †quarto, ꝙ q̃uis ſunt diuerſę exceptiones dilatoriæ ꝑ tñ iudex ꝓ oĩbus dare certũ tẽpus. intra qđ opponi debeãt, vt not.in gl.& ꝑ Bar.in l.error.C.de iur.& facti igno.
8 ¶Oppo.& vř † quod miles poſſit agere pro patre, vel mře vel vxore, per l.3.§.militi.ff.de liberali cauſa, & per §. patitur. ſuprà de iniur. Sol. Illa lex tertia loquitur in caſu libertatis, & ibi miles poteſt pro eis agere, ſed ille textus loquitur regulariter, poteſt etiam miles agere pro iniuria illata vxori quia ſic agit nomine proprio, eſt enim cauſa ſua.

§. Eas vero.

1 *Infamia non impedit quem agere per ſe, uel per alium, iuxta priſtinum morem.*

Summatur ſic: Exceptio infamiæ ipſius procuratoris uel conſtituentis procuratorem, non repellit procuratorem

ab

Digitized by Google

ab agendo. Hoc dicit. ¶ Not. † ꝙ infamia non nocet alicui, quin agere poſſit per ſe, uel per aliũ ſicut fecit olim. Quod vẽ verũ, de infamia non notoria. Nam ſi ſit notoria, vẽ ſm textum iſtum, quod impediret actionem, quia dicit in tex. ne dum de his altercatur. Cum ergo nõ ſit opus altercatione, ſicut in notorio, apparet quòd impedit actionem.

DE REPLICATIONIBVS.
Titulus XIIII.

CONtinuatur ſic; Quia ſicut actiones eliduntur per exceptione; ſic ẽt exceptiones poſſunt elidi per replicationes, & ideo cum iam de exceptionib. dictum ſit, ſequitur conſequenter dicendum eſſe de replicationibus.

§. Interdum.

1 *Replicatio datur actori, quia interdum illi opponitur exceptio iniq.*

2 *Replicatio iuuat intentionem actoris.*

3 *Replicationis ope, pactum ſecundum tollit primum, contra ea, quę ſunt contraria.*

1 Quia † interdum exceptio inique opponitur actori, iõ datur ipſi actori replicatio, ut ſi creditor pactus eſt cum debitore nihil ſe petiturum, & poſtea pacti ſunt in contrariũ, agente creditori excipit debitor, ſed propter contrarium pactum poſtea factum, iniquum eſſet creditorem excludi ab actione, ideo datur ſibi replicatio ex illo ultimo pacto.
2 h. d. ¶ Notandum † primo, ꝙ ſicut exceptio iuuat intentionem rei, & nocet actori, ſic replicatio iuuat intentionem
3 actoris, & nocet reo. ¶ Notandum † ſecundo, ꝙ qñ ſunt contraria pacta, tunc ſecundum non tollit primum ipſo iure, ſed ope replicationis, ut hic dicitur. Et poteſt replicatio opponi in qualibet parte litis uſque ad ſententiam, ut in gl. in l. 2. §. 1. ff. de exceptio.

§. Rurſus.

1 *Duplicatio data eſt reo, quia replicatio iniqua interdum opponitur ab ipſo actore.*

2 *Duplicatio rei eliditur per triplicationem actoris, ut replicatio ipſius actoris, per duplicationem rei.*

3 Dila-

3 *Dilationes quot dentur in exceptionibus dilator probabilibus per teſtes.*

1 Quia ẽt † replicatio interdum iniquè opponitur ab ipſo actore, idcirco data eſt reo duplicatio. Et quia illa ẽt interdũ iniquè opponitur, datur cõtra eã triplicatio. Et ita ulterius dãtur defenſione actori, & reo, de quibus latius habe-
2 tur in libris. ff. h d. ¶ Not. † primo, ꝙ replicatio actoris eliditur per duplicationẽ, & duplicatio ipſius reis per triplicationem actoris, & ita conſequenter dantur defenſiones
3 actori & reo, ut l. 2. §. illud. ff. de excep. ¶ Notandum † ſcđo, ꝙ in exceptionibus dilatorijs probabilibus per teſtes, non dãtur niſi tres dilationes communiter, & quarta datur cũ ſolemnitate iuris, ut no. in c. ultra tertiam, extra de teſtib.

§. Exceptiones.

1 *Exceptiones competentes principali debitori, competunt etiam fideiuſſori eius & nu 2.*

1 Exceptiones competentes † principali debitori, plerũque ẽt cõpetunt fideiuſſori eius. Et dr̃ plerũque q̃a exceptio q̃ cõpetit ei, qui bonis ceſſit, non cõpetit fideiuſſori ſuo. h. d.
2 ¶ Not. † primo, quod exceptio pacti de nõ petẽdo cõpetens reo principali, cõuenit & fideiuſſori, ad quod ſolet cõiter iſte tex. allegari. Et intelligitur hoc, qñ ẽ exceptio cohærẽs rei, ut l. defenſiones. C. de excep. & in l. oẽs. ff. de except. Secus, ſi eſſet exceptio cohærẽs perſonę, ſicut eſt exceptio de ætate, ſicut qñ reus ẽ minor, q̃a talis petit reſtitutionẽ in integrũ, quæ nõ cõuenit fideiuſſori. Similiter ille, q̃ ceſſit bonis, hẽt exceptionẽ, ut nõ cõueniat in plus, q̃ in q̃tũ facere poſſit, ſed illam exceptionẽ non hẽt ſuus fideiuſſor, ut hic dr̃. Et regulariter verum eſt, quod illa exceptio, ne quis in plus cõueniatur, quã facere poſſit, non datur fideiuſſorib. ut ff. de re iudica. l. & ſi fideiuſſor, & propter hoc dicitur in textu, plerunque. ¶ Opponitur, & uidetur, quod fideiuſſor hẽat exceptionem, ne plus conueniatur, q̃ facere poſſit, per l. uerum. §. primo. ff. pro ſocio. Solu. Illa lex loquitur, quando quis conuenitur, ut defenſor, nam tunc habet exceptionem, non autem ſi conueniatur, ut fideiuſſor.

DE

Digitized by Google

DE INTERDICTIS. Titulus XV.

COntinuatur ſic. Quia interdicta obtinet uicẽ actionũ, idcirco tractatur hic de interdictis,& hoc ſecundum gl. Sed quantum ad illum intellectum iſte titu. præcederet titulum de excep.& ita etiam ponitur in libro ff. ideo poteſt aliter continuari. Dictum enim eſt de exceptionibus, per quas rei defenduntur. Cum igitur interdicta ſint defenſiones poſſidentium,ſequitur iam videre de interdictis.

§.Sequitur.

1 *Interdicta quid olim erant. Et quid hodie, nu 2.*
cordat c.relatum cum gl.1.extra de offi.deleg.l.1.C.de plus pe.l 1.C.ubi de cri.agi.op.& l.& quia in fi.ff.de iuriſ.om.
3 iud.¶Not.† ſecundo, ꝙ cum dr̃ hic, ꝙ libera non poſſunt citare parentes, niſi cum uenia, hoc intelligitur de liberis emancipatis, quia ſi ſint in poteſtate, non poſſunt parentes in ius uocare et uenia. Pro primo facit. l.fi.C. de in ius uocan. Pro ſecundo facit l. lis nulla.ff de iud.facit ſup. de act.
4 § pœnales uerſ.& in eam. ¶Not.finaliter,† ꝙ per ſolidum intelligitur hic aureus, ut ff.de in ius vocan.l.libertus & in l.eum.ff.eo, ubi exprimuntur aurei. Et 72. aut faciunt librã auri, ut C.de ſuſceptori,& archa l.quotiens lib.10.Et ita aureus continet ſextam partem unciæ.

DE OFFICIO IVDICIS.
Titulus XVII.

CONtinuatur ſic. Dictum eſt ſupra de actionibus, quæ ſunt remedia actoris, & de exceptionibus, quæ ſunt remedia rei, ſed quia in iudicio præter actorum & reum, et debet eſſe iudex, ideò tractatur hic de officio ipſius iudicis quod etiam imploratur loco actiuis, ut l. actionis. ff. de actionibus & obligationibus.

§.Supereſt.

1 *Iudex debet iudicare ſecundum leges, vel conſtitutiones, vel conſuetudines approbatas, alias male.*
2 *Iudicandum eſt ſecundum conſuetudinem nouam, ſi ea legi antiqua contradicat.*
3 *Sententiam iudicis, quę precedant.*
4 *In iuditio noxali ęſtimatio damni principaliter venit in obligatione & condemnatione.*

Summatur ſic; Iudex tenetur iudicare ſecũdũ leges, vel conſtitutiones, vel conſuetudines approbatas. Et in iudi. noxali tenetur reum cõdemnare, vt de noxa ſatisfaciat, aut animal pro noxa det. Hoc dicit, & patet intellect. text.
1 Notandum † primo, quòd iudex iudicare debet ſecundum leges vel cõſtitutiones vel ſecũdũ cõſuetudines approbatas, vt hic dicit.& ſi aliter iudicauerit: & in ſententia cauſa erroris expreſſa fuerit, tunc ſententia ipſo iure eſt nulla de

quo

Digitized by Google

quo latius no. in l.ſi expreſſum ff de app.& relatio. ¶Not.
2 †ſcd'o, ꝙ ſi conſtitutio noua contradicat legi antiquæ, tunc iudicandum eſt ſ'm conſtitutionem, & non ſ'm legem antiquam, ut ff.de legi.& ſenatuſ.l.non eſt nouum. Sic etiam cō ſuetudo ſit contraria iuri ſcripto, iudicandum eſt ſ'm conſuetudinē, ut no. per Bar. in l de quib.ff.de legi. & ſenatuſ. & hoc ſi ſit conſuetudo approbata, & præſcripta, de qua in ea.l. de quibus, & in c.fi. extra de conſue. Et debet iudex in præparatorijs & ordinatorijs iudicij attendere conſuetudinem loci, vbi ſeruatur iudicium. Sed quantum ad ſententiā attendere debet cōſuetudinem in locis partium, maximè
3 ip ſius rei. ¶Not.† tertio, ꝙ cum dr̄ hic in tex. ꝙ iudex in primis debet obſeruare, hoc intelligēdum eſt, ꝙ principaliter debet obſeruare, ut ſ'm leges, & conſtitutiones iudicet, quia plura fiunt in iudicio. Nam primo offerendus eſt libellus, ut Authen. offeratur. C. de litis conteſt. Etiam examen cauſæ procedit iſtam obſeruantiam, uel pōt illud intelligi, ꝙ in obſeruandis circa ſententiā iſtud eſt principale. Nā circa ſententiam aliqua obſeruanda ſunt, uidelicet, ꝙ detur in ſcriptis ut C. de ſent. ex peric. recitand. l. fi. & ꝙ detur ſedendo, ut in auth ut ab illuſtr bus, & qui ſuper eam dignitatē
4 ſunt §. ſancimus coll. 5. ¶Not.† quarto, quòd in iudicio noxali æſtimatio damni principaliter uenit in obligatione & condemnatione. Et ex officio iudicis conſequēter uenit datio animalis, ut ff. de re iud. l. miles §. 1. Et ita datur ſententia certa ut ſupra de actio. §. curare. Poteſt tamen dici, ꝙ ſi hoc iudicio libellus poteſt eſſe alternatiuus, & ita etiam poteſt ferri ſententia alternatiua, de quo per Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. obligatio.

§. Et ſi in rem.

1 *Iudicium omne aut abſolutorium eſt aut condemnatorium.*
2 *Iudex poſt ſnīam poteſt dare tempus, intra quod reus rem reſtituat.*
3 *Fructus, an petantur officio iudicis, aut qualiter, ibid. & nu. 4.*

In actione reali debet iudex reum abſoluere, vel rei præcipere, ut rem reſtituat cū fructib. Et ſi reus dicat ſe nō poſſe rem reſtituere, dabit ſibi tēpus, intra quod reſtituat, ſed tunc

Digitized by Google

tunc reus dēt dare fideiuſſores, qui ſatisfaciāt, ſi ipſe intra illud tempus non reſtituerit. Hoc dicit & patet intell tex.
1 ¶Not. † primo, ꝙ omne iudicium eſt abſolutoriū, uel con
2 demnatorium ¶Not. † ſcd̄o, ꝙ poſt latam ſententiam pōt iudex dare tēpus, intra quod reus rem reſtituat, ut hic dr̄. In actione tñ perſonali, ex ipſe diſpoſitione iuris habet reus poſt ſñiam quadriumeſtre idest, quatuor mēſium ſpaciū. Et de iſto latus ꝑ Bar. in l. fi C. de execu. rei iudica. ¶Opp.
3 † contra iſtum tex. q̄a vr̄ uelle ꝙ fructus petātur officio iudicis. Nā uel hoc intelligitur de fructib. naturalibus, uel industrialib. nō de naturalibus, quia uel ſunt conſumpti, uel extant. Si extant, tunc petuntur cum ipſa re, ut ff. de uſur. l. fructus. Si uero ſint conſumpti, & eſt poſſeſſor bonæ fidei tunc nō tenetur de eis. Si āt teneatur de eorū æſtimatione hoc eſt ꝑ condictionem ſine cauſa, & nō per officium iudicis, ut ff. ſi cer. pet. l. ſi & me nō ēt de induſtrialib. q̄a uel illi ſunt ſeparati a ſolo, & tunc ſunt ipſius poſſeſſoris ut ſup. de rerū diui. §. ſi q̄s a non dn̄o, uel ſunt ſeparati, & tunc petuntur cum fundo ut ff. de rei vendi. l. fructus. Solut. Iſtud
4 † intelligitur de fructibus perceptis & non conſumptis, qui ſunt ipſius poſſeſſoris & ideo non pn̄t peti ꝑ actionem, ſed bene petuntur per officio iudicis, ut hic. & C. de rei uēdic. l. certum §. bona fide Si āt ſit poſſeſſor malę fidei, & nō hēt titulum, tenetur de fructib. cōſumptis per condictionem ſine cauſa Extantes petūtur cum fundo, ꝑcipiēdi uero petuntur ꝑ officium iudicis, ut C. de rei uēdic. l. certū. i. reſpōſo. Si vero habet titulum, excuſatur de percipiēdis ꝑꝑ titulum ut l. ſi fundū. C. de rei vendica. niſi in quatuor caſibus qui notati ſunt ſupra de rerum diuiſione. §. ſi q̄s non dn̄o.

§. Et ſi hæreditas.

1 *Iudex in hæreditatis petitione condemnabit rem reſtituere cum fructibus.*
2 *Fructus percepti & conſumpti, an debeant reddi cum ipſa re.*
3 *Poſſeſſor bonæ fidei, non tenetur de fructibus perceptis & conſumptis.*

In petitione hæreditatis reſtituēda eſt res, cum fructib. ſicut in actione reali dictū eſt, & ſi ſit poſſeſſor malæ fidei reſti-

re ſti tuere tenetur fructus, etiam percipiendos & pceptos, ſed ſi ſit poſſeſſor bonæfidei, nõ tenet de fruct.b. percipien
1 dis, niſi poſt litẽ cõteſtatã. h.d. Not. † primo, ꝙ in petitione hæreditatis iudex condẽnabit rẽ reſtitui cũ fructibus, ſicut in rei vendicatione. Nã petito hæredi atis, eſt actio mixta. Eſt. n in rẽ & in perſona, ut ſup. de actionibus. §. q̃dã. ¶ Not.
2 † ſcđo, ꝙ cum ipſa reſtitui debent fructus percepti & conſumpti, ſi fuerit poſſeſſor malæfidei, & ẽt fructus percipiendi, quos ſua culpa poſſeſſor nõ pcepit, ſi nõ habeat titulũ, ſed ſi habeat titulum, excuſatur de pcipiendis, pp ipſum ti
3 tulum. ¶ Not. † tertio, ꝙ poſſeſſor bonæfidei nõ tenetur de fructib. cõſumptis & perceptis, Quod uerum eſt p aliquam actionem, uel per officium iudicis: tenetur tamen ex æquitate per condictionem ſine cauſa, ut l. ſi & me. ff. ſi cer. pet. Poſt litem tñ conteſtatam, tenetur etiam per actionẽ: quia tunc fit poſſeſſor malæ fidei, propter conteſtationem litis.

§. Si ad exhibendum.

1 *In actione ad exhibendum, qualiter reum condemnare debet iudex.*
Et quid ſi res vſucapiatur poſt motam litem ad exhibendũ nu. 2

Summatur ſic: In actione ad exhibẽdum, non ſufficit, ꝙ reus rem exhibeat, ſed oportet, ꝙ præſter omnem cauſam, quã habuiſſet actor, ſi a principio res fuiſſet exhibita. Et ſi reus dicat ſe non poſſe rem exhibere, dabitur ei tempus cum cautione. & ſi ſic rem non exhibeat, neque cautionem præſtet, condemnabitur ad totum intereſſe actoris. h. d.
1 ¶ Notandum † primo, quòd in actione ad exhibẽdum iudex condẽnare debet reum, nõ ſolum ut rẽ reſtituat, ſed ẽt, ut res ſit in vtilitate actoris, ac ſi habuiſſet eam à principio li-
2 tis. ut hic, & ff. ad exhiben. l. Iulianus. §. quantum. ¶ † Notandum ſecundo, quòd ſi poſt motam litem ad exhibẽdum res vſucapiatur, tunc tenet iudex reum cõdemnare in æſtimatione rei, ac ſi res nõ fuiſſet vſucapta. Et licet p rei vendicatione interrumpatur vſucapio, non tñ per actionẽ ad exhibendũ, ubi eſucapio currit contra actorẽ rei vendicatione, vt no. per Bar. in l. ex hoc edicto ff. de eo, per quem factum eſt. De materia actionis ad exhibendum, & aliarum actionum

ſumm arbitrariũ, notatur in §. præterea. ſupra de actionibus.

§. Si familiæ.

2 *In familię erciſc actione, debet Iudex res hęreditarias cohęredibus adiudicare Idem in actione cummuni diuid nu 2. 3.*
4 *Fieri non poſſe, dicitur illud quod commode fieri non poteſt.*
5 *Corpus eſt duplex diuiduum, & indiuiduum.*

2 In actione† familiæ erciſcundæ, ideſt, diuidendæ hæreditatis, debet Iudex res hæreditatis cohæredib. adiudicare. Et ſi unus habeat meliorem partem, debet hoc per certam pecuniã ad æqualitatem reducere. Et datur etiam iſta actio, ſi unus cohæredum percipit omnes vel plures fructus, vel ſi deſtruxit rem hæreditariã, vel conſumpſit. Et eodem mo-
3 do iudicandum† eſt in actione cõi diuidundo, qñ agitur de pluribus rebus. Si autem agatur de una diuiſibili adiudicabitur vni una pars, & alteri alia. Et ſi fuerint inæquales, fiet reductio ad æqualitatem per certam pecuniam. Si vero ſit res indiuiſibilis, tota adiudicabitur uni, & ille condemnabi
4 tur alteri in certa pecunia h d ¶Notandum † primo, ꝙ eadem obſeruantur in actione communi diuidundo, quæ obſeruantur in actione familiæ erciſcundæ, ut ſ. ſingulæ res ſingulis adiudicentur, & ſi ſit inæqualitas fiat æqualitas ꝑ pecuniam; & ſi unus receperit omnes fructus uel plures, cõdemnabitur alteri incerta pecunia. Sic etiam ſi fecerit dam
4 num in re communi. ¶Notandum † ſecũdo, ꝙ illud dicitur fieri non poſſe, quod non poteſt fieri commodè, ut hic patet, & in lege nepos Proculo. ff. de verb. ſig. concordat tex. in cano. illud 11. q. 1. & in cano. faciat. 22. q. 2. text. in c. 1. §. volens itaq. uer. non tamen. de colla. in pragma. ſanc. & ibi
5 gl. in uerbo inconuenienti. ¶Not. † quod aliquod eſt corpus diuiduum, ideſt indiuiſibile, ut ff. de leg. 1. l. quod in rerum natura. §. 2. Et aliquod eſt indiuiduum, quod. ſ. diuidi non poteſt. niſi deſtruatur, ut ff. de vſucapionibus. l. rerum miſtura.

§. Si finium regundorum.

1 *In actione finium regundorum debet Iudex interdum partem ab actione vnius alteri adiudicare, ut fines euidentius appareant.*

Et qualiter intelligatur nu. 2.
4 *Finium regund. actio an habeat locum in dominus diſtin.*
3 *Committens quid malitioſè circa fines agrorum, qualitér puniēdus.*
1 Summatur ſic: In † actione finium regundorum dēt iudex interdum partē ex agro vnius alteri adiudicare, ut ſ. fines euidentius appareant. Et tunc debet fieri æqualitas per certam pecuniam. Et competit iſta actio non ſolum pro finib. agrorum, ſed etiam contra eos, qui circa fines aliquid malitioſè faciunt, videlicet deponēdo lapides uel arbores finales. Et etiam contra eos, qui impediunt menſurationē agro
2 rum fiendam iuſſu iudicis. h. d ¶ Not † primo, ꝙ qñ dr̃ hic in tex. judicē poſſe partē agri unius alteri adiudicare, hoc debet intelligi, qñ fines non pñt reperiri. Si aũt fines appareant, dēt iudex ipſos ſequi, vt l. in finalibus ff. finiũ regund:
3 niſi cōtrarium probetur. ¶ Not. † ſecundo, ꝙ iſta actio nō habet locum in domibus, niſi eſſet domus confinis ruſticos p̃dio. Nam tunc daretur utilis actio finiũ regundorũ, ſed nō
4 directa, ut ff. finium regund. l. 2. in prin. ¶ Not. † tertio, quod ſi aliquis malitioſè aliquid commiſit circa fines agrorũ, ille puniendus eſt, ſm quod actor iurauerit in litem, ſalua tñ taxatione iudicis, puniuntur etiam fiſco in quinquaginta aureis, ut l. agraria. ff. de termi. amo. Et ita iſta actio poteſt eſſe ciuilis, & criminalis, & per unam non tollitur alia, ut C. quando ciuilis actio crim. præiudicat. l. Quandiu tamen una durat, ceſſat alia, ut ff. de pub. iu. l. is qui.

§. Quod autem.

1 *Dominium an trasferatur per ſententiam latam in actione fam. erciſ. aut communi diuidun.*
2 *Error priuatus non impedit dominium transferri per ſententiam ſi a ſententia non fuerit appellatum.*

Per ſententiam in iſtis iudicijs latam fit ille dñs rei, cui
1 res adiudicatur. h. d. ¶ Notandum † primo, quod per ſententiam latam in iſtis iudicijs, de quibus iam dictum eſt, transfertur dominium, ſicut etiam permiſſionem poſſeſſionem ex ſecundo decreto, ut ff. de acq. poſ. l. 3. §. fin. Quod uerum eſt, ſi cum ſententiam ſit etiam traditio rei, ut C. de pact. l. traditio.

Digitized by Google

ditionib.& ſup.de re.diuiſ.§. per traditionem. Et ita etiã ꝑ ſnĩam latam in actione Publiciana, ille qui non fuit dominus, fit dominus, ut l.3.de Publicia. facit notab. vlt. ſupra
2 de actio.§.ſed iſtæ quidem.¶Opponitur primo† de l.Pompo.§.& is.ff.de procura.ubi per ſententiam non fit quis dominus, ut apparet, quia in ſententia eſt erro. Sol. Error priuatus non impedit, quin per ſententiã dominium transferatur, ſi a ſententia non fuerit appellatum ¶Opponitur ſecundo, quia in actione perſonali reo abſoluto per ſententiam, adhuc manet debitor ipſius actoris, ſi prius fuerit debitor, ut l.Iulianus.ff.de cond.indeb.ergo apparet, quòd ꝑ ſnĩam nõ transferatur dominiũ, ex quo manet adhuc obligatus. Sol. Aliud eſt in actionibus perſonalibus, quæ naſcũtur ex obligationibus, quæ ſunt res incorporales, quam in actionibus realibus. Nam dominium rerum corporalium multo facilius transfertur, quam rerum incorporalium, facit.l.ea uerò ff.pro ſocio.

DE PVBLICIS IVDICIIS. TITV. XVIII.

CONtinuatur ſic: Dictum eſt ſupra de iudicijs, ſeu actionibus ciuilibus, & etiam de quibuſdam criminalibus, uidelicet quo ad priuata crimina, ut in prin. huius quarti, vſq.ad titulũ de actionibus. ſequitur ergo nunc in fine dicẽdum de publicis iudicis quib. puniuntur crimina publica.

§.Publica iudicia.

1 *Iudicia publica differunt actionib ciuilibus. Et cur publica dicta.*
2 I*udicia publica, & actiones differunt tripliciter.ibid & nume.3.4. Et in quo conueniant nu.5.*
6 *Iudicia publica regulariter incipiunt ab accuſatione fallit,nu.7.*
8 I*udicium publicum datur plerunque cuilibet de populo.*

1 Iudicia† publica differũt ab actionib. ciuilibus, & dicuntur publica, quia eorum execurio cõiter datur cuilibet de
2 populo.h.d ¶Notandum † primo, quod publica iudicia & actiones differunt in princ.in medio, & in fin. In prin. quia actiones dantur pro cauſis ciuilibus, ſed publica iudicia ꝑ

Digitized by Google

cauſis criminalibus, ut no. per Bar. in l. 1. ff. de cond. ex lege.
3 †In medio, qa in actione ciuili oportet actorem probare, alioquin reus abſoluitur, ut l. qui accuſare. C. de edend. ſed in publici iudicijs interdum actor, & interdū reus habet ꝓbare, ut no. ꝑ Bar. & gl. in l. falliciter. C. de abolitionibus,
4 & facit. l. ubi C. ad l. Corn. de fal. In fine† quia ꝑ actionē ciuilē petitur aliquid dari uel fieri actori, ſed in publicis iudi
5 cijs agit ad pœnā, ut in gl. in l. 3. ff. de ſepul. uiolato. In† aliquo tñ ēt conueniunt. Nam utrobiq; præſtatur iuramētum calu. ut not. ꝑ Bar. & gl. in l. 1. C. de iuram calum. & ēt utrobiq. datur libellus. Nam in actionib. datur libellus conuentionalis, & in publicis iudicijs datur libellus accuſatorius, ut in l. libellorū ff. de accuſa. Et continere debet libellus accuſatorius nomē accuſatoris, & accuſati mēſem, & annum in quo delictū cōmiſſum eſt, & conſules, ſub quib. commiſſum eſt delictū. Nō aūt oportet continere diē, & horā, qū delictū cōmiſſum eſt, niſi accuſatus petat ut l. libellorū. ff. de accuſa. Et idē eſt in publicis criminibus, & in priuatis, ut
6 l. fi. ff. de priua. delictis. ¶Not. † ſecūdo, ꝙ publica iudicia regulariter incipiunt ab accuſatione, ut l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. ff. de mune. & hono. Hoc tamen fallit in qui-
7 buſdam caſibus. Primo, † in lenocinio, quod. ſ. mulier accuſata per maritum de adulterio, opponitur ipſi marito, ut ff. ad l. Iuliam. de adult. l. 2. §. ſi publico. Secundo, in teſte deponente falſum. C. de teſt. l. nullum. Tertio, in producente falſam ſcripturam. C. de probatio. l. iube. Quarto, in falſo tutore. ff de ſuſpec. tuto. l. tutor. §. præterea. Quinto in calumniatore. ff. de calum. l. 1. Sexto, in crimine notorio, ut l. ea quidē. C. de accuſat. Et iſtud uerum eſt de iure ciuili, ſed de iure canonico cōiter incipitur ab inquiſitione, quando præcedit diffamia, ut in c. cū oporteat. & in c. inquiſitionis. & in c. qualiter & quando 2. extra de accuſat. ¶Notandum
8 †finaliter, ꝙ ideo dicitur in tex. ꝙ illud iudicium plerunq. datur cuilibet de populo; quia in quibuſdam caſib. datur certis perſonis ut in crimine ſuppoſiti partus nam tunc datur ſolis parentibus, ut in l. 2. ff. ad l. Corn. de fal. Sic etiam in crimine adulterij, ut in l. quamuis. C. ad l. Iulia. de adul.

Da-

Digitized by Google

Datur.n.in princ.certis perſonis,& nō ſingulis de populo.

§. Publicorum.

1 *Iudiciorum publicorum quædam ſunt capitalia, quædam non capitalia & nu. 2.*

1 Publicorum† iudiciorum quædam ſunt capitalia,& quædam non capitalia. Capitalia ſunt,quib. infligitur mors naturalis vel ciuilis.Sed non capitalia ſunt, quibus irrogatur

2 infamia cum damno pecuniario.h.d.¶Not.† quòd iudiciū publicum capitale eſt dupl. Nam quoddam eſt quo infligitur mors naturalis, ut eſt amputatio capitis, ſuſpenſio ad furcas,& ſimilia,ut l.capitalium.ff.de pænis. Aliud eſt,quo infligitur mors ciuilis,ut deportatio, vt l.qui vltimo. ff. de pœn. Et de illis dictum eſt ſup.quib.mo.ius patriæ pot.ſolui.in §.cum autem. Sed iudicium publicum non capitale eſt,quo irrogatur infamia,ut l.cognitionum §.æſtimatio.ff. de va.& extraor.cognitio. uel etiam quo infligitur pæna pecuniaria,uel modica caſtigatio corporis, vt fuſtigatio, vt l. 2.ff.de publicis iudicijs.

§. Publica autem.

1 *Lege Iulia maieſtatis molientes contra Principem, aut Rempub. puniuntur vltimo ſupplicio. Et quæ præterea.*

2 *Leges Iuliæ maieſtatis omnes poſſunt quem accuſare.*

3 *Lege Iulia puniuntur conſpirantes in ciuitatem, & nu. 5.*

4 *Filij an puniantur pro delicto parentum commiſſum in l. Iul maieſt.*

Per legē Iuliā puniunt̄ molientes aliquid contra principem, vel contra rempub. & damnatur etiam eorum memo

1 ria poſt mortem.h.d.¶Notandum† primo,quod lege Iulia maieſtatis,puniuntur molientes contra principem, aut cōtra rempublicā ultimo ſupplicio,& hoc ſi ſint ſubditi Nam crimen læſæ maieſtati non committitur, niſi per ſubſiditū, &ideo clericus contra principem ſecularē nō committit hoc crimen,quod facit ad intellectū clem.paſtoralis, extra de re iudic. Et puniuntur propter illud crimen non ſolum cōmittentes crimen,ſed ēt eorum filij, ut l.quiſquis. C. ad leg. Iul.maieſtatis. Puniuntur etiam ſcientes, & non reuelantes hoc crimen,ut d l.quiſquis. & ibi notatur per glo.&

ſtuprum, uidelicet cognoſcēs ſine ui uirginem, uel uiduam, honeſte uiuentē. ſi ſit honeſta pſona, commitens, puniturlege Iulia, publicatione dimidiæ partis bonorū ſuorū. Sed ſi ſit talis perſona, caſtigatur in corpore, ꝙ relegāt h. d. ¶ Notan.
1 † primo, ꝙ adulteriū dicitur uiolatio alterius tori, ut no. in rub. C. de adul. & committitur adulteriū proprie cū muliere nupta, ut ff. de adult. inter liberas. §. 1. Vnde ſi uxoratus cognoſcat ſolutā, non eſt proprie adulteriū, ſecundū ius ciuile. Eſt tamen adulterium verum ſm ius canonicum, & ſecundum ius ciuile punitur adulterium gladio, ut l. quāuis.
2 C. de adult. Eſt † ꝗ̄ differentia inter adulteriū, & lenociniū, qa lenociniū committit̄ qñ maritus comperit vxorē ſuam in adulterio, & retinet eam. Vel ēt qñ accipit pṁium pro celādo adulterio uxoris ſuæ, ut l. mariti lenociniū. ff. de adul. Hodie tamen poteſt maritus ſine pœna vxorē ſuā, q̄ adulterata eſt, recipere, ut Auth. ſed hodie. C. de adul. Sed qui ſcit adulterium uxoris & ipſam non emendat, etiam peccata ſecundum ius canonicum, quia eſt patronus, & actor turpitu
3 dinis, ut in c. ſi uir. extra de adult. ¶ Notandum † ſecundo, ꝙ ſtuprum committitur cognoſcēdo virginem vel uiduam ēt ſiue ui, ut hic dicitur. Non autem cognoſcendo meretricē; quia tales non continent̄, laqueis iuris ciuilis, ut l. quæ adul
4 terium. C. de adulte. Et dicitur † meretrix, quæ multorum libidini paret uel ciuius turpitudo uenalis eſt, ut notatur in c. inter opera in ver. publicas. extr. de ſponſa. & ma. Et cur ius canonicum ſeu Eccleſia permittat iſtas mulieres ad ui-
5 tandum maius malum, ut in d. c. inter opera. Et † ideo de iure ciuili ēt concubinatus eſt licitus, committit ſtuprum cognoſcens alterius concubinā, ut not. in l. in concubinatu. ff.
6 de concub ¶ Notandum † tertio, ꝙ aliter puniuntur pro ſtu pro honeſtæ pſonæ, & aliter viles. Et dicuntur honeſtæ perſonæ nobiles, aliæ autem dicuntur humiles, ut l. humile. C. de inceſt. nup. ¶ Opponitur, & vr̄, ꝙ aliter puniantur committentes ſtuprū, quam ſicut hic dr̄ in tex. per l. 1. C. ſi quis eam cuius tutor ſuā. Sol. In iſto tex. ponitur pœna ſtupri regularis in certis caſibus tñ aliter punit̄ ſtuprū. Primo ſi quis ſtuprauerit puerū, nam ille pun. t̄ gladio. Scđo, ſi tutor ſtu-

Digitized by Google

prauerit eã,quę fuit pupilla ſua,nã ille pũnitur deportatione,& publicatione oĩum bonorum,vt in l.in op.alleg.Tertio, ſi ſeruus ſtuprauerit dñam ſuã; nã ille puniť gladio, vt l.unica.c.de mulieribus:quæ ſe ꝓprijs ſeruis immiſcuerũt.

§. Item lex Cornelia.

1 *Homicida,& cauſa occidendi ambulantes cum telo puniuntur l.Corne. de ſicar.& nu.6.*
2 *Lex Cornelia de ſicar. computatur inter publica iudicia.*
3 *Homicidium,contingit tripliciter.ibid & nu 4.5.*
7 *Teli nomine quid intelligatur.*
8 *Tela,& arma differunt.*
9 *Sicarij dicuntur a ſica Et quid ſica.*

1 Homicidæ† & cauſa occidendi homines ambulantes cũ telo puniuntur gladio ex lege Cornelia de ſica. Et per telũ ſignificatur hic omne quod mittitur ſiue proijciť a manu. Et dicuntur ſicarij a ſica. qđ ſignificat ferrum uel cultrum. h.d.¶Not.†primo,ꝙ lex Corne.de ſica. cõputatur inter publica iudicia, q̃a q̃libet de populo p̃t hoc iudiciũ intẽtare, ſup.e.ti.§.1.¶Not.†ſcđo,ꝙ homicidiũ cõtingit tripliciter. ſ.caſu neceſſitate & uoluntate. Caſu aũt contingit homicidium,qñ non fit ex propoſito, & ſi tunc non ſit data opera rei illicitę,& oĩa obſeruata ſint,q̃ cõiter circa talẽ actũ ſunt obſeruãda,nõ puniť homicidium,ut c.dilectus, &c.ex literis.c.ſeq.extra de homicidio. Sed ſi data ſit opera rei illicitæ,ut ſi uolens percutere unum percuſſit alium, & ita fecit homicidium,ille punitur ut l.eũ,qui nocentẽ.§. iniuria.ff. de iniurijs.Neceſſitate† aũt cõtingit homicidium,ut qñ aliquis inuaditur ab alio,& non p̃t fugere nec euadere,niſi aduerſarium occidat, & talis homicidio non punitur neq; ẽt eſt irregularis,ut in cle.ſi furioſus extrà de homicidio. Sed †ſi uoluntarie contingit homicidiũ,qñ q̃s ſub facto, uel cõſilio,uel ꝑcepto occidit aliquem, & ille eſt irregularis, ſm ius canonicũ,ut in c.miror.& in c.ſi quis uiduã.50.diſt.ſi ſit clericus. Et laicus ſemꝑ debet iacere ante ianuã Eccleſiæ, ut in c.ſi q̃s uolũtate ea.diſt.Sed iure ciuili puniť gladio ut hic, quod uerum eſt ſi fecit homicidium dolo non autem ſi culpa.

Digitized by Google

culpa etiam lata, nam tunc non ponitur leg. Corn. de ſica. ſed l. Aquilia. Et ita in hoc caſu lata culpa non æquiparatur dolo Aequalis tamen pœna eſt apud Deum, de quo in glo.
6 in c. conſuluiſti. 2. q. 5. ¶ Notãdum † tertio, ꝙ ambulans cum telo cauſa occidendi homines, punitur gladio, ſicut homicida, quamuis nullum occiderit, ut hic & ita affectus punitur ſine affectu, & hoc uerum eſt in criminalibus atrocibus, quale eſt homicidium, non aũt in alijs vt in l. is qui cum telo. C. ad leg. Cor. de ſica. & hoc etiam verum eſt, ſi affectus oſtendatur in actu proximo effectui, alias nõ puniretur ſic, ſed extraordinariè, ut ff. de extraordina. criminibus l. 1. Pœnam tamen ſtatuti non incurrit quis per affectum, ſed ſolum per effectum, ut no. per Bar. in l. 1. §. diuus. ff. de pænis.
7 Notandum † quartò, quòd per telum intelligitur omne illud, quod aptum natum eſt inferre mortem, ut in c. ſi quis. aliàs quiſquis cum telo de pœn. diſtin. 1. ubi lex illa eſt ca-
8 nonizata. Et de differentia † inter telum & arma, & quia per telum ſignificantur arma offenſiua ut l. penult. §. telorum. ff. ad legem Iuliam de ui public. uel priuata. Sed per arma ſignificantur defenſiua & offenſiua arma ut l. armorum. ff.
8 de uerborum ſignificatio. ¶ Notandum † finaliter, quod ſicarij dicuntur à ſica. Dicitur autem ſica. ferrum, uel gladius ſcindens ex utraq; parte, ꝙ peregrini ſolent deferre in baculis, ſecundum gl. hic unde uerſus ; Et ſica mucro lanceſ ſicarius inde uocatur.

§. Eadem lege.

1 *Veneno quem occidentes puniuntur, lege Cornelia de ſica Et grauius quam occidentes gladio.*

2 *Artiſicia odioſa prohibet lex Corn. de ſicar.*

3 *Venenum factitantes, licet nulli dederint, tamen puniẽtur, excepto ad bonum uſum .*

Summatur ſic; Venefici, id eſt, occidentes hoĩes cũ ueneno uel artibus magicis, & uendentes publice mala medica-
1 menta, puniuntur hac. l. Corn. de ſica. h. d ¶ Notandum † primo, ꝙ illi q̃ occiderunt homines ueneno puniuntur l. Cor. de ſic. Nam plus eſt occidere hominẽ aliquem veneno, quã gladio

gladio. ut l. 1. C. de maleſi. Et tale ẽt puniũt, licet nõ ſequat mors, ut no. in d. l. 1. C. de malefic. facit l. 1. in fin. ff. de par-
2 ricidis ¶ Not. † ſcđo, ꝙ hic prohibentur artificia odioſa, ut ſunt incantationes, q̃ fiũt per Necromãtiã, interp̃tationes ſupſtitioſæ ſomniorũ, & omnia ſortilegia, de qbus tractat in cauſa 26. per totũ, & exercentes, uel addiſcentes, uel ẽt cõſulentes in iſtis puniũtur, de quibus omnib. notat in l. ne-
3 mo. C. de maleſi. & mathema. ¶ Not. † finaliter, ꝙ faciẽtes uenenũ, quo homines intoxicãt, licet nulli dederint, ẽt puniuntur. Non aũt illi, qui habent uenenũ ad bonum uſum, ut in theriaca; ut l. qui uenenum ff. de uerb. ſig. Illi etiã puniuntur, qui dãt pocula amatoria: & ſi quis dederit mulieri aliquid ut non concipiat uel uiro ut non generet, punitur homicida. ut in c. ſi aliquis, extr. de homici. & notat ibi gl.

§. Alia deinde.

1 *Parricidium committens, atque ad id opem, conſilium ut præſtans, tenetur lege Pompeia de parricid.*

2 *Parricidæ qui dicantur.*

3 *Homicidij conſcij grauius puniuntur, quam ſceleris authores*

4 *Mater ſi occiderit filium iracundiæ calore, an & qualiter puniatur.*

1 Committentes parricidium. † & fieri mandantes, uel cõſcij criminis etiam extranei puniũtur. l. Pompeia de parricidijs, uidelicet inſuti in ſacco de corio cum cane, & gallo gallinaceo, & uipera, & ſimia, proijcitur in flumen uel in
2 mare. h. d. ¶ Not. † eſt primo ꝙ parricidæ dicuntur occidentes patrem uel matrem, & ulterius aſcẽdentes uſque ad infinitum; ſimiliter occidentes filiũ vel filiam, & vlterius deſcendentes vſque ad infinitum, vt l. 1. ff. eo. ti. quod verũ eſt ſiuẽ ſint filij naturales tm̃ ſiue legitimi tantum, vt not. in l. hos accuſare. §. omnia ff. de accu Puniũtur ẽt hac. l. occidentes collaterales vſque ad quartũ gradum. ut in d. l. 1. Similiter etiam puniuntur occidentes nurum, generũ, vitricum, priuignum, ſponſam, & multo plus occidẽtes vxorẽ. Similiter occidentes patronum vel patronã, patrinum filiorũ, & etiam occidentes Epiſcopum ſuum uel paſtorem, vel ſi monachi interficiant Abbatem, vt notatur in d. l. 1. ¶ Notandum

Digitized by Google

3 dum † ſcđo, ꝙ extraneis cõſcij huius criminis plus puniuntur q̃ occidētes. Nã ſi aliqs occiderit patrē ueſtrũ, ille ſolũ puniretur l. Corn. de ſicarijs. Sed ſi ipſe ſciat uos uelle occidere patrē ueſtrũ, & non reuelauerit, tunc punitur iſta pœ-
4 na, q̃ eſt multo grauior ut patet hic in tex. ¶ Not. † tertio ꝙ ſi mater occidat filiũ ſuum ex calore, quia pater dixit non eſſe filiũ ſuũ, tunc iure canonico detruditur in monaſteriũ, ut in c. 1. extra de his; q̃ filios occiderunt. Sed ſi filius infans reperiatũ mortuus in loco parentum, tunc ſi parentes ſint in culpa graui, quia ſ. poſuerunt filium in medio eorum, imponitur eis pœnitentia quinq. uel ſex, uel ſeptē annorum. Si ãt ſint in leui culpa, imponitur pœnitẽtia trium annorum. ita ꝙ utrobiq. primus annus compleatur in aqua, & pane, ut not. in c. ſi & gl. ibidē extra de his, qui filios occiderunt.

§. Item, lex Cornelia de falſis.

1 *Teſtamentum falſum qui ſcripſerit ſignauerit recitauerit, produxerit, ſignumve falſum fecerit, punitur lege Cornelia de falſis, et nu. 2. Et qui nam præterea nu 3. 4.*

5 *Pœna legis Cornelia de falſ. qua ſit in ſeruo & qua in libero.*

1 Qui † falſum teſtm̃ uel inſtrm̃ ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit produxerit uel ſignum falſum fecerit, punitur l. Cor. de falſis, cuius pœna in ſeruis eſt ultimum ſupplicium & in
2 liberis eſt deportatio h. d. ¶ Notandum † primo, ꝙ ſcribentes uel recitantes &c. ut in ſummario, falſum inſtrm̃, tum puniuntur iſta pœna, ſi dolo fecerint, ut hic, & l. nec exemplum. C. ad l. Corne. de fal. & ita notarij mutãtes ſignum ſuum puniuntur, ut l. fi. C. de aſſeſſor. Sic etiam puniuntur negantes ſignum ſuum, ſi poſtea cõuincãtur hoc eſſe ſuum ſignum. l. eos. 2. reſp. ff. e o. Sic & delentes aliquid de ſubſtantia inſtrumenti. l. qui teſtm̃. ff. eo. ſic & motuantes dicta teſtium uel etiam recipientes pecuniam, ut falſum teſtimonium dicant, ut l. 1. ff. eo. & et qui pacti ſunt falſum teſtimo
3 niũ dicere, ut l. lex Cor. §. qui falſus. ff. eo. Vel † etiam, qui pecuniam recipiunt, ut falſum iudicium inſtruatur, ut l. falſi. ff. eo. Et etiam notarius, qui aliter ſcribit quam actum eſt apud iudicem, vt l. i. §. ſed & ſi quis. ff. e. Sic etiã punitur iu-

dex

Digitized by Google

dex qui ſcienter fert falſam ſententiã, eadẽ. l. §. ſed & ſi iudex. Ita etiã qui per obreptionẽ aliquid acquirit à iudice, vt l. ſi quis obrepſerit. ff. eo. Item, ſic punitur ſupponẽs falſum partum vt l. lege cornelia. §. de partu.
4 † Ita etiam dicẽs ſe militẽ, vel doctorẽ, & non eſt punitur illa pęna, vt l. eos ff. eo. Sic ẽt, ſi aduocatus vel procurator tradit aduerſario iura ſuæ partis, vt d. l. 1. §. is qui depoſita. Sic ẽt allegans falſam. l. vel correctam in deciſione cauſæ, vt l. fi. ff. eo. Sic etiã punitur falſificans pondera vel mẽſuras, vt l. pen. ff. eod. & l. annonam. §. onerant. ff de extraor. crimi.
5 ¶ Notandum † finaliter, ꝙ pęna illius l. in ſeruis eſt vltimũ ſupplcium; ſed in liberis eſt deportatio, & publicatio oĩum bonorum: hodie tamen bona non publicantur, ſi ſuperſint aſcendẽtes, vel deſcendentes vſque ad tertiũ gradũ, vt auth. bona damnatorũ. C. de bonis damnatorum. & ita patet hic, ꝙ maior pęna infligitur ſeruis, quàm liberis, vt. ff. ad l. Cor. de falſis. l. 1. §. pen. Et inter liberos magis puniuntur minores, quàm maiores, vt ff. de incend. rui. naufr. l. Pedius. §. 1.

§. Item lex Iulia de vi.

1 *Vim faciens qualiter puniatur diſting. nu. 2.*

3 *Vis fieri cum armis quando dicatur.*

4 *Armorum prohibitio facta per errorem includit etiam clericos.*

1 Faciẽns vim† cũ armis puniẽ pęna deportationis ex l. Iulia de ui pub. faciens aũt vim ſine armis punitur in publicatione tertiæ partis bono. ſuo. ex l. Iulia de vi priuata. h. d.
2 ¶ Not. † primo, ꝙ pęna illius legis interdũ eſt ẽt capitalis, vt ſi cum violentia contingat homicidiũ, vt l. qm̃ multa facinora. C. de vi pub. & priu. ad l. Iuliã, & dr̃ uis fieri cũ † armis
3 q̃uis ẽt arma non extrahũtur. Nã ſufficit armis inferre terrorẽ, vt l. 3. ff. de vi & vi arm. §. qui armati, & ſi quis viſis armatis.
4 ¶ Notandum † ſecundo, ꝙ quãdo per ſtatuta terrarũ prohibetur vſus armorum, tunc etiam intelliguntur arma prohibita clericis. Nam cum ſtatuta ordinentur ad publicam vtilitatem, tunc clerici etiam debent ea ſeruare, vt nota in l. addictos. C. de epiſco. aud. & eſt bonus text. in c. ſi clericus, in authen. de pace tenẽn. colla. x. Pœna tamen

quæ

Digitized by Google

quæ infertur pro deportatione armorum non debet infligi clericis per iudices ſeculares, ſed per ſuos iudices eccleſiaſticos, ut in auth. habita. C. ne filius pro patre.

§. Sin autem per vim.

1 *Virginem rapiens vel viduam, vel aliam honeſtam mulierem & ad id opem punitur pœna capitis & nu. 2.*

1 Rapiens per † vim virginem, vel viduam vel ſanctimonialem, vel aliam honeſtam mulierem, & etiã dans ad hoc
2 opem punitur pœna capitis. h. d. ¶ Not. † quod hic tangitur pęna raptus, & habet illud ueritatem, et ſi mulier ſic uolẽs, ut no. l. unica. in uer. cæteros. C. de raptu. virg. Nec põt rapta nubere raptori ſecundum ius ciuile, d. l. vnica, ſed ſm eius can. non dr̃ raptus qñ mulier eſt uolẽs, & poteſt rapta nubere raptori, ut in c. cum cauſam & in c. accedens, extra de rapto. Et põt ẽt contingere raptus uiri, ita ſcilicet, quod mulier rapiat uirum, ut no. in d. l. unica. ſuper ver. ſponſam. ſed hoc non contingit frequenter.

§. Item lex Iulia peculatus.

1 *Pecuniam publicam vel rem ſacram, uel religioſam rapiens punitur lege Iulia peculatus & nu. 3.*

2 *Reſpublica, quę dicatur.*

4 *Sacrilegium vt committatur, quæ requirantur.*

1 Subtrahens † pecuniam publicã, uel rem ſacrã ſeu religioſam, punitur l. Iulia peculatus. Et ſi iudex tpe ſuæ adminiſtrationis publicam pecuniã ſubtraxerit, punitur pęna capitis, & non ſolum ipſe, ſed ẽt præbentes auxilium, & ſcien-
2 ter recipientes talem pecuniã. h. d. ¶ Notandum, † ꝙ reſpublica ꝓpriè dicitur eſſe ciuitatis Romanæ, ut l. reſpublica. C. ex qui. cau. ma. im ꝓpriè tñ aliarũ ciuitatum ẽt dr̃ reſpu-
3 blica, ut ff. de uer. ſig. l. eum qui uectigal. ¶ Notãdum, † ſecundo, quod abſtrahentes pecuniam reip. vel rem ſacram uel religioſam, puniuntur iſta l. pœna deportationis. Sed ſi ſint iudices qui ſubtrahant pecuniam puniuntur pœna capitis. cum illis, qui præbent auxilium eis. Iſta, ſcilicet etiam puniuntur, qui miſcent ferrum uel cuprũ cũ auro, vel argento publico, vt l. 1. ff. eo. Similiter puniuntur iſta l. q ſcripturam

delen

pelente vel deſtruunt ſeu corrumpunt, ut l. qui tabulam. ff.
4 eo. ¶ Not. † finaliter, q̧ ſubtrahens rem ſacram, facit ſacrilegium, & ad hoc requiritur, quod res ſit ſacra, & q̧ ſubtrahatur a loco ſacro. ut no. in l diui. ff. eo. & hoc eſt uerum iure ciuili, ſed iure canonico committitur ſac i'egium, ſiue ſubtrahatur ſacrum de ſacro, ſiue ſacrum de non ſacro, ut in c. quiſquis. 17. q. 4. & eſt pulchra glo. de hoc in c. ſacrilegium ea cauſa & q.

§. Eſt & inter.

1 *Fauia lex de plag. computatur etiam inter publica iudicia.*
2 *Plagiarij qui a cantur.*
3 *Plagiarij qua pœna puniantur.*

1 Summatur hic, † Lex Fauia de plagiarijs etiam computatur inter publica iudicia, cui pœna interdum eſt pœna ca-
2 pitis, & interdum leuior. h. d. ¶ Notandum † primo, q̧ iſta l. Fauia de plagiarijs punit plagiarios. Sunt aũt plagiarij, q. ſubtrahunt filios a parentibus ut l. fi. C. ad l. Fauiam de plagiarijs, uel etiam qui ſubtrahunt ſeruos a dominis, vel viros ab uxorib ut l. 1. & l. quoniam. ff. eod. uel qui etiam ſubtrahunt liberum hominẽ inuitum, ut l. penul. ff. eod. & hoc
4 ſi fiat dolo, uel legis Fauia. ff. eod. ¶ Notandum † ſecundo, quod plagiarij interdum puniũtur pęna capitis, & interdũ leuiori pœna ut hic dicitur. Nam ſi ſint nobiles puniuntur pœna deportationis & publicationis bonorũ. Sint ignobiles & ingenui, puniuntur pęna capitis, ſi uero ſint ſerui uel liberti, tunc beſtijs ſubijciuntur, ut no. in l. fi. C. ad l. Fauiã de plagiaris. uide glo. fi. in l. fin. ff. eo. & ita plus puniuntur ignobiles, quam nobiles.

§. Sunt præterea.

1 *Lex Iulia de ambitu quos puniat. & nu. 2. 3. 4.*
5 *Lex Iulia repetund. quando habeat locum.*
6 *Lex Iulia de annona, quando habeat.*
7 *Lex Iulia de reſiduis, quando locum habeat.*

Summatur ſic. l. Iulia de ambitu, & l. Iulia repetundarum, & l. Iulia annona, & etiam l. Iulia de reſiduis, computantur inter publica iudicia, & non inferunt animæ amiſſionem.

nem, ſed aliter puniuntur tranſgreſſores illarum legum. h.
1 d. & patet intell. tex. ¶ Not.† primo, φ l. Iulia de ambitu puniteos, qui inordinariè & indebitè deſiderant, uel impetrant honoris & dignitates & hoc contingit in quatuor caſibus. Primus eſt, ſi clam aliquid dederint & non in ciuitate Romana, quia ibi non committitur crimen ambitus ex quo princeps, ſ. Papa uel Imperator diſtribuit ibi officia, ut C. ad l. Iuliam de ambitu l. vnica. & ita non pſumitur ibi fieri ſimonia, maxima a Papa, ſecus de adſtātibus, & dicit clam, quia aliud eſt ſi fiat palam, ut ff de pollicitationibus. l. 1. §.
2 1. Secundus† caſus eſt. ſi qs permaneat in magſtatu duob. an
3 nis, ut C. e. l. 1. Tertius caſus eſt, ſi quis ingrediatur† domum iudicis q habet cognoſcere de cauſa criminali, ut ff. eo. l. 1.
4 Quartus† caſus eſt, ſi iudex imponat nouū vectigal, ut d. l. 1. & pęna huius criminis eſt cētum aureorū, ut ff. eo. l. 1. Et ſi quis iurauit ſe nihil dediſſe, & poſt iuramentū conuincatur aliquid dediſſe, punitur in quadruplo, ut l. ſancimus. C. ad l. Iuliam repetundarum. Et interdū pęna iſtius legis eſt deportatio, ut ſi quis officium bis cōtinuo acceperit, ut C. eo. l. 1. Fallit hoc in aſſeſſore, ut l. liceat. C. de aſſeſſoribus, & in pro conſule. C. de offic. proconſul. l. ante penult. Si tamē aliquis deſideraret officium, ut poſſet prodeſſe pauperib. non eſſet puniendus, ut C. de offi. rectoris prouinciæ l. 2. & hoc modo poteſt intelligi canon. qui dicit; Qui epiſcopatum
5 deſiderat, bonum opus deſiderat. 8. q. ¶ Notandum† ſecundo, φ lex Iulia repetundarum habet locum quando iudex aliquid recipit, ut aliter iudicet quā debeat, aut aliquid faciat, aut non faciat, ut l. 1. ff. ad legem Iuliam repetundarū & punitur in quadruplo, faciens contra hanc legem, ut l. ſancimus. C. ad legem Iuliam repetundarum. Et pœna mediatim applicatur lęſo, & mediatim fiſco, ut in glo. in l. 1. C. ad le. Iuliam repetundarum. Niſi etiam læſus commiſſerit turpitudinem, quia tunc tota pęna applicatur fiſco, ut l. Lucius. ff. de iure fiſc. punitur etiam criminaliter extraordinarie, ut in l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iuliam repetūdarum.
6 ¶ Notandum † tertio, quòd lex Iulia de annona habet locum quando quis facit, quod annonæ carius uenduntur & ideo

Digitized by Google

ideo qui emunt blada,ut in eodem loco carius uendant,faciunt contra hanc legem, ut l.2. ad legem Iuliam de anno & puniuntur in 20.aureis eadem lege.puniuntur etiam criminaliter extra ordinarie,ut l.an nonam.ff.de extraordina. crimi.& poteſt ſeruus in hoc crimine dominum ſuum accu
7 ſare,vt l.1.ff.eod. ¶Notandum† quarto,quòd lex Iulia de reſiduis locum habet quando ex adminiſtratione aliqua ſuperfluunt,quæ deputantur ad publicum uſum,& recipiens ea conuertit in vſum proprium,ut l.3.§.lege.ff.ad legem Iuliam pecu.& punitur,ut reſtituat ſimplum & tertiam partem eius,quod recepit,ut l.2.& 4.§.ſed & qui pecuniam.ff. ad l.Iuliam pecula.

§.Sed & pupilli.

1 *Iudicia publica,fuſius amplius tractantur in lib fforum & nu 2.*

1 Quæ hic dicta † ſunt de publicis iudicis, & per diligendium latius hæc inueniuntur in libris Digeſtorum, ex quibus diuino auxilio latior ſcientia aduentura. Hoc dicit.
2 ¶Notandum† primo, quòd ea quæ dicta ſunt hic de publicis iudicijs monſtrata ſunt quaſi cum ſummo digito, quo altius tangitur. Et ſi quis velit latius de iſtis perquirere,uidebit libros Digeſtorum in iſta materia. Nam iſta poſita ſunt, vt noui ſtudentes efficiantur auidiores ad videndum alios libros,ſicut ſub gallina dimittitur unum ouum ut alia faciat ſecundum gloſſam hic.

LIBRI QVARTI ET VLTIMI.

FINIS.

Sequitur de arbore actionum.

ARBOR

Digitized by Google

ARBOR ACTIONVM

OMNIVM TAM PRÆTORIARVM quam ciuilium, & incipit a Prætorijs, tanquam a maiori parte, per Excellentiſſimum Vtriuſque Iuris Profeſſorem Dominum Nicaſium de Voerda Machliinienſem, &c.

ET PRIMO.

DE DVODECIMVM DIVISIONIBVS ACTIONVM.

ARGVMENTVM.

Author, Actiones omnes, quas ſuperius miſtim attigerat, hic numero recenſet, ex eiſque membratim & gradatim vnum corpus conſtat, corporis deinde membra excutit & cuiuslibet rationē & vſum in ciuilibus forenſibuſq; cauſis ſcitè & expeditè colligit. Summarijs autem hic nos eo percipimus, ne quid, παρὰ μέλος, & (vt aiunt) τὸ πραχθὲν πράττειν videremur.

A *Prima Diuiſio.*

A ACTIONVM omnium aliæ ſunt prætoriæ honorariæ, ſub quibus continetur etiam ædilitiæ, l. ſtipulationum. la 2. §. prætorię. ff de uerbo. obligatio. aliæ ſunt ciuiles. Hęc diuiſio fit a lege, ff. de actionib. & oblig. l. actionum. §. fi. inſtitu. de acti. §. ſed iſtę.

B *Secunda Diuiſio.*

Actionum omnium alię in rem, aliæ in perſona ... alię miſtę ... Hęc duo prima membra ſunt ex lege prędicta. ff. & Inſti. de actionib. §. 1. tertium membrum eſt Inſtit. de actionib. §. quędam actiones miſtam, &c.

C *Tertia Diuiſio.*

Actionum omnium alię ſunt rei perſecutorię, alię pœnę ... alię tam rei, quam pœnę ... Hęc diuiſio fit ex eo, quod legitur Inſtitu. de actionib. §. ſeq.

D *Quarta Diuiſio.*

Actionum omnium aliæ ſunt in ſimplum, aliæ in duplum ... aliæ in triplum ... aliæ in quadruplum ... Hæc di-

Digitized by Google

uiſio eſt ex eo, quod legitur inſtit. de actio. §. omnes autem.

B *Quinta Diuiſio.*

Actionum omniū aliæ ſunt bonæ fidei, aliæ ſtricti iuris. Hæc fit inſtit. de actionibus. §. actionum.

F *Sexta Diuiſio.*

Actionum omnium aliæ ſunt perpetuæ, alię temporales. Hæc fuit extracta inſtit. de perp. & temp. actio. ex rubrica.

G *Septima Diuiſio.*

Actionum omnium aliæ ſunt in hæredes trāſitoriæ, aliæ non.. Hæc fit ex eo, quod inuenitur inſtit. de perpe. temporali. actionib. §. non autem omnes.

H *Octaua Diuiſio.*

Actionum oīum aliæ infamat, aliæ non.. Hæc fit ex eo, ꝙ inuenit quædā actiones infamare, quædā non, ut inſtit. de pœna teme. litig. §. ex quibuſdā. & §. de act. oblig. l. ceſſat.

I *Nona Diuiſio.*

Actionum omnium aliæ ſunt directæ, aliæ utiles. de quibus. uide glo. in d. l. antepenul. in uerbo, actio. Hæc fit ex eo quod eſt. ff. de neg. geſt. l. antepenul. & inſtit. de l. Aquilia. §. penul. & ulti Nam ibi dicitur. ff. de neg. geſt. utilis, & directa. Directa datur ex uerbis, & mente ipſius legis Vtilis, ex mente tantum, ut l. 1. in gl. in uerbo, actio. in princ. ff. ſi quadru. pau. fec. & l. penul. eo. Item, eſt exemplum in l. emptor. C. de hæred. uend. gl. in l. curatoris. C. de neg. geſt.

K *Decima Diuiſio.*

Actionum omnium aliæ dicuntur directæ, & aliæ contrariæ, & hoc fit ex eo, quòd lex uocat quaſdam actiones directas, quaſdam contrarias, ut inſtit. de pœna temere litigan. §. ex quibuſdam. & ff. de his, qui notan. infa. l. furti. §. fi. gl. in l. curatoris. C. de neg. geſt.

L *Vndecima Diuiſio.*

Actionum omnium aliæ ſunt vniuerſales, aliæ ſingulares, quædam generales. Et hoc fit eo, quod legitur. ff. de rei vendic. l. 1. pro ſocio. l. pro ſocio.

M *Duodecima Diuiſio.*

Actionum omnium aliæ ſunt ſimplices aliæ duplices, & hoc fit ex eo, quod legitur inſti. de interd. & c tertia diuiſio,

& §.

Digitized by Google

& §.ſeq.& ff.de interdic.l.2.in princ.

Actionum omnium aliæ ſunt natiuæ,& aliæ ſunt datiuę, ut ff.de actio.& oblig.l.quotiens.

Actionum omnium aliæ ſunt perſecutoriæ ſolidi, aliæ non,ut inſtit.de actio.§. ſunt præterea. & §. fin.

Actionum omnium aliæ ſunt ex contractu,aliæ ex teſtamento,aliæ uerò ſunt in factum.

Actionum omnium aliæ ſunt arbitrariæ,aliæ non,ut colligitur inſtit.de actio.§ præterea quaſdam.

Has tres, imo quatuor, non multum laudo, licet a lege trahantur,ut in d.l.quotiens,& in iuribus ſupradictis.

Ordo literarum ſignificat ordinem diuiſionum actionis, quæ ſunt duodecim,& ita ſunt duodecim literæ,ſuper qualibet actione.Et numerus punctorum ſignificat membra diuiſionum, vt unum punctum ſignificet primum mẽbrum, duo puncta ſecundum membrum,& ſic de alijs. Pro gl. eſt talis regula,ꝙ ordo literarum ſignificat ordinem gloſarum in qualibet linea,ut A ſignificat primam eſſe gl. & B ſecundam, & C tertiam in eadem linea, & ſic conſequenter. Et litera ſignificans ordinem gloſæ,ſemper debet poni ſuper vna duodecim literarum poſitarum, ſuper qualibet actione,& ita debet referri illa gl. ad illam diuiſionem, quæ ſignificatur per literam,ſuper qua ponitur.

ARGVMENTVM.

Actionum notitia,ad libelli formationem impenſè confert. Et *quorſum actionũ arbor effingatur.* Et *arboris duplicis diſcrimen.* Et *duodecim membrorum actionum ſupra enumeratarum,breuis exigiſis. Quæ patent per diſcurſum omnia.*

CIrca arborem actionum notandum primo,quod licet non oporteat hodie nomina actionum exprimere, in libellis,ſed ſolum cauſam facti, & modum agendi, ut l. ut fundus. ff. communi diuidundo. & l. fina. C. de fideicommiſſar. liberta quod etiam uerum eſt de iure canonico, ut in cap. licet Heli. extra de ſimonia. vtile tamen eſt valde naturas actionum cognoſcere, ad debitè formandum libellum, in quo poni debet debitus modus agendi, & apta concluſio, quod fieri non poteſt, niſi cognoſcatur natura

alia ſimplex, alia duplex Inſti. de interdi. §. tertia diuiſio. Et de iſtis diuiſionibus ſolũ fit mentio in arbore. quis poſ ſent plures diuiſiones actionũ dari. Nã actionũ q̃dã naſcun tur ex contractu, uel quaſi, & q̃dã ex maleficio, vel quaſi, & q̃dã ex uarijs figuris cauſarũ. Sed Io. nõ fecit de iſta diuiſio ne mentionẽ, q̃a potius ſunt originis actionũ, ꝙ diuiſio. Eſt ẽt alia diuiſio, uidelicet ꝙ actionũ, q̃dã ſunt naturæ, & q̃dã datiuę, ut ff. de act. & obli. l. quoties. Alia diuiſio eſt, ꝙ actio nũ quędã sũt arbitrarię, & quædã nõ. Inſt. de actio. §. præte rea quaſdã. Eſt & alia diuiſio uidelicet, quod actionũ quæ dam ſunt perſecutoriæ in ſolidum, & quædam non. Inſt de actionib. §. ſunt præterea. Sed omiſſis omnibus iſtis diuiſio nibus, de duodecim prædictis ſolum fit mentio in arbore.

¶ Notandum quarto, ꝙ iſtæ duodecim diuiſiones ſignificã tur in arbore ꝑ 12. literas alphabeti. ſ. ABC, vſq. ad M. inclu ſiuè. Et mẽbra diuiſionum ſignificant per puncta, q̃ ponũt in illis literis, videlicet, ſi i litera A reperiatur vnus pũctus ſignificatur, ꝙ talis actio eſt prætoria. Sed ſi in litera A re- periantur duo puncta, ſignificat, quod illa actio eſt ciuilis. Similiter ſi in litera B reperiatur unus pũctus, ſignificatur, quòd illa actio eſt in rem. Sed ſi in litera B reperiantur duo puncta, ſignificatur, ꝙ eſt in perſonam, & ſi tria pũcta repe riantur, ſignificatur, ꝙ eſt mixta. Sic etiam, ſi in litera C re- perietur unus punctus, ſignificatur, ꝙ actio eſt rei perſecu- toria ſi duo puncta reperiantur, tunc ſignificatur, ꝙ eſt pœ nalis, ſi tria reperiantur puncta, ſignificatur, ꝙ eſt mixta. Ita & in litera D unus pũctus ſignificãs actionẽ in ſimplũ, duo in duplum, & tres in triplum, quatuor in quadruplũ, & ſic cõſequentes dicendũ eſt de alijs literis, uſq. ad M incluſiue.

¶ Notandum quinto, ꝙ in arbore actionum ſunt viginti li- neæ ſeu ordines, quarum quælibet habet nouem loca. Et ex his 14. lineæ priores continent actiones prætoria, reliquæ autem ſex continent actione ciuiles.

¶ Not. ſexto, quod in linea, figura quadrangularis continet act one. Sed in ſpacio ſuo elemẽto ꝓfixo & ſignato. nõ con tinet actio, ſed rubricelia ſeu rubrica, ex qua ꝓcedũt actio nes. Et ergo ſcriptura in illis ſpacijs eſt de rubeo colore.

DE ACTIONIBVS PRÆTORIIS.

ARGVMENTVM.

Actionum pretoriarum, ciuiliumq́; ſedes in arbore, euentus, & vſus. Omnes vero diſtincta ſuis locis, & numeris, quorum ultimus ſupremuſq́; eſt 169.

1 Pro declaratione ergo, & intellectu actionum in arbore poſitarũ, ſciendum, ꝙ prima actio eſt Publiciana, ſic dicta a Publico, vt dictũ eſt, Inſtit. de actionib. in. §. ſed iſtæ quidẽ. in fi. Et dat̃ iſta actio habẽti quaſi dñiũ, videlicet ei, qui habet rẽ a non dño ex iuſta cã, ꝑ q̃ transferetur dñiũ, vt ex emptione, vel donatione, vel ſimilibus, & bonafide ſi cadat a poſſeſſione huius rei, vt in. l. i. ff. de pub. Et ergo nõ datur Pub. ei, qui habuit rẽ conductã, vel cõmodatã, licet res, ſit ab eo remota, quia talis nõ habet dñiũ, neq; quaſi dñium. Et dat̃ iſta actio contra poſſidentẽ, ſeu detinentẽ talẽ rem, vel cõtra eũ q̃ dolo fecit, quo minus poſſidet vel detinet, ſicut ẽt dicimus in directa rei vendicatione, vt ff. de rei vẽd. l. officiũ. Et datur iſta actio ꝑ rebus mobilib. & immobilib. corpo. & incor. ut no. in. l ſi ego. §. item Iulianus. ff. de quib.

2 In ſecundo loco primæ lineæ ponitur vtilis actio in rem reſciſſoria. Et datur ei, cuius actio ciuilis per vſucapionem vel ꝑſcriptionem extincta eſt, & datur pręſenti cõtra abſẽtem, ex quẽcunq; cauſa fuerit abſens, ſed non datur abſenti contra pręſentem, niſi fuerit abſens ex cauſa neceſſaria, uidelicet cauſa reipublicę, ut tã quàm ambaſiator uel legatus, uel ex cauſa probabili, vt cauſa ſtudij, vt not in l. fi. per Cy. C. ex quib. cau. maio. Et iſta actio non ſolũ datur maioribus. 25. annis, ſed ẽt minoribus, ut ff. ex quib. cauſ. maio. l. 1. §. interdum. Nec obſtat. l. fi. C. in quib cau. reſti. in integrum non eſt neceſſa. vbi dicitur, ꝙ cõtra minores nõ currit præſcriptio vel vſucapio, quia hoc intelligẽdum eſt, niſi alienatio facta ſit per minorem cum ſolennitate iuris, quia ſic bene currit præſcriptio cõtra eum, & ſi ſit lęſus in re alienata, reſtituitur ad rem. ſi vero lęſus ſit in pretio reſtituitur ad iuſtum pretium, vt in l. ſi quidem. ff de prędijs

mino-

Digitized by Google

mino. Et datur iſta actio contra eũ, qui per læſionẽ eius, qui in integrũ reſtitutus eſt rẽ acquiſiuit, ut no. in §. rurſus. inſtitu de actio. Et datur iſta actio poſtq̃ declaratum eſt fieri reſtitutionẽ in integrum. Nam in iſto caſu duplex eſt iudicium, ſcilicet reſcindens, & reſciſſoriũ. Iudicium reſcindens petitur ex officio iudicis, vt ſcilicet fiat reſtitutio i integrũ, ut ff. ex qui. cau maio. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. Facta aũt reſtitutione in integrum locum habet iſta actio. Et dicitur iudicium reſciſſorium, quo ſcilicet petitur res tradi, vt ff. de minori. l. quod ſi minor. §. reſtitutio.

3 In tertio loco primæ lineę ponitur actio Seruiana. Et datur ei, qui locauit prędium ruſticum vel urbanũ, pro mercede uel penſione ſua, ſeu pro deterioratione ipſius prædij facta per conductorẽ vt inſt. de actio. §. itẽ Seruiana. Et datur contra conductorem, vel quemcunq; alium poſſidentẽ, vel detinentem res inuectas in huiſmodi prædium, vt in d. §. item Seruiana. Quòd autem pro rebus inuectis in prædium, verum eſt tam de rebus coloni, quàm inquilini. Differenter tamen, quia non datur iſta actio pro rebus coloni, niſi dominis ſciuerit eas eſſe inuectas. Sed pro rebus inquilini datur iſta actio ſiue dominus ſciuerit, ſiue ignorauerit eas eſſe inuectas, vt C loca. l. certis iuris.

4 In quarto loco primæ lineæ ponitur actio quaſi Seruiana, quæ datur creditori habenti obligationem tacitam vel expreſſam bonorum, debitoris ſui, vt inſtitut. de actio. §. item Seruiana. Et datur contra poſſeſſorẽ ſeu detentorem illorum bonorum, ſiue ſit ipſe debitor, ſiue alius tertius, vt notatur vt l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno. Et datur pro rebus ſic obligatis mobilibus, & immobilibus, vt not. per Bal. C. de reuocan. his, quæ in fraudem credito. aliena. ſunt. l. 1. Et ꝑ hoc differt iſta actio præcedẽti proxima, q̃a illa tantum datur pro rebus mobilibus. Et qñ iſta actio datur cõtra tertiũ, tunc neceſſe eſt, ꝙ excuſſio facta ſit cõtra debitorem. Alioquin actor excluderetur ab agendo per exceptionem non factæ excuſſionis, vt Auth. hoc ſi debitor. C. de pig. Hoc tamẽ fallit in pignore prætorio: quia ibi nõ requiritur excuſſio. Fallit etiã, ſi debitor rem alienauit lite

Digitized by Google

aut pro poſſeſſore poſſident,ut l. 1.& 2. ff. de poſſeſſ. hęred. petitio. Et datur ad hoc principaliter,ut quis pronuncietur bonorum poſſeſſor, & ut ex cõſequenti reſtituatur ſibi res exiſtentes in hæreditate,not. per Bart. in l. 1. ff. de edendo.

8 In octauo loco primæ lineæ ponitur actio fideicõmiſſaria hęreditatis petitio. Et datur ei,cui hæreditas in toto uel in parte ex fideicõmiſſo reſtituta eſt,ut inſti. de fideicõmiſſa hęred. §. reſtituta. Et datur contra poſſidentem,uel detinentem huiuſmodi res hæreditarias,ut in l. 1. ff. de fideicom miſſa hæreditatis petitione. Et datur principaliter ut quis ꝓnuntietur fideicõmiſſarius,& ex conſequenti,ut reſtituantur res in hæreditate exiſtẽtes,ut vult Bar. in l. 1 ff. de eden.

9 In nono loco ponitur ſpacium A præfixo,in quo ſcribendũ foret cũ rubeo colore, actiones in rẽ præiudiciales ſunt prætoriæ,prꝗ in caſu,ut inſt. de act. §. præiudiciales.

¶ Sequũtur actiones ꝑtoriales ſecũdæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in rẽ pꝛæiudicialis de libertinitate. Et datur iſta actio ei,ꝗ dicit aliquẽ eſſe libertũ ſuũ. Et datur contra eũ, ꝗ hoc negat. Et datur ad hoc pronunciet libertus principaliter,& ex cõſequenti, ut faciat oĩa,quæ tenetur libertus facere patrono ſuo. Similiter põt econtra ipſe,qui dicitur libertus, agere contra eum, qui dicit ſe eſſe patronum, & iſte negat. ut notatur in præiudiciales inſtit. de actionibus.

10 In ſecundo loco ponitur actio in rem præiudicialis de partu agnoſcendo. Et datur iſta actio ei, qui dicit aliquem eſſe filium ſuum,ſiue naturalem,& legitimum,ſiue naturalem tm̃,ſiue legitimum tm̃,& datur contra eum, qui negat ſe eſſe filium. Et datur ad hoc principaliter,ut pronũcietur filius,& per conſequens faciat omnia, quæ filius tenetur facere patri ſuo, & econtra poteſt filius agere contra eũ, qui poſſidet ipſum tanquam pater,ut not. in d. § præiudiciales. Et non requiritur in iſta actione patria pt̃as,& ideo mater, & aſcendẽtes per matrem habet iſtam actionem. Secus eſt in rei vend. quia ſi pater debet vendicare filiũ ſuum, requiritur quod ſit i ſua pt̃ate, nã ſi filius detinet̃ ab aliquo poteſt pater eum vẽdicare, cum adiunctione de iure Quiritũ, ut ff. de rei vend. l. 1. §. per hanc. Et ita per Abbas vendicare

monachum

monachū ſuū, cum adiectone de iure canonico, & ciuitas ciuē ſuū. Et ita ſimiliter epiſcopus clericū ſuū, de iure conſuetudinario, ſeu de iure ſtatutario, vt no. doc. in dicto §. p hãc. Et pñt iſti ēt agere hac actione præiudiciali in rem, qñ ſcilicet non detinentur, vt ſi monachus a nullo detineatur, agit Abbas hac actione, vt pronūtietur monachus ſuus, & per conſequens faciat omnia, ad quæ tenetur monachus.

In tertio loco ponitur ſpacium B præfixo, in quo ſcribitur velut rubeo, actiones, quæ ſequūtur, ſunt reuocatoriæ, vel ſecundo aliquos dicuntur interdicta reuocatoria.

11 In quarto loco ponitur actio Pauliana. Et datur creditori, qui habet obligata bona debitoris & debitor in fraudē alienauit illa bona. Et datur contra eos, qui poſſidēt huiuſmodi bona. Et datur ad hoc, vt creditor mittatur in bonorū poſſeſſionē, ac ſi debitor illa bona adhuc poſſideret. Et datur iſta actio p rebus mobilibus & immobilibus, corporalibus tñ, vt inſti. de actio §. itē ſi quis in fraudem. Et ſi debitori alienauit bona ex tit. lucratiuo, tunc ſufficit fraus ex parte debitoris tantū. Si verò ex ti. oneroſo. tunc requiritur fraus ex parte debitoris, & ēt ex parte contrahentis, vt in l. penult. C. de reuocan his, quæ in frau. credit. alienaſunt. Deprehēditur autem fraus debitoris, ex eo, q omnia bona ſua vel maiorem partē bonorum ſuorum alienauit, vt l. omnes. §. Lucius. ff. de his, qui in frau. credi. Et locū habet illa actio, quando debitor ſciuit ſe habere creditores, quæ ſcientia ſemper pręſumitur niſi probetur contrarium, cum conſiſtat in facto ſuo, vt l. quanquam. ff. ad Velleian.

12 In quinto loco ponitur act. Fauiana. quæ datur patrono, quando libertus alienauit bona ſua in fraudem ipſius legitimæ debitæ patruo. Et datur contra eum, in quem talia bona trāslata ſunt, & datur ad repetendum talia bona vſque ad complementum talis legitimæ: Quæ autem ſit illa legitima, habetur in § ſed noſtra, inſti. de ſucceſ. libertino & de illa actione habetur in l. 1. §. 1. ff. ſi quid in frau. patro.

13 In ſexto loco ponitur actio Caluiſiana, & datur creditori vel patrono, quando in eorū fraudem debitor vel libertus bona alienauit. Nec obſtat, q pro illis dãtur actio Pauliana

liana, & Fauiana, quia intereſt noſtra habere plures actiones, vt ff. de legatis 2. l. cum filius. §. varijs. & inſti. de actionibus. §. ſic itaque, vbi hoc notatur per gl. in verb. odio.

14 In ſeptimo loco ponitur actio in factum reuocatoria, q̃ datur creditori vel patrono, quando debitor vel libertus alienauit bona in fraudem. Et datur contra poſſidentes talia bona, & datur pro rebus incorporalibus, & in hoc differt ab actionibus p̃cedẽtibus, quæ dant̃ ꝓ rebus corporalibus, vel l. hac in factũ actione. ff. de his, q̃ in fraudẽ cred.

In Octauo loco ponitur ſpacium C p̃fixo, in quo ſcribit̃ velut rubeo colore, hæ tres quæ ſequuntur, ſunt ædilitiæ.

15 In nono loco ponitur actio redhibitoria, q̃ dat̃ emptori, qñ emit rem habentẽ tale uitiũ, qđ ſi emptor ſciuiſſet, non emiſſet Et datur cõtra venditorẽ, vt accipiat rẽ uenditã, & reſtituat emptori p̃tiũ, ut l. redhibitoria. ff. de ædil. edic. & datur iſta actio ad 6. menſes vtiles, vt l. ſciendũ. §. tẽpus. ff. de ędil. edic. Si ãt, aliquis emit rem cũ pacto, ꝙ ſi non placeret ſibi, poſſet illã rẽ redhibere, tunc emp. dẽt declarare volũtatẽ ſuã inf. 40. dies, q̃a poſt illud tp̃s cogit̃ rẽ retinere, niſi ſi aliud fuerit expreſſum ĩ pacto, vt l. ꝙ ſi nolit. ff. de æd. edi.

16 Sequuntur actiones prætoriales tertiæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio quanto minoris, & datur iſta actio emptori, quãdo emit rem habentem latens uitium, quod ſi ſciuiſſet, nihilominus emiſſet, ſed non dediſſet tantum pretiũ. Et datur ad hoc, vt venditor reſtituat tãtum de pretio quãto minus res fuiſſet vẽdita, ſi vitium fuiſſet notũ. Et durat iſta actio per annum vtilem, ut ff. de ædil. edic. l. ſciendũ. §. tempus. Et quanuis aliquid Doctores dicãt, ꝙ ſit una actio quãto minoris emptor rẽ emiſſet nõ attẽto cõmuni ualore, quã quidem actionem dicunt eſſe ciuilem, iuxta gl. in. l. Iulianus. ff. de actio. emp. & vendi. tamen quia hoc parum feruit ſtudentibus, de illa differentia ſuperſedeo.

17 In ſecũdo loco actio in factũ ædilitia uel redhibitoria. Et dãtur iſta actio emptori, qñ ext. iudiciũ reſtituit uẽditori rẽ emptã, ſed uẽditor pænitẽs rẽ recepiſſe, uult emptori rẽ reſtituere, & dat̃ cõtra uẽditorẽ ad hoc, ut ipſe emptori reſtituat p̃tiũ, ut l. qđ ſi nolit. §. in factum. ff. de ædil. edic.

In

In tertio loco ponitur ſpatiũ pręfixo D in quo ſcribitur uelut rubeo colore, hæ adiectonis ſunt ṗtoriæ, q̃ ſunt ſex.

18 In quarto loco ponitur actio exercitoria. Et datur ei ꝑ cõtraxit cum exercitore, id eſt, cum præpoſito nauis, ſiue ſit filius, ſiue ſeruus ſiue alius homo liber, q̃ propoſitus eſt ex cõtractu, uel quaſi cũ eo facto ex eã; circa quã præpoſitus eſt. Et datur contra magiſtrum nauis, ad hoc, q̧ ipſe ſatis faciat huiuſmodi cõtrahẽti, ut ff. de exerc. act. l. 1. §. magiſtrũ.

19 In quinto loco ponĩt actio inſtitoria, quæ datur ei, qui contraxit cum eo, qui præpoſitus eſt tabernæ, uel alteri negotiationi. Et datur cõtra magiſtrum, qui eum præpoſuit, ad hoc, ut ſatisfaciat contrahenti ea huiuſmodi contractu uel quaſi, ut inſtit. quod cum eo. §. eadem ratione.

20 In ſexto loco ponĩt actio tributoria. Et datĩ ei, qui cõtraxit cũ filio uel ſeruo habẽte peculiũ, ſciẽte dño, uel patre, & prohibere ualente, ſed non prohibẽte. Et datĩ contra dominum, uel patrẽ, ad hoc, ut ſatisfiat de peculio, & non ꝑt dominus, uel pater abſtrahere, quod ſibi uel ſuis debetur, ſed computatur in eadem portione, cũ reliquis creditoribus. Et de iſta act. habetur inſti. quod cum eo. §. introduxit.

21 In ſeptimo loco ponitur actio quod iuſſu. Et datur ei, q̃ contraxit cum filio, vel ſeruo ex iuſſu patris vel domini. Et datur contra patrem vel dominũ, vt ſatisfaciat ex eo contractu, uel quaſi ipſi creditori, ut ff. quod iuſſu. l. 1. §. ſi ratũ.

22 In octauo loco ponitur actio de in rem uerſa. Et datur ei qui contraxit cũ filio, uel ſeruo. Et datur contra patrẽ uel dominum, ſi res recepta uerſa ſit in utilitatem patris uel domini: ut. ſ. de ea re ſatisfaciat, ut inſt. qđ cum e. §. ṗterea.

23 In nono loco ponitur actio de peculio. Et datur ei, qui cõtraxit cum filio, uel cum ſeruo habente peculium. Et datur contra patrem uel dominum, non inſolidum, ſed ad tãtum, quantum eſt in peculio ra quo tamen abſtrahitur qđ debitum eſt patri, uel domino uel illis, qui in poteſtate ſua ſunt, ut inſtit. quod cũ eo. in. § cum autem quęritur, & in. §. actiones inſtit. de actio in textu, & in gloſ.

24 ¶ Sequuntur actiones prętoriæ quartæ lineæ, & in primo loco ponitur actio de conſtit. pecu. Et habet locum iſta

actio,

actio, qñ quis per nudum pactum conſtituit ſe ſoluturum creditori ſuo, uel alijs, id qđ creditori debitũ eſt ciuili, & naturali obligatione, vel naturali tm̃ Non aũt ſi ſit debitũ ciuili obligatione tm̃, ut ſi creditor cum debitore fecit pactum, de nõ petendo debitũ. Nã per tale pactũ ceſſat obligatio naturalis, ut l. Stichũ. §. naturalis. ff. de ſolutionibus. Et datur iſta actio creditori cõtra eum, qui ſe ſoluturũ conſtituit nudo pacto, ut ſibi ſatisfaciat. Et iſta habeť in l. 1. §. debitum. ff. de conſtituta pecunia. in textu, & gloſ.

25 In ſecundo loco ponitur actio de cõfeſſione, q̃ ex cauſa eſt, & uocatur interrogatoria, & non confeſſoria. Et habet locum iſta actio, qñ quis poſt litem conteſt. confitetur debitum petitum ab actore, ut in l. proinde §. 1. ff. ad l. Aquil. Et dicitur notanter poſt litem conteſt. quia ſi confiteretur antè, non haberet locum iſta actio, ut ff. de interrog. ac. l. 1. & dr̃ coram iudice, q̃a ſi confiteatur extra iudiciũ, bene habetur per hoc probatio debiti, ſed non datur iſta actio, ut l. Publiciana. § Lucius. ff. depo. Et datur iſta actio actori, cõtra reũ ſic cõfitentẽ ad hoc, ut ſoluat id, qđ ipſe cõfeſſus eſt.

26 In tertio loco ponitur actio iuratoria, qñ iuratur formiter, id eſt adiecta cauſa. Et habet locum iſta actio, quando delatum, & prȩſtitum eſt iuramentum ab una parte deferente parte aduerſa, & hoc cũ adiectione certȩ cauſȩ v. g. Titius iurat, ꝙ Meuius tenetur ſibi ex empto in 10. flo. quia emit ab eo librum, & hoc Meuio deferẽte Titio huiuſmodi iuramentum, quo caſu datur Titio iſta cõtra Meuium, ad hoc, ut ſatisfaciat ſibi de x. flo. ut in l. actori. C. de reb. cre. & iureiu. & in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiu.

27 In quarto loco ponitur actio negotiorum geſt. q̃ qñque utilis ex neceſſitate geritur, aut ex ſuſpicione neceſſitatis. Et pro intellectu iſtius actionis ſciendum eſt, ꝙ aliqua eſt actio negotiorum geſtorum directa, & dať ei cuius negotia geſta ſunt ſuo mandato, cõtra eum, qui negotia geſſit, ut reddat rationẽ, & reliqua inferat, de qua inſtit. de oblig. quȩ ex quaſi contr. naſ. §. 1 alia eſt cõtraria, q̃ datur geſtori contra eum, cuius negotia geſſit, q̃a de ſuo impẽdit, ut hoc ſibi reſtituať, de qua etiã in d. §. 1. iam all. Alia eſt negotio-

rum

Digitized by Google

rum geſtorum utilis directa, & eſt illa quæ datur ei, cuius negotia geſta ſunt,cõtra eum,qui negotia geſſit ex neceſſitate officij,q.ſ.fuit tutor vel curator furioſi uel ꝓdigi. Aliã eſt utilis vtiliter,q̃ econtra dat̃ geſtori ex neceſſitate officij cõtra eum,cuius negotia geſſit. Et de iſtis duob. vltimis habet̃ in l. curatoris. C. de neg.geſt. Additur aũt hic,aut ex ſuſpicione neceſſitatis,quia ſi poſſideo liberum hominẽ bon. fid. & ille gerit negotia mea,tunc illa negotia geruntur ex ſuſpicione neceſſitatis,q̃a ſuſpicat̃ ſe eſſe ſeruũ meũ,ut l. at q natura. §. ſi liberos. ff. de nego.geſt. Extraneus enim liber homo non neceſſitatur negotia mea gerere,ut in d.l. at qui.

28 In quinto loco ponitur actio pro tutelę directa. Et datur ei,cuius bona adminiſtrata ſunt per eum, qui ſe geſſit pro tutore,& non fuit tutor,& datur contra eum,qui ſic adminiſtrauit,ut reddat rationem,& reliqua inferat,ut ff. de eo, qui pro tutore ſe geſſit, per totum.

29 In ſexto loco ponitur actio pro tutelæ contraria. Et datur ei qui pro tutore ſe geſſit contra eum,cuius res adminiſtrauit,ſi impedit aliqua de ſuis, ut illa reſtituat,ut ff. eod. tit. iam alleg. per totum.

30 In ſeptimo loco ponitur actio depoſiti in quatuor caſib. videlicet,qñ q̃s depoſuit res ſuas cauſas tumultus, incẽdij ruinæ, aut naufr. Et datur iſta actio depoſitori cõtra depoſitarium,ut l. 1. ff. depoſiti. & datur in ſimplum. Creſcit tamẽ inficiando,quia ſi depoſitarius negauerit rẽ eſſe depoſitam apud eũ,dat̃ in duplũ,ut inſt. de actio. §. ſequẽs, uerſ. plane.

31 In octauo loco ponitur actio viæ reiectæ, & habet locũ iſta actio, quando aliquis reiecit viam publicã ad fundum vicini ſui ut ipſe ex uia publica fundum ſuum ampliaret. Et datur iſta actio ei,in cuius fundo uia reiecta eſt,cõtra eũ qui viam ſic reiecit. Et datur ad hoc, ut uia ponatur ad locum priſtinum,ut in l. ſi area. ff. de uia publi.

32 In nono loco ponitur actio, quod metus cauſa, & datur iſta actio ei qui per metum cadentẽ in conſtantẽ virũ,alienauit rem ſuã,iuxta l. metum. ff. quod me. cau. Et datur contra inferentem talem metum, vel contra poſſidentẽ talem rem. Et ita eſt actio perſonalis in rem ſcripta, ut l. ſi cum

exce-

exceptione. in prin. ff q͠ ne cau. & datur iſta actio i quadruplũ. i quo tñ cõtinet ipſa res ut inſti. de actio. §. quadrupli. Et differt iſta actio ab actione, q̃ poſita eſt in prima linea, & dr utilis in rẽ q̃ dat metũ paſſo, q͠a illa dat ad rẽ, & eſt realis: iſta aũt dat in perſonã, & eſt pſonalis, in rẽ tñ ſcriptã, ut no per Bar. in l. metum §. volenti. ff. quod metus cauſa.

33 ¶Sequuntur actiones prætoriæ quintæ lineæ, & in primo loco ponitur actio de dolo malo. Et datur iſta actio ei, qui per malum dolum deceptus eſt. Et datur contra decipientem adhoc, vt deceptus reſtituatur, & non ſit in damno, ut ff. C. de dolo malo per totum. Et requiritur, ut ſic talis dolus, qui cadit in conſtantem uirum. ſicut dictum eſt in præcedenti actione de metu. Alioquin plus attribueretur fatuitati ſeu ſimplicitati ipſius decepti, quam dolo, ut in c. cum dilectus. extra de his, quæ ui metusve cauſa fiunt. Et iſta actio non datur, niſi damnum fuerit ad minus duorum aureorum, ut in l. ſi oleum §. fi. ff de dolo.

34 In ſecondo loco ponitur actio furti manifeſti. Et datur ei, cuius intereſt furtum non fuiſſe factum, ut inſti. de obli. quæ ex malefic. naſc. § furti autem actio. Et datur contra furem ad quadruplum, ut inſtit. de actio. § quadrupli. In quo quadruplo non continetur ipſa res, quia pro re datur condictio furtiua, uel rei uen. ut inſti. de oblig. quæ ex maleficio naſcuntur. §. fi. Dicitur autem furtum manifeſtum, quãdo fur deprehẽditur cum re furtiua, aut acclamatur contra eum antè, quàm detulit rem furtiuam ad locum deſtinatũ, vt in §. manifeſtus inſti. de obli. quæ ex malefi. naſc.

35 In tertio loco ponit actio furti aduerſus nautas, caupones, & ſtabularios Et datur ei, q͠ poſuit res ſuas in naui, aut in caupona, aut ĩ ſtabulo, ſi res illæ furatæ ſint ab illis, quorum opera utitur q͠s in naui, uel in caupona, uel in ſtabulo. Et dat cõtra magiſtrũ nauis, cauponæ, uel ſtabuli, ut ſatis latè declarat inſt. de obli. quæ ex quaſi malefi. naſcuntur. §. item exercitor. Et datur iſta actio in duplum, ut ubi dicit.

36 In quarto loco ponitur actio ſerui corrupti Et datur iſta actio ei, cuius ſeruus corruptus eſt in animo, quia ſcilicet factus eſt ebrioſus aut contumax. Et datur contra eum, qui

ſeruum,

Digitized by Google

ſeruum ſic corrupit,& datur in duplum deteriorationis ipſius ſerui,ut l. 1. ff. de ſer. corru. & datur etiam iſta actio utilis patri contra eum, qui filium ſuum ſic corrupit, & tunc iuratur in litem, quia non datur illa in duplum, ex quo liberi hominis non eſt æſtimatio, ut l. liber homo ff. ad leg. Aquiliam. Datur etiam iſta actio utilis marito contra eum, qui corrupit uxorem ſuam,& de iſta actione utili pro filio, vel pro vxore, loquitur l. ut tm. §. 1. ff. de ſer. corr. Et dicitur notāter, ꝙ ſeruus ſit corruptus in animo, quia ſi eſſet læſus in corpore, tūc nō datur iſta actio, ſed datur actio l. Aquil.

37 In q̄nto loco ponit̄ actio vi bonorū raptorū. Et duo iſta actio ei, cuius bona rapta sūt,& dat̄ cōtra raptorē,& dat̄ in quadruplū, ī quo tn̄ cōtinet̄ ēt res rapta, ut Inſtitu. ui bon. rapt. §. quadruplū. Et dr̄ raptor, qui intendit rē auferre, ſiue aliquis reſiſtat, ſiue non, per violentiā, & hoc præſumitur, ſi ueniat cum armis, ut l. ſi quis ex domo ff. de furtis.

38 In ſexto loco ponitur actio iniuriarum, quæ non deſcendit ex l. Cornelia. Et datur iſta actio ei, qui paſſus eſt iniuriā per conuitiū, ut l. ſi non conuitij. C. de iniurijs. Et datur contra eum, qui fecit iniuriam ad tantum, quantum iniuriatus iurat ſe male perdidiſſe de bonis ſuis, quam pati talē iniuriam, uel male tantum dare,& non ſuſtinere talem iniuriam, ut l. iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur. Debet iudex poſt iuramentum arbitrio ſuo taxare in eo, quod iuratum eſt, ut § in ſumma. inſti. de iniurijs.

39 In ſeptimo loco ponit̄ actio ſubſidiaria l. Aquiliæ. Et datur ei cui datum eſt damnum de non corpore in non corpus. verbi gratia. Si habeo ſeruum poſitum in cōpedibus,& tu ſoluis illum ſeruum motus miſericordia,& ſeruus meus fugit, habeo iſtam actionem contra te, ut ſatisfacias mihi de ſeruo meo, ut Inſtit. ad l. Aquil. §. fi.

40 In octauo loco ponitur actiones in factum, quæ dantur loco, cuiuslibet interdicti, & primo, de mortuo inferēdo. Et datur iſta actio ei, qui prohibetur mortuum ſuū inferre in ſepulchrum ſuum,& datur contra prohibentem. Et datur, ut deſiſtat prohibere,& ut ſatisfaciat de intereſſe, ut ff. de ſepul. ædifican. & mortuo inferendo, per totum.

Digitized by Google

41 In nono loco ponitur actio de ſepulchro ædificando. Et datur ei, qui prohibetur ædificare ſepulchrum cõtra prohibẽtẽ, ut deſiſtat. Et datur etiã ad intereſſe, ut ſi ædificãs poſuit ibi calcẽ ſeu cęmenta, uel alia præparamẽta, & alia deſtructa ſunt per pluuiã, uel aliunde, tenetur prohibens talia ſoluere, ut ff. de ſepul. ædic. & mor. inferen. l. 1. §. ædificare.

42 ¶Sequunt̃ actiones p̃toriales ſextę lineæ. Et in primo loco ponit actio ĩ factũ, ne q̃d in loco ſacro fiat immittat̃ve. Et datur iſta actio cuilibet de populo contra eum, qui vult aliquid facere aut immittere loco ſacro, q̃d ibi fieri nõ debet, ut in eccleſia, uel in muris eccleſiæ. Et datur ad hoc ut deſiſtat hoc facere aut immittere, ut ff. ne q̃d in loco ſacro. in rubro & in nigro. p totum. Et eſt iſta actio prohibitoria.

43 In ſecundo loco ponitur actio in factum, ut quod factũ immiſſum ve eſt in loco ſacro, tollatur. Et datur iſta actio cuilibet de populo contra illum, qui hoc fecit ſeu immiſit in loco ſacro, ad hoc ut reſtituat locum ſacrum ad priſtinũ ſtatum, & remoueat hoc quod fecit uel immiſit, ut ff. ne q̃d in loco ſacro. per totum. Et eſt iſta actio reſtitutoria, ut ff. de interdic. l. 2. §. interdicta.

44 In tertio loco ponitur actio, ne quid fiat immittatur ve via publ. aut itinere publico, q̃d uia fiat deterior, & datur iſta actio cuilibet de populo contra illũ, qui vult aliquid facere aut immittere ĩ publica uia, ut deſiſtat. Et eſt iſta actio prohibitoria ut ff. ne q̃d in loco publico. l. 2. §. prætor ait.

45 In quarto loco ponit̃ actio in factũ, ut q̃d factũ immiſſum ve eſt in via publica, aut itinere publico, tollat̃. Et dat̃ illa actio cuilibet de populo, contra eum, qui hoc fecit ſeu ĩmiſit, ad hoc ut remoueat̃. Et ẽ iſta act. reſti. ut d. §. p̃tor ait.

46 In quinto loco ponitur actio in factum, ne quid fiat in loco publico. Et datur iſta actio cuilibet de populo, contra facientẽ aliquid in publico loco, ad hoc ut deſiſtat. Et iſtud uerum eſt quando locus publicus nõ eſt uia neque iter, ut ff. ne quid in loco publico. l. 1. & eſt iſta actio æqualiter prohibitoria & reſtitutoria.

47 In ſexto ponitur actio in factũ, ne q̃d fiat immittatur uel in flumine, publico ripa ve eius, quo ſtatio uel nauigatio

Digitized by Google

peior fiat. Et datur iſta actio cuilibet de populo contra eũ, qui vult aliquid facere uel immittere in flumine, uel in ripa fluminis, quod impedit nauigationem vel ſtationem nauium, ad hoc ut deſiſtat. ff. de fluminib. in rubr.

48 In ſeptimo loco ponitur actio in factum, ut quod factũ immiſſumve eſt in flumine publico ripave eius, tollatur. Et datur cuilibet de populo contra eum, qui hoc fecit uel immiſit, ut remoueatur ut ff. de fluminib. in rubric. Et eſt iſta actio reſtitutoria, & præcedens prohibitoria.

49 In octauo loco ponitur actio in factũ, ut liceat uti & frui loco publico ei, qui conduxit, & ſocio eius. Et datur iſta actio, ei qui cõduxit locum publicum, uel aliam rem reipublicæ, ut vectigal, uel tributum, ad modicum temporis, contra impedientẽ eum, ut deſiſtat, ut ff. de loco publico fruẽ. l. 1. Et dicitur notanter, ad modicum temporis, quia ſi conduxit a d longum tempus, quod eſt ultra tempus decem annorum, ut ff. ſi ager vectiga. uel emphy. petatur. l. 1. §. in perpetuum: & ff. de ſuperfi. l. 1. §. quod ait, tunc ſi poſſideat, habet exceptionem. Si uero ceciderit a poſſeſſione cõductor, datur ſibi utilis rei uend. vt in iuribus præalleg.

50 In nono ponitur actio in factum, vt liceat reficere viam publicam, aut iter publicum. Et datur iſta actio illi, qui vult reficere viam publicam, vel iter contra impedientem eum ad hoc, ut deſiſtat, ut ff. de uia pub. l. 1.

51 ¶ Sequuntur actiones prætoriales ſeptimæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum, ut liceat iter agere uel per viã publicam, aut iter publicum. Et datur iſta actio ei, qui impeditur uel prohibetur ire ſeu agere per viam publicam, aut iter publicum. Et datur contra impedientem ſeu prohibẽtem, ut deſiſtat. Et ita eſt actio prohibitoria ſeu loco interdicti prohibitorij ut l. 1. ff. ſi. ne qui in loco pub.

52 In ſecundo loco ponitur actio in factum, ne quid in flumine publico ripave eius fiat aut immittatur, quo aqua aliter fluat, quam priori æſtate fluxerat. Et datur iſta actio cuilibet de populo contra talia facientem, uel facere volentẽ, ut deſiſtat, & ita eſt prohibitoria, ut ff. eo. tit. per totum.

53 In tertio loco ponitur actio in factum, ut ſi quid factum immiſ-

immiſſumve ſit in flumi. publico, ripare eius quo aqua ali ter fluat, quam priori æſtate fluxerat, remoueatur. Et datur ſimiliter cuilibet de populo cōtra eum, & ad id, ſicut actio præcedens, ſed iſta eſt reſtitutoria, ut ff. eo tit.

54 In quarto loco ponitur actio in factum, ut liceat reficere ripam publicam fluminis, ſeu munire Et datur iſta actio ei qui vult ripam reficere, ut non fiat dānum uicinis. Et datur contra prohibentem, ut deſiſtat. Verum tamen uolens reficere ripam publicam, cauere debet habentibus agros uicinos de damno infecto, uſque ad decem annos, ut in l. unica ff. de ripa munien.

55 In quinto loco ponitur actio in factū, ut liceat in flumine publico ſeu lacu uel ſtagno nauigare, & in ripa onerare, & exonerare. Et datur iſta actio cuilibet de populo contra prohibentem uel impedientem, ut deſiſtat, uel ſi quid fecerit, remoueat Et dicitur lacus, in quo eſt aqua perpetua. Sed dicitur ſtagnum, ubi eſt aqua temporalis. Idē etiam eſt de foſſa publica, quæ dicitur, quia manibus facta, & iſta no tantur. ff ut in flumine publico, nauiga liceat. l. 1.

56 In ſexto loco ponitur actio in factum, ne uis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt. Et datur iſta actio ei, qui miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum, cauſa rei ſeruandæ, ut ff. ne uis fiat ei. l. 1. Nam quāuis ille ſit in poſſeſſione, ut ff. de bonorum poſſeſſionib l. 1. non tamen dicitur poſſidere, ut in l. poſſideri. ff. de acquiren. poſſeſ. & ideo nō habet actionē in factum, quæ datur loco interdicti uti poſſidetis. ut ff. in vti poſſide. l. ſi duo. §. creditores.

57 In ſeptimo loco ponitur actio in factum quorum bonorum. Et datur iſta actio ei, qui ſuccedit iure prætorio alicui defuncto & coram iudice agnouit bonorum poſſeſſionem. Et datur contra poſſeſſores rerū, quæ ſunt in hæreditate illius defuncti, & datur ad hoc, ut ſibi tradatur poſſeſſio. Nā quamuis per agnationem prædictam coram iudice facta habeat dominium, ut ff. quorum legat. l. 1. non tamē habet poſſeſſionem, ut l. cum hæredes ff. de acquirenda poſſeſſio. Et ſufficit, quod iſta agnatio fiat coram iudice, nec oportet ſibi bona decernere, ſicut olim, & ideo uocabatur bonorū

Digitized by Google

poſſeſſio decretalis, ut ff. de ſucceſſ. edic. l. 1. §. decretalis. ſed hodie uocatur iudicialis.

58 In octa. loco ponit̃ actio in factũ quorũ legatorũ. Et dat̃ iſta actio hæredi contra legatarium vel fideicõmiſſarium, qui occupat legatũ uel fideicõmiſſum, ꝓpria authoritate, & non de manu hæredis, antè, q̃ adeat hæreditatẽ. Nã inte reſt hæredis legata ſeu fideicõmiſſa penes ſe retinere, ut ſi opus fuerit poſſet abſtrahere Fal. uel Treb. Sed ſi hęres uelit iſtã actionẽ intentare, debet cauere legatarijs ſeu fideicõmiſſarijs, ꝙ ſoluãt legata ſeu fideicõmiſſa, ut C. quo. l. l. 1.

59 In nono loco ponitur actio in factum de tribulis exhib. Et datur iſta actio hæredi inſtitutio, legatarijs uel fideicommiſſarijs, contra illum, qui occultat teſtamentũ, in quo hęc ſcripta ſunt, ut exhibeat teſtamentum, quod ſi non fecerit, tenetur ad intereſſe, uidelicet ad exiſtimationem hæreditatis, quo ad hęredem, uel ad æſtimationem legati vel fideicõmiſſi, quo ad legatarium uel fideicõmiſſarium, ut l. locũ. §. condemnatio ff. de tab. exhib. Si tamen pendeat quæſtio de hæreditate, uel de falſitate teſtamenti, tunc non tenetur exhibere iſtis, ſed deponere, ut ff. de tab. exhib. l. 1.

60 ¶Sequuntur actiones prætoriales octauæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum, loco interdicti de liberis exhibendis. Et datur iſta actio paręti, qui habet liberos in poteſtate ſua contra detinentem liberos illos. Et datur ad hoc ut liberi exhibeantur in iudicio, & oſtendantur, ut parens poſſit videre, an ſint liberi ſui, & eſt iſta actio exhibitoria. ſicut actio præcedens, ut ff. de lib. exhib l. 1.

61 In ſecundo loco ponitur actio in factum, loco interdicti de liberis deducendis. Et datur iſta actio parenti, poſtquã liberi exhibiti ſunt, & oſtenſi in iudicio, contra eos, qui liberos detinerunt, ut iudex pronuntiet parentem poſſe deducere liberos ſuos quocunque uelit, & eſt iſta actio deductoria, ut l. tertia. §. 1. ff. de lib. exhib & deducendis.

62 In tertio loco ponitur actio in factũ, loco interdicti de libero homine exhibẽdo. Et datur iſta actio cuilibet de populo cõtra eum, qui detinet liberum hominem ad hoc, ut liberetur talis homo, & pronuntietur liber eſſe, ut ff. de liberis

beri hoībus exhib. l. i. & 2. & eſt iſta actio ēt exhibitoria.

63 In quarto loco ponit̄ actio in factū, loco interdicti unde ui. Et datur iſta actio ei, qui ſpoliatus eſt ſua poſſeſſione cō tra ſpliatorē, ad hoc, ut reſtituatur. Et ergo de eſſe recuperandę poſſeſſionis, ut Inſti. de interd. §. recuperādę. Et intelligit̄ illud de ut expulſiua, ut ff. de ui & ui ar. l. i. & reſtituendus eſt ſpoliatus, ēt ſi fuerit p̄do, ut c. in literis. ext. de reſt. ſpol. Et debet fieri reſtitutio cō oībus fructibus, damnis, & intereſſe, ut in c. graue. extra de reſt. ſpol. Nec poteſt ſpoliator referre qōnem dn̄ij, ut in d. c. in literis. & in l. ſi quis a fundo C. ad leg. Iul. de ui publica uel priuata. Et durat iſta actio per annum utilem, ſed quo ad ea, quæ peruenerunt ad ſpoliatorē, durat p̄petuò, ut C. unde ui l. 2. habēt perpetuitatem, quo ad exceptionem, quia quæ tēporalia ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum, ut l. purē. ff. de exceptio doli mali. Et quod dictum eſt iſtā actionem durare per annum utilem intelligēdum eſt de iure ciui. Nā iure canonico durat perpetuo, ut in c. 2. extra de reſtit. ſol. & non datur iſta actio contra tertium, ad quam res ſpoliata deuenit, niſi ſcienter recepiſſet rem a ſopliatore. ſ. ſciēs cā eſſe ſpoliatam, ut in c. ſæpe extra de reſtitutione ſpolia.

64 In quinto loco ponitur actio in factum loco interdicti, quod ui aut clàm. Et dat̄ iſta actio ei, in cuius ſundo aliq̄d ædificatum eſt poſt prohibitionem ſuam, vel clàm ædificatum eſt ab eo, qui ſuſpicabatur litem ſibi mouēdam fore, & datur contra eum, qui ſic ædificauit, ut tale ædificiū tollat & ſati. faciat actori de damno & intereſſe, ut ff. quod ui aut clàm. l. 1. §. ui factum. & l. tertia. §. hoc interdictum.

65 In ſexto loco ponit̄ actio ī factū, loco īterdicti uti poſſidetis. Et dat̄ iſta actio ei, q̄ poſſidet rē immobilē, contra eū, q̄ turba talē poſſeſſorē, dicēs ſe poſſidere, & non illū. Et dat ad hoc, ut pronuncietur pacificus poſſeſſor & ut alius præſtet cautionē de cętero ſe nō turbaturū talem in ſua poſſeſſione. Et illud uerū eſt, niſi poſſeſſor poſſideat rē ab aduerſario, ui, clam, uel p̄cario, ut ff. uti poſſidetis. l. i. & l. ſi duo.

66 In ſeptimo loco ponitur actio in factum, loco interdicti utrobi. Et datur iſta actio ei, qui poſſidet rem mobilem

Digitized by Google

contra turbantem eum, ad hoc, vt pronuncietur pacificus poſſeſſor,& vt caueatur; ſicut dictũ eſt in præcedenti actione, quod etiam verum eſt, ſi non poſſideat rem ab aduerſario ui, clam vel precario, ut ff. utrobi l. 1.

67 In octauo loco ponitur actio in factum loco interdicti de ſuperficiebus. Et datur iſta actio ei, qui poſſidet ſuperficiem aliquam contra turbantem eum in ſua poſſeſſione, vt deſiſtat, & caueat ſicut dictum eſt in duabus præcedentibus, quod etiam verum eſt, ſi non poſſideat ui, clam, uel præcario ab aduerſario, ut ff de ſuperficieb. l. prima. Et differt iſta actio ab illa, quæ poſita eſt ſupra in quinto loco primæ lineæ, q̃a illa datur, qñ ſuꝑficiarius amiſſit poſſeſſionẽ, ſed iſta datur, quãdo habet poſſeſſionem, & in ea turbatur.

68 In nono loco ponitur actio in factum, de itinere actuque priuato vtendo. Et datur actio ei, qui per triginta dies continuos, vel diſcontinuos intra annum retro vſus eſt actu vel itinere per alienum fundum. Et datur contra uolentem eum impedire ad hoc, vt permittat eum in quaſi poſſeſſione actus vel itineris. Et in iſta actione quæritur de quaſi poſſeſſione, vt ff. de itinere actuque priuato l. 1. Et ita eſt actio poſſeſſoria. Et non quæritur hic de iure, aut non iure illius ſeruitutis, quia hoc fit per confeſſoriam, & negatoriam quæ ſunt actiones ciuiles, vt Inſtitutio de actionibus. §. æquè. & §. econtra.

69 ¶ Sequuntur actiones prætoriales nonæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum de itinere actuq; priuato reficiendo. Et datur iſta actio uolenti in fundo alterius reficere actum, uel iter, quo peruenitur ad fundum ſuum, contra impedientẽ ſeu prohibentem, ut deſiſtat, ut ff. de itinere actuq; priuato. l. tertia. § ait prætor. Debet tamen ſic reficiens alteri cauere de damno infecto, ut d. l. tertia. § qui hoc interdicto. Et differet iſta actio a præcedenti, quia in illa ſufficit probare, q̃ ipſe fuit uſus ſeruitute, ut ibi dictum eſt. Sed in iſta hoc idem probandum eſt, & etiam, quo in ueritate ſeruitus ſibi debetur ratione fundi ſui, ut d. l. tertia. §. hoc autem a ſuperiore. Et bene datur iſta actio ei, cui debetur ſeruitus, quia ille habet reficere uiam, uel actum, uel

iter

itet,& nõ ille qui debet, ut l. quotiens. §. fi. ff. de ſeruit. hoc tamen fallit in ſeruitute oneris inferendi, vt l. cum debere ff. de ſeruitutibus vrbanorum præd.

70 In ſecundo loco ponitur actio in factum, de aqua quotidiana, & datur iſta actio ei qui intra annum retro uno die duxit aquam ad fundum ſuum, & datur contra prohibentẽ, vt deſiſtat, & ita eſt actio prohibitoria, uel ſi aliquid fecit, quod deponat, ita eſt reſtitutoria, vt ff. de aqua quotidiana, & æſtiua l. 1. §. quod autem.

71 In tertio loco ponitur actio in factum, de aqua æſtiuali. Et datur ei, qui intra annum retro in æſtate uno die duxit aquam ad fundum ſuum, & datur contra prohibentem, ut deſiſtat vt ff. de aqua quotidiana & æſtiua. l. 1.

72 In quarto loco ponitur actio in factum, de aqua ex caſtello ducenda. Et datur iſta actio ei, qui hẽt quaſi poſſeſſionem ducendi aquã a loco in quo aqua naſcitur, uel congregatur. Et datur cõtra impedientem, ut deſiſtat, ut ff. de aqua quotidia. & æſtiua. l. 1. §. quod ait.

73 In quinto loco ponitur actio de riuis purgandis. Et datur iſta actio ei, qui vult purgare vel reficere riuum, per quem ducitur aquam ad fundum ſuum, contra impedientem, vt deſiſtat, ut ff. de riuis. l. 1. §. hoc interdictum.

74 In ſexto loco ponitur actio in factum de fonte vtendo. Et datur ei, qui habet quaſi poſſeſſionem hauriendi aquam ex fonte vel puteo alteris contra prohibentem, ut deſiſtat vt ff. de fonte l. 1. § 1.

75 In ſeptimo loco ponitur actio in factum, de fonte reficiendo. Et datur, ei qui vult reficere fontem, in quo habet quaſi poſſeſſionem, vel ius hauriẽdi aquam, contra prohibentem, vt ff. de fonte. l. 1. § fi.

76 In octauo loco ponitur actio in factum de cloacis purgandis, vel reficiendis. Et datur ei, qui habet quaſi poſſeſſionem purgandi cloacã ſuam per fundum alterius. Et datur cõtra prohibentem, ut deſiſtat, ut ff. de cloacis. l. 1. quod a. t. Neceſſe eſt enim cloacas purgare, ita ut aer non inficiatur fœtoribus, & inde generetur peſtis, ut d. l. prima.

77 In nono loco ponitur actio in factum, ne quid in cloacis

ſiat immiſſaturve. Et datũ illa actio habẽti cloacã, ex qua im munditiæ trahunt per aq̃, uel alias. Et datur contra eũ, q im pedit curſum iſtius aq̃, ut deſiſtat, uel contra eũ, q aliqd fa- cit, quo cloa. ſit plus nociua, ut deſiſtat, ut ff. de cloa. l. 1. §. fi.

78 ¶ Sequuntur actiones prætoriales decimæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum, ut ſi quid factũ immiſ ſumve eſt in cloaca tollatur. Et datur ei in cuius cloacã ali- quid factũ, uel immiſſum eſt quo cloaca ſit deterior contra eũ, qui hoc fecit vel immiſit, ut tollatur, & illa eſt actio re- ſtitutoria, ut ff. de cloacis. l. 1. §. deinde ait prætor.

79 In ſecũdo loco ponitur actio in factũ de precario. Et da tur ei, qui rem ſuam alteri precario tradidit, & petit rem re ſtitui contra eum, qui non vult reſtituere, ut reſtituat. Nam ille, qui precario rem recipit, poſſidet nomine tradentis, vt ff. de acq. poſ. l. quod meo. Et differunt precarium & cõ- modatum, quia in cõmodato datur certus uſus, quo exple- to redditur commodatum, ut l. in commodato §. ſicut. ff. commoda. Sed in precario non exprimitur certus vſus, ſed datur ſimpliciter, vt notatur in rubr. ff. de precario. Et non conſiſtit etiam in rebus, quæ ſunt in numero, pondere, uel menſura, ſed in illis eſt mutuum, vt l. 2. §. 1. ff. ſi cert. peta.

80 In tertio loco ponitur actio in factũ, de arboribus cædẽ dis. Et datur ei, apud cuius poſſeſſionẽ poſita eſt arbor per uicinum, quẽ quidẽ arbor eſt nociua, ex quo deſtruit murũ, vel impedit aerem ſeu calorem ſolis. Et datur illa actio, ſut talis poſſit abſcindere ramos, & facit ligna ſua, ſi dominus arboris hoc non fecit. ff. de arborib. cædendis. l. 1.

81 In quarto loco ponitur actio in factum, de glande legen da. Et datur illa actio ei, qui habet arborẽ, cuius rami pen- dent ſuper fundum alterius. & ita fructus colligi non pñt, niſi ingrediendo alterius fundum, maximẽ quando cadunt de arbore, ſi tunc ille dominus fundi non permittat illum intrare fundum ſuum ad colligendum fructus, datur contra eum iſta actio ut per tres dies ingrediatur fundum, & colli gat fructus ſuos, ſed poſt tres dies non audiatur. Et per glan des intelliguntur omnes fructus, ut ff. de glan. legen. l. 1.

82 In quinto loco ponitur actio in fructum, de migrando.

Et

Digitized by Google

Et datur iſta actio ei, q̃ inuexit uel intulit res ſuas in fundũ alterius, & poſtea vult iterum exportare tales res, & ſoluet mercedem ſeu penſionem, & datur cõtra dñm fundi impedientem illũ, ne deportet res ſuas, ad hoc, ut permittet eũ res ſuas aſportare. Et datur etiam ad intereſſe, & idem eſt ſi gratis habitauit in domo. Nam tunc datur actio utilis & propriè datur iſta actio inquilino, ut ff. de migran. l. 1. & ſi.

83 In ſexto loco ponitur actio in factum, loco interdicti Saluiani. Et datur iſta actio creditori, uel domino fundi, quando res ibi obligatæ ſunt alienatæ, uel nõ ſunt ſibi paratę cõtra poſſeſſores illarum rerũ, ut eas ſibi tradat. Et differt iſta actio a Seruiana, & eſt utilior, quia in iſta ſolũ probatur, ꝙ debitor illas res poſſedit tẽpore cõtractus, ſed in Seruiana oportet ẽt probare dñiũ, ut ff. de Saluia. interdic l. 1. Et dat̃ iſta actio ꝑpriè pro reb. iuectis, uel illatis, ĩ fundũ alterius.

84 In ſeptimo loco ponitur actio in factum de opere demoliendo, quod factum eſt poſt noui operis nunciationem, & ante nunciationis remiſſionem, & datur ei, in cuius fundo aliquid ædificatum eſt, poſtquam nuntiauit nouum opus, & non remiſit nunciationẽ Et datur contra eum qui ædificauit, ut ædificiũ tollatur ex toto, nec auditur aduerſarius, q̃uis dicat ſe habere ibi ius ędificãdi, ut ff. de no. op. nun. l. 1.

85 In octauo loco ponitur actio in factum, ut liceat ædificare ei, cui nouum opus nuntiatum eſt, ſi ſatiſdet uel paratus eſt ſatiſdare de opere demoliendo, ſi nõ habeat ius contra impedimẽtum ut deſiſtat, ut ff. de no. ope. nun. l. prætor §. ſi quis paratus.

86 In nono loco ponitur actio in factum, loco interdicti fraudatorij, & datur pupillo, quando tutor ſuus denegauit debitorem pupilli ſoluere creditori ipſius tutoris, & ſic ẽt adulto minori quo ad curatorem. Et datur iſta actio cõtra creditorem, ſi participauit in fraude, vt reſtituat pupillo vel adulto minori hoc quod ſolutum eſt liberratus tamen eſt debitor, vt no per. Bar. in l pupil. ff. de ſolutio.

¶Sequuntur actiones pretoriales vndecimæ lineæ. Et in primo loco ponitur ſpacium E præfixo in quo ſcribitur uel ut rubeo colore ſic. Omnia fere prædicta interdicta ſunt

directa,

directa, & etiam utilia. Iſtæ autem actiones, quę ſequentur deſcendunt ex adicta prætoris.

87 In ſecundo loco ponitur actio in factum, ex edicto de albo corrupto. Et datur iſta actio cuilibet de populo, contra eũ, qui depoſuit. uel corrupit ſeu uitiauit, uel deturpauit ſcripturam poſitam ad locum publicum, ut in portis palatij, uel ciuitatis, uel in ualuis eccleſiæ, ſi illa ſcriptura cõtineat aliquod præceptum uel ſtatutum promulgandum populo, & punitur talis corrumpens, uel dolo faciens, ut corrumpat in quinquaginta aureis, uel ſcdm quoſdam in quingentis, ut no. p Doc in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſ. om. iudi.

88 In tertio loco ponitur actio in factum, ex dicto ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. Et dat iſta actio parti, ad cuius inſtãtiam iudex aduerſæ parti aliquid mandauit uel prohibuit, & datur contra partem non obtemperantem præcepto iudicis ad intereſſe alterius partis: quia forte fecit expẽſas pro aduocatis vel pro procuratoribus Non tamen cõdemnatur ad intereſſe principalis cauſę, ut ff. ſi qs ius dicenti non obtemperauerit l. 1. §. fi.

89 In quarto loco ponitur actio in factum ex edicto ſi quis in ius vocauerit quemuis, quem in ius vocare non licet. Et datur iſta actio parenti vocato in ius a liberto deſcendẽte non petita & ob enta uenia Similiter patrono, ſi vocetur in ius a liberto. Et datur cõtra vocantem in ius, & punitur in quinquaginta aureis, vt inſt. de pæ. temerè litig. §. fin. Et habet iſta actio locũ, qñ aliquis vocatur in ius ſine venia ab eo, qui debet ſibi reuerentiam, vt eſt patrinus, qui leuauit aliquẽ de fonte et eſt doctor, quo ad diſcipulum ſuum. Non. n. poteſt doctor a diſcipulo ſuo citari realiter vt in l. medicos C. de profeſſo. & medicis. lib. 10. & ſm aliquos et nec citatione verbali ſine venia. Sic nec Abbas a ſuo monacho. Et iſta notatur in l. generaliter ff. de in ius uocan.

90 In quinto loco ponitur actio in factum, ex edicto ſi quis in ius vocatus non ierit. Et datur iſta actio ei ad cuius inſtantiam aliquis uocatus eſt in ius, & ille non cõparet, propter qđ præiudicatur ſibi eo ꝙ actio ſua præterijtur uel alio modo; & datur contra non comparentem ad intereſſe

actoris.

actoris, ut ff. ſi quis in ius uocatus non ierit. l. 1. §. fi.

91 In ſexto loco ponitur actio in factum, ex edicto, ſi quis in iudicio fideiubentem pro coniuncta perſona non acceperit cũ eſſet neceſſe. Et datur iſta actio, quando aliquis uocatus eſt in iudicium, & petitur ab eo ſatiſdatio de iudicio ſiſti vel alias, & ille offert coniunctam perſonam, uidelicet patrem vel fratrem uſq; ad quartũ gradum, ſed actor non uult illũ fideiuſſorẽ habere, q̃a fortè eſt pauper, tũc datur illi perſonæ iſta actio cõtra actorẽ. Et eſt pęna quinquaginta aureorum, ut ff. ut in ius uocati ſerant uel ſatiſdẽt. l. fi. §. 1.

92 In ſeptimo loco ponit̃ actio in factũ, ex edicto, ne q̃s, eũ qui in ius uocatus eſt, ui eximat. Et datur iſta actio, qñ aliquis uocatus eſt ad iudiciũ, & alius tenet eũ per uiolentiã, ꝙ nõ p̃t in iudicio comparere. Et datur iſta actio parti, ad cuius inſtãtiam iſte uocatus eſt, uel ẽt ipſi uocato cõtra detinentẽ, & iurat̃ hic in litẽ, & ita actio eſt pęnalis ex utraq; parte, & ut ff. ne q̃s eũ, q̃ in ius uocat̃ eſt, ui eximat. l. fi. §. 1.

93 In octauo loco ponitur actio in factum ex edicto, de eo qui dolo malo fecit, quo quis minus in iudicio ſiſteret. Et datur iſta actio parti, ad cuius inſtantiam uocatus eſt in iudicium, & etiam uocato, contra eum, qui dolo malo hoc fecit, uerbi gratia. Fixit illi uocato, non oportet ire te ad iudicium, quia pater tuus mortuus eſt. Et datur ad uerum intereſſe, & ita eſt pænalis ex parte conuenti tantum, & rei perſecutoria ex parte actoris, ut ff. de eo, per quem factum eſt, quo quis minus in iudicio ſiſteret. l. fi.

94 In nono loco ponitur actio in factum ex edicto de edendo, aduerſus non edentem, qui tamen edere debet. Et datur iſta actio ei, qui petit aliquam ſcripturam, ut puta inſtrumentum, uel copiam de aliquibus legatis, uel ratiocinijs, uel contractibus. Et datur contra eum, qui tenetur talem ſcripturam exhibere, uel dictare, ſeu edere ut faciat, ut ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs.

95 Sequuntur actiones prætoriales duodecimæ lineæ Et in primo loco ponitur actio in factum, ex edicto de calumniatore. Et habet iſta actio locum, quãdo aliquis recepit pecuniam, vt vexaret me per calumniam in iudicio, vel recepit

pecunia

Digitized by Google

pecuniam, vt deſiſteret a tali vexatione. Nam talem pecuniam recipere non debet, cum gratis teneatur abſtinere. Datur igitur mihi hæc actio contra illum calumniatorem. & datur ad quadruplum, in quo tamē continetur pecunia quam ipſe recepit, vt ff. de calumniato. l. de qua etiam habetur. inſti. de actionibus. §. quadrupli.

96 In ſecundo loco ponitur actio in factū ſubſidiaria, loco actionis de dolo. Et hēt locū iſta actio, qñ finita ē actio de dolo, q̄ durat ſolū biēnio, vt C. de dolo. l. fin. Et poſt bienniū dat̃ illa actio ipſi decepto, cōtra decipiētē, ad id, ad qđ dabatur actio de dolo, vt l. itaq; ff. de dolo. Datur ēt actio in caſibus, in quibus nō dabat̃ actio de dolo, ꝓpter fauorem ꝑſonarū, v.g. Parēs decepit liberū ſuū, aut patronus libertū aut q̄s in eminēti dignitate cōſtitutus, decepit aliū, aut q̄s bonorū morū decepit luxurioſum, vel ꝓdigū. In iſtis caſibus nō habet locū actio de dolo, ſed loco eius in ſubſtituit̃ iſta actio. Et debet cauere faciens libellū, ne fiat mētio malæ fidei, ſed narretur nō eſſe æquū huiuſmodi perſonas locupletari cū alterius iactura, vt not. in l. non dēt ff. de dolo.

97 In tertio loco ponitur actio in factū, de alienatione iudicij mutandi cauſa facta. Et habet locum iſta actio, qñ tu poſſedisti aliquam rem, quam æſtimaſti me petiturum, eo q̄ eſſet mea vel habere ius in ea, & ideo alienaſti illā rem, ut haberem aduerſarium duriorem, quo caſu datur mihi hæc actio contra te, pro meo intereſſe illam rem nō fuiſſe alienatā, vt ff. de alienatione iudicij mu. cau. facta. l. 1. Si tñ alienatio fieret poſt lit. conteſt. haberet locum alia actio, de qua ff. & C. de litigioſis.

98 In quarto loco ponitur actio in factū in ſimplū, aduerſus nautas, caup. & ſtabu. Et habet locū hæc actio, cū quis poſuit res ſuas in naui, caupona, vel ſtabulo, & res furata eſt ꝑ alios, q̄ per miniſtros nauis, cauponæ vel ſtabuli, vt puta per viatores: quia ſi furata eſſe ꝑ miniſtros, habere locum actio poſita ſupra in tertio loco quintæ lineæ. Et datur iſta actio ei, qui perdidit rem ſuam, contra magiſtrū nauis cauponæ, vel ſtabuli ſi iſta res depoſita eſt ſciente nauta &c. vel ſuſcipiente cuſtodiam rei, vt ff. nau. caupo. ſtabu. l. 1.

Digitized by Google

99 In quinto loco ponitur actio in factum duplum, aduerſus nautas, caupones, & ſtabularios. Et habet locum illa actio, quando factum eſt damnum in re poſita in naui, caupona, uel ſtabulo, & non eſt furtum factũ. Et dat illa actio domino rei contra magiſtrum nauis & c. ad duplum damni dati, in quo tamen continetur ipſum damnum, ut not. per Bar. in rubrica. ff. furti aduerſus nau. caup. & ſtabu.

100 In ſexto loco ponitur actio in factum de effuſis & deiectis. Et hẽt locum illa actio qñ alicui factũ eſt damnũ, eo, ꝙ ex aliqua domo effuſũ uel deiectũ eſt aliquid. Et dat illa actio dãnum paſſo contra dñm, ſeu in domo gubernatorẽ, & datur ad duplum, in quo continetur et damnum, ut ff. de his qui deiece. vel effude. lege prima, ſi aũt occiſus ſic liber homo datur iſta actio cuilibet de populo ad quinquaginta aureos qui liber homo non habere æſtimationẽ, ut l. liber homo ff. ad l. Aquil. Si uerò læſus aut vulneratus fuerit liber homo, datur ſibi iſta actio, & arbitrabitur iudex, ad q̃tum condemnabitur reus, & conſiderabit impenſas medicorũ, & medicaminum, & operas quib. caruit & cariturus eſt læſus, ut d. l. 1. & inſtit. de obli. q̃ ex quaſi delicto naſcuntur. §. 2. Et ſeruus effuderit uel deiecerit, poteſt dari pro noxa, ſi dominus neſciuerit d. l. 1. §. ſi ſeruus.

101 In ſeptimo loco ponitur actio in factum, quæ datur gubernatori domus aduerſus deiectorem uel effuſorem. Et datur illa actio inhabitatori domus, qui ſoluit damnum, ut in præcedenti actione dictum eſt, contra eum, qui rem aliquam ex domo ſua deiecerit uel effudit vnde damnum accidit, ut ille reſtituat quod ſolutum eſt, ut ff. de his, qui deiece. uel effude. l. 1 §. cum autem legis.

102 In octauo loco ponitur actio in factum aduerſus eum, qui habet aliquid appenſum uel poſitum ſupra locum, ubi vulgo eſt iter, quod ſi caderet, poſſet facere damnũ. Et datur illa actio cuilibet de populo contra eum, qui hoc poſuit vel appẽdit. Et datur decem aureos, & ut remoueatur, quod poſitum eſt, ut d. l. 1. §. pretor.

103 In nono loco ponitur actio in factum, ſi menſor falſum modum dixerit, & habet locum iſta actio, qñ aliquis dubitant

tant

Digitized by Google

tant de menſura, & ideò vocatur agrimēſor, ut referat iudici, uel partibus, merā menſurā & ille dolo, uel lata culpa facit fraudē in menſura, ſeu dicit mēſurā maiorē, & uel minorē, quam ſit tunc dat iſta actio decepto contra menſuram, ac ſuum intereſſe, ut ff ſi menſor fal. modum dix. l. 1.

204 ¶Sequuntur actiones prætoriales tertiæ decimæ lineę. Et in primo loco ponitur actio in factum aduerſus eum, qui intulit mortuum ſuum in locum purum, & nō religioſum. Et pro intellectu iſtius actionis notandum, quod mortui olim non poterant ſepeliri in ciuitatibus, uicis, aut caſtris, propter fœtores, ſub pœna 40. aureorum, ut ff. de ſepul. uiola. l. 3 §. diuus. Datur ergo hæc actio mihi contra te, ſi tu ſepeliſti mortuum tuum in fundo meo puro, ad hoc, ut mortuum remoueas, aut pretium fundi mei ſoluat, quia feciſti locum religioſum, ut ff. de religioſis. l. 2. §. 1.

205 In ſecondo loco ponitur actio in factum, funeraria, quæ datur ei qui fecit ſumptus pro funere, contra eum, qui debuit facere illos ſumptus, ut eos reſtituat, ut ff. de religioſis & ſumpt. fun. l. actio ſi quis. §. hæc actio.

206 In tertio loco ponitur actio in factum, ſi locus ſacer uenditus ſit alicui ignoranti pro puro, verbi gratia: Ego habeo locum religioſum, & aliquis uendidit tibi illum locum tanquam purum, & tu feciſti ibi ædificium, uel prohibes, ne inferam ibi mortuum meum. habeo contra te iſtam actionem, ut ædificium remoueas, & mortuum meum ſepeliri permittas, & tu potes ulterius agere contra uenditorem tuum, ut l. oſſa. §. ſi loci ff. de religioſis, & ſumpt. fund. Et nō ſolum habeo iſtam actionem contra te, ſi ignoraſti ſed potius ſi ſciuiſti locum eſſe religioſum. Authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccle. ſed tunc non habes regreſſum ad venditorem.

207 In quarto loco ponitur actio in factum, quando iuratur informiter. Et datur iſta actio, ſi ego dicam te eſſe debitorem meum & tu negas, & defers mihi iuramentū, ego iuro te eſſe debitorem meum in decem florenis, non dicendi ex qua cauſa, tunc datur mihi iſta actio contra te, ut ſoluas decem florenos, ut C. de reb. cred. & iureiur. l. actori. & inſtit.

de

de actio §.itē ſi quis poſtulante. Et differt iſta actio ab illa quæ dicta eſt in tertio loco quartæ lineæ, quia ubi iuratur formiter, hoc eſt, ex cauſa ſ. emptionis & permutationis.

208 In q̄nto loco ponit̄ actio in factū, ſi mulier uentris nomine in bon. poſſ. miſſa eſt per calūniam. v.g. Eſt mulier, cuius maritus mortuus eſt & ipſa dicit ſe impregnatam, & non eſt, vel eſt impregnata, ſed non ex illo marito, & ita ipſa petit noīe poſthumi vel poſthumæ exiſtentis ad hoc in utero mitti in poſſ. bo. illius mariti, tunc datur iſta actio hæredi, qui ſuccedit de iure ciuili, vel bono poſſeſſori, qui ſuccedit de iure p̄torio contra talem mulierem, pro ſuo intereſſe & ut reſtituat talia bona, ut ff. ſi mulier uentris nomine. l. 1.

209 In ſexto loco ponitur actio in factum, ſi mulier, quæ uētris nomine per calumniam in poſſeſ. bon. miſſa eſt, uel his qui eam habet in poteſtate, tranſtulit illa bona ad alium, quo caſu datur iſta actio hæredi, uel bonorum poſſeſſori, contra talem mulierem uel contra eum qui eam habet in poteſtate pro ſuo intereſſe, illa bona non fuiſſe tranſlata, vt ff. ſi mulier uentris nomine l. fi. §. 1. Et nō datur iſta actio contra eum, in quem bona tranſlata ſunt quia forte illa bona conſumpſit, vel non poſſidet, nec dolo deſijt poſſidere, ut l. nam is ff. de dolo.

210 In ſeptimo loco ponitur actio in factum quæ datur contrahentibus cum eo, qui ſe dixit tutorem uel curatorem, & non fuit. Et datur iſta actio illis, qui ſic contrahitur contra talem falſum tutorem uel curatorem pro ſuo intereſſe, ut ff. quod cum fal. tutore l. fi.

211 In octauo loco ponitur actio in factum, quæ datur minori propter hoc ipſum, quod iam dictum eſt. Et datur iſta actio ipſi minori contra talem falſum tutorem uel curatorem pro repetitione eorum, quæ alienata ſunt, & pro ſuo intereſſe, ut ff. quod cum fal. tuto. e. l. fi.

212 In nono loco ponitur actio in factum aduerſus eum, qui dolo malo alium adhibuit, vt tanq̄ tutor vel curator iniciꝰ authorizare aliquid loco minoris. Et datur iſta actio illi, qui credidit ſe tutorem uel curatorē, contra illum perſuadorē, pro ſuo intereſſe, ut in gl. in l. 1. ff. quod cum fal. tutore

¶ Sequun-

113 ¶Sequuntur actiones prætoriales quartædecimæ lineæ. Et primo loco ponitur actio in factum, & ſi quis obmiſſa cauſa teſtamenti poſſideat hęreditatē ab inteſtato. Et hēt locum iſta actio, cum quis hæres inſtitutus ſit, ſed nō vult adire hæreditatē, ut non habeat ſoluere legata uel fideicō miſſa, q̄ non debentur, niſi poſt aditā hæreditatē, & iō quia iſte hæres inſtitutus eſt filius aut nepos uel talis, ꝗ ſibi debetur ēt hæreditas ab inteſtato, & ita dimitti t inſtitutionē ex teſtō, & adit hæreditatem ab inteſtato, in hoc caſu datur iſta actio legatarijs & fideicommiſſarijs, contra talē hæredē, ut ipſe ſoluat legata & fideicōmiſſa, ac ſi adijſſet hæreditatem ex teſtamento, ut ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta l. 1.

114 In ſecundo loco ponitur actio in fact. quæ datur contra publicanū. Et habet locum iſta actio quando publicani ſeu exactores uel gabellarij plus recipiūt, quam iure recipere debeant. Et datur iſta actio ei, qui prius ſoluit, quam ſoluere debuit contra publicanum, ſeu exactorem, uel gabellarium. Et datur intra annum utilem in duplum, poſt annum verò in ſimplum, ut ff. de publica. l. 1. Et idem eſt, ſi plus recepit etiam per miniſtros ſuos, ut in d. l. 1. §. familiæ.

115 In tertio loco ponitur actio in fac. ſi liber homo ſciens paſſus eſt ſe uenundari emptori neſcienti. Et habet locum iſta actio, q̄n liber homo patitur ſe uendi non ſeruatis cōditionibus adhoc requiſitis, quæ notandum in §. ſerui ſecundo inſti. de iure perſonarū. Et datur iſta actio emptori contra talem hominem venditum, ſi poſtea proclamauerit in libertatē pro ſuo intereſſe, ut ff. de liberali cauſa. l. ſciendū. Datur etiā iſti emptori actio ex empto contra venditorem.

116 In quarto loco ponitur actio in factū, ſi quis in poſſeſ. bonorum miſſus. fructus alienauerit uel rem deteriorem fecerit Et habet locum iſta actio q̄n quis in poſſeſ. bonorū miſſus eſt cauſa rei ſeruandæ, uel ratione contumacię, & ipſe alienauit fructus, vel bona facit deteriora. Et datur iſta actio debitori, contra talem poſſeſſorem, ut de fructibus alienatis ſatisfaciat, uel etiā de deterioratione bonorum, ut ff. de bonis authoritate iudicis poſſidendis. l. prætor.

117 In quinto loco ponitur actio in factum, quę datur bonorum

rum poſſeſſori ad recipiendum ſumptus, quo fecit in tali-bus bonis. Et datur illa actio creditori contra debitorem, vt ſatisfaciat de huiuſmodi ſumptibus. ut ff. de bonis auth. iudicis poſſiden. l. prætor.

118 In ſexto ponitur actio in factũ de dãno per dolum dato in turba. Et datur illa actio ei, qui dãnũ paſſus eſt ꝑ turbã, cõtra eum, qui dolo congregauit illã turbã pro ſuo intereſſe, & dãno, ut ff. ui bonorũ rapt. l. prætor. Et faciunt turbam 10. homines, ut no. per Bar. in l. 3. ff. ui bono. raptorum.

119 In ſeptimo loco ponitur actio in factum, ſi quis liber eſſe iuſſus eſt in teſtamento. Et habet locum illa actio, quando teſtator iuſſit ſeruo ſuo dari libertatẽ in teſtamẽto ſuo. Et iſte ſeruus ſub ſpe libertatis habendæ poſt mortem dñi ſui ſurripuit aliquas res ex hæreditate, aut facit damnum in eis, tunc datur illa actio hæredi cõtra talẽ ſeruum. Et dat in duplum, in quo non continetur rei perſecutio, & hoc intra annum utilem, ſed poſt annum competunt aliæ act. Requiruntur igitur tria ad iſtã actionẽ. Primo, ꝙ illa ſubtractio fiat dolo, uel culpa lata. Secundo, ꝙ fiat poſt mortem domini. Tertio ꝙ fiat ante aditam hæreditatem, ut ff. ſi qs in teſta. liber eſſe iuſſus eſt l. 1. §. non tantum. & §. non autẽ.

120 In octauo loco ponitur actio in factum, de incendio, ruina, & naufragio. Et habet locum illa actio, quando oritur incendium, vel quando contingit ruina domus, vel quando nauis patitur naufragiũ, & tunc aliqui ſurripiunt bona ꝑiecta ex domo, uel naui. Et datur iſta actio domino illorũ bonorum contra ſurripientes. Et datur in quadruplum infra annum utilem, ut ff. de incendio ruina, naufragio. l. 1.

121 In nono loco ponitur actio in factum, de ſepulchro uiolato. Et habet locum iſta actio, qñ aliquis ædificat in loco religioſo, uel remouet aliqd ab illo. Et dat ei, cuius eſt talis locus religioſus, contra ſic ædificãtẽ uel remouentẽ, ut ædificiũ tollat, & remotũ reſtituat. Et datur ẽt regulariter ad cẽtos aureos, ut ff. de ſep. vio. l. prætor. §. qui ſepulchrum. Et ita finiuntur act. prætoria. Iſtis tamen poteſt addi actio prætoria, quæ locum habet, quando prætor dat actionem, quæ tñ actio nullum habet nomẽ, ſicut interdum eſt obli-

Digitized by Google

gatio ciuilis ex lege. Actione tamen procedens ex tali obligatione non habet nomē, ſed dicitur tunc condictio ex lege, vt ff. de condi. ex lege. l. item.

DE ACTIONIBVS CIVILIBVS.

122 ¶Sequuntur actiones ciuiles. In primo loco decimæ quintæ lineæ ponitur rei vendicatio. Et datur iſta actio ei, qui habet dominium rei contra poſſeſſorem, ſeu detinentē talem rem, ut ff. de rei uend. l. in rem. Et datur, ut actor pronuntietur dominus, & ita ut reus reſtituat ſibi rem, ut ff. de rei uend. l. qui reſtituere. Et datur iſta actio pro rebus corporalibus mobilibus, & immobilibus, ut l. uendicatio ff. de rei vendicat. Et illud uerum eſt de rei vendicatione directa. Eſt etiam utilis rei uendicatio, quæ datur habenti directum dominium contra deſinentem dolo poſſidere, vt l. paren. ff. de regu. iuris Nam ſi habeat utile dominium, dantur aliæ actiones, ut quæ datur ſuperficiario, vel quæ datur de ſuperficiebus, ut dictum eſt ſupra.

123 In ſecundo loco ponitur actio in rem confeſſoria. Et datur iſta actio habenti ſeruitutem realem, uidelicet ruſticorum uel urbanorum prediorum, uel etiam perſonalem, ut uſufru. vſum uel habitationem, contra eum, qui negat ſibi talem ſeruitutem debere, & datur ad hoc, ut reus patiatur actorem uti ſeruitute ſua, & ut caueat de cætero eum ſe nō turbaturum, ut notatur in §. quem, inſti. de actio. & no. per Bar. in l. ſi prius. ff. de aqua flu. arcen.

124 In tertio loco ponitur actio in rem negatoria. Et datur iſta actio ei, qui dicit ſe non debere ſeruitutem realem, uel perſonalem contra eum qui prætendit ſe habere talem ſeruitutem, ad hoc ut deſiſtat, ut no. in §. contra inſt. de act. Et datur iſtæ duæ actiones pro rebus incorporalibus ei & cōtra eum, & ad hoc ſicut rei vēdicatio datur pro corporalib.

125 In quarto loco ponitur actio in rem præiudicialis pro ſeruitute, vel non ſeruitate. Et datur iſta actio ei, qui dicit ſe habere aliquem hominem ut ſeruum, & ille homo dicit ſe eſſe liberum uel libertum. Et datur contra illum dicentem

tem

tem ſe liberũ, uel libertũ, ut pronuntiet̃ ſeruus, vel ẽt econ tra, ſi aliquis poſſideat aliquem tanq̃ ſeruum, & ille dicit ſe eſſe liberum, vel libertũ, datur ei iſta actio cõtra poſſidẽtẽ, ut pronuncietur liber, uel libertus. De iſta actione no. in §. præiudiciales inſti. de actio. & eſt iſta ciuilis, q̃uis actiones de libertinitate, & partu agnoſcẽ ſit ꝑtoriç, de q̃ ſup. dict. ẽ.

In quinto loco ponitur ſpaciũ F præfixo, in quo ſcribit̃ velut rubeo colore. Quattuor actis quę ſequũt, ſunt miſtæ.

126 In ſexto loco ponitur petitio hæreditatis. Et datur iſta actio hæredi, qui ſuccedit de iure ciuili, ut ff. de pe. hęre. l. 1. contra eum, qui poſſidet res hęreditarias, aut aliquam rem hæreditariam pro hærede, uel pro poſſeſſore, ut l. nec ullã. ff. de pet. hære. Et datur ad hoc. ut ille pronuntietur hæres & ita cõſequenter per officium iudicis mercenarium, ut ſibi reſtituatur res hæreditaria, ut no. per Bar. l. 1. ff. de edend.

127 In ſeptimo loco ponitur actio fin. regundo. & datur iſta actio habenti agrum, uel aliud prædium ruſticum, & eſt cõtẽtio de prædio uicino, quo ad terminos prædiorum, & datur contra uicinum, ſeu habentem prædium vicinum, ut ponantur termini. Et iudex in iſta actione propter commoditatẽ poteſt terminũ ponere, & abſtrahere aliquid ab uno, & alteri dare: tamen, faciendo compenſationem per pecuniam, ut no. inſti. de of. iud. §. ſi finium regun. Si aũt unum ſit pręcdium ruſticum, & aliud urba. datur utilis actio fi. reg. in l. 2. ff eo. Sed utrumque ſit urbanum, nõ datur iſta actio.

128 In octauo loco ponitur actio. fa. erciſ. & datur iſta actio hæredi contra hæredem ſuum ad hoc ut fiat diuiſio hæreditatis, ut in §. ſi familiæ, inſt. de offi. iud

129 In nono loco ponitur act. cõi diuidundo. Et datur illa actio habenti rem cõem pro indiuiſo cum alio, contra illũ alium, ut fiat diuiſio, ut no. in §. quædam inſti. de act.

¶Sequuntur actiones ciuiles 16. lineæ. In primo loco ponitur ſpatium G præfixo, in quo ſcribitur velut rubeo colore perſonaliſſimo ſunt iſtæ actiones, quæ ſequuntur.

130 In ſecundo loco ponitur certi condictio generalis actio ſic dicta. Et habet locum iſta actio, qñ petitur res certa, quo ad ſubſtantiam, qualitatẽ, & quantitatẽ. Et datur iſta actio

ei, qui ſic petit tertiā rem, contra eū, a quo petitur, ut talē rem ſoluat, ut l. vbi autē nō apparet ff. de uer. obl. Et datur Et iſta act. pro intereſſe quod quamuis a princ. ſi incertum, certificatur tñ ante ſententiā, ut no. in §. curare. de inſt. act.

131 In tertio loco ponitur actio, quæ dicitur certi condictio ſpecialis, & eſt actio, quæ vocatur ſi certum petatur. Et datur iſta actio ei, qui mutauit alteri rem mutabilem, quæ. ſ. conſiſtit in numero, pondere, menſura, contra illum, qui mutuum recepit, vt ſoluat in eodem genere, & in eodem valore, ut l. 2. & l. cum quid. ff. ſi cer. pet.

132 In quarto loco ponitur actio, quæ dicitur condictio triticaria. Et datur iſta actio pro omni re, ſiue corporali, ſiue incorporali, ſiue mobili, ſiue immobili, ſiue certa, ſiue incerta, præter, q̄ pro pecunia numerata. Et non ſolum daē dño ſeu ratione dñij, ſed ēt rōne poſſ. ut ff. de condic. tritica. l. 1.

133 In q̄nto loco ponitur condictio ob cauſam. Et datur iſta actio ei, qui dedit aliquid, ut fieret, & hoc poſtea factum nō eſt, contra eum, qui hoc recepit, & non fecit, quod facere debuit. Et datur ad hoc, ut reſtituat quod receptum eſt, v. g. Dedi tibi duos aureos, vt ſcriberes mihi librum Inſtitutionum, & non ſcripſiſti repeto duos aureos per iſtam actionē, ut ff. de condi. ob cauſam. l. 1 Et habet iſta actio duo capita. Vnum ex eo, quòd cauſa non eſt ſecuta, aliud ex præſentia re integra. In quibus tamen capitibus ſunt multæ fallentiæ, quas longum eſſet hic enarrare. de illis capitibus loquitur. l. ſi pecuniam, & ibi Doc. ff. de con. ob cauſam.

134 In ſexto loco ponitur condictio ob turpem cauſam. Et datur iſta actio ei, qui dedit ob turpem cauſam cōtra eum qui recipit, ut reſtituat. Et hoc verū eſt, ſi turpitudo ſit ex parte recipientis tantum, ſi autem ſit ex parte dantis tantum, non eſt locus repetitioni & ideo quod datur meretrici, non poteſt repeti, quia turpitudo eſt ex partis dantis, & non ex parte recipientis, quamuis enim turpiter faciat luxuriando, licitè tamen recipit meretrix quod ſibi datur. Et ſi ſit turpitudo ex parte vtriuſque, petitur per fiſcum, quod ſi non operatur prior eſt conditio poſſidentis, & iſta not. in l. 1. ff. de cond. ob turpem cauſam.

In

Digitized by Google

135 In ſeptimo loco ponitur condictio ſine cauſa, & datur iſta actio ei qui dedit aliquid putãs eſſe cauſam, & nõ fuit cauſa, & ſi fuit cauſa iuſta, poſtea deſijt eſſe iuſta, vel oĩno deſijt eſſe cauſa. Et datur contra eum, qui ſic recepit, vt reſtituat quod receptum eſt, vt ff. de cond. ſine cauſa. l. 1.

136 In octauo loco ponitur condictio indebiti. Et datur iſta actio ei, qui ſoluit indebitum cõtra eum, qui recepit, ut reſtituta. Non enim debet quis locupletari cum alterius iactura, vt l. nam hoc na. ff. de cód. indeb. Et eſt indebitum interdum naturaliter tãtum, interdũ ciuiliter tantũ, interdũ naturaliter, & ciuiliter ſimul. Et ſoluitur p errorẽ aut iuris aut facti, aut utroq; mõ, vt C. de iuris & facti ign. l. error.

137 In nono loco ponitur actio, q̃ vocatur cõdictio furtiua, & datur dño rei furatæ contra furem, aut eius hæredem, vt rem reſtituat. Et differt ab actione furti, quia illa datur ei cuiuſcunque intereſt furtum factum non fuiſſe, & datur ad pęnam, vt ſupra dictum eſt de furto manifeſto, & infra dicetur de furto non manifeſto. Et de iſta condictione furtiua loquitur. § fin. inſti. de oblig. quæ ex malefi. naſcun.

138 ¶Sequunt̃ actiones ciuiles decimæſeptimæ lineæ. Et in primo loco ponit̃ condictio ex lege. Et hẽt locũ iſta actio, qñ lex ciuilis dat aliquã actionẽ, q̃ non hẽt nomẽ, uel qñ inducitur noua obligatio, ex qua oritur actio. Nam tũc datur iſta actio, ut ff. de conuic. ex lege l. unica. Simile dictum ſupra de lege prætoria in fine actionum prætoriarum.

In ſecũdo loco ponitur ſpatium H præfixo, in quo ſcribitur uelut rubeo colore. Hanc quæ ſequitur dicunt aliqui eſſe anomalam.

139 In tertio loco ponitur actio ad exhibendũ, & datur mihi iſta actio contra te, ſi tu poſſideas aut detineas aliquam rem mobilem, quam dico eſſe meam, aut quaſi meam, uel ſit aliena dico mea inter eſſe, ut huiuſmodi res exhibeatur ad uidẽdum, & ad inquirẽdum de iſta re, ut alterius detur ad eam perſecutio. ut ff. ad exhib. l. 1. Et ſi rem non exhibueris datur mihi iuramentum in litem, ut ff. ad exhib. l. 3.

140 In quarto loco ponitur actio ex empt. & datur iſta actio emptori contra uẽditorem, ut tradat rem emptam ſi ſit in

pter hoc dixit Azo iſtā actionē nō differre ab actione locati. Nā tunc illud pactū veſtit a contractu,& informat iſtud pactū illū contractū,cui adhæret. Sed ſi iſtud pactū fuit ſit per interuallū poſt cōtractū,tūc veſtitur ipſa lege,& ad petendum reſtitutionem vel intereſſe rei, ex periculo uel caſu fortuito deſtructæ uel deterioratæ, datur iſta actio, quæ dicitur oneris aduerſi, vt not.in l. naue Pamphi. ff. locati.

145 In nono loco ponitur actio pro ſocio. Et datur iſta actio alicui contra ſocium ſuum ad ea,quæ ſunt ſocietatis, & eſt ex vtraq; parte directa vt not.in §.actionum. Inſti.de actio.

¶Sequuntur actiones ciuiles decimę octauæ lineæ. Et in primo loco ponitur ſpatium 1. præfixo in quo ſcribitur uelut rubeo colore. Hæ actiones quæ ſequuuntur interdū ſunt directę,& interdum contrariæ.

146 In ſecundo loco ponitur actio mandati directa vel contraria. Et datur directa mandator contra mandatariū, de his quæ geſſit virtute mandati ſui vt reddat rationē, & datur etiam pro intereſſe. Sed contraria datur mandatario contra mandatorem, ſi expendit aliqua vtiliter vel neceſſario,ratione mandati, vt illa ſibi reſtituantur, & de iſtis notatur. Inſti. manda. §.i.

147 In tertio loco ponitur actio depoſiti directa vel cōtraria. Et directa datur depoſitori ſeu deponenti contra depoſitarium, vt reſtituat rem depoſitam. Sed contraria datur depoſitario contra depoſitorem, ſi fecit aliquis impenſas utiles uel neceſſarias in re depoſita, ut illa reſtituat depoſitori,ut Inſtitu. quibus modis re contrahitur obligatio. §. præterea. Et iſta actio regulariter ciuilis, ſed in quatuor caſibus eſt prætoria, & ſic poſita eſt ſupra inter prætorias in ſeptimo loco quartæ lineæ.

148 In quarto loco ponitur actio tutelæ directa uel contraria. Et datur directa pupillo finita tutela, contra tutorem de geſtis in tutela,ut reddat rationem, & de male geſtis faciat reſtitutionem. Sed contraria ſimiliter datur tutori cōtra pupillū, ſi fecit impēſas utiles, uel neceſſaria ꝑ perſona,uel ꝑ rebus pupilli,ut illæ reſtituantur, ut inſti.de obliga.quæ ex quaſi contractu naſcuntur. §. tutor quoque.

In quinto loco ponitur ſpatium K præfixo, in quo ſcribitur uelut rubeo colore. Hanc quæ ſequitur dicunt aliqui eſſe prætoriam.

149 In ſexto loco ponitur actio cōmodati directa uel cōtraria. Et datur directa cōmodatori cōtra cōmodatariū, ut reſtituat rē cōmodatā, non deteriorē, ut l. 3. § ſi reddita. ff. cōmoda. Sed cōtraria datur cōmodatario contra cōmodatorē, pro impenſis utiliter uel neceſſario factis per eum in re cōmodata, quas non tenebatur facere, ut l. in rebus. § prīt. ff. cōmoda.

150 In ſeptimo loco ponitur actio pignoratitia directa, uel contraria. Et datur directa debitori contra creditorem ad repetendum pignus ab eo, ut inſti. quibus modis re contrahitur obligatio §. fi. Requiritur tamē, quod debitor ſatisfecerit creditori, ſi debeat habere iſtam actionem, ut l. ſi rem §. omnis. ff. de pigno. actione. Sed contraria datur creditori contra debitorem. Primo, ſi tradit ſibi rem alienam, quā ipſe debitor obligare non potuit, ut l. rem alienam, ff. de contrah. empt. Secundo ſi tradidit, ſibi unam rem pro alia ut l. 1. ff. de pignora. act. Tertio, ſi creditor fecit impenſa in pignore ut inſtit. quibus modis re contrahitur. oblig. §. fin. Et hoc uerum, ſi non fecit nimis magnas impenſas: quia debitor delicatus, & creditor oneroſus non ſunt audiendi, ut ff. de pignora. actio. l. ſeruus.

In octauo loco ponitur ſpatium L præfixo, in quo ſcribitur uelut rubeo colore, Actiones quæ ſequuntur, dicuntur actiones præſcriptis uerbis.

151 In nono loco ponitur actio præſcriptis uerbis æſtimatoria, & habet locum iſta actio, ſi ego tradiderim tibi rem aliquam, puta librum inſtitutionum, ad uendendum eum, uel ad inquirendum de pretio, & ego æſtimaui librum illum ad duos florenos, iſta ut reſtitueres mihi librum, uel pretium, ſi non feceris hoc, tunc datur mihi iſta actio contra te, ut aut rem reſtituas aut precium ſoluas, ut ff. de æſtimato. actio l. ſi gratuitam. §. fi. margaritas. & eſt bonæ fidei, ut not. inſtit. de actio. §. actionum.

152 ¶ Sequuntur actiones ciuiles decimænonæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio præſcriptis uerbis, de rerum permutatione.

mutatione,

mutatione. Et habet locum iſta actio, quãdo fit contractus permutatione, quo ſcilicet, una res in ſpecie datur pro alia in ſpecie, & non datur iſta actio, niſi ei qui impleuit contractum ex ſua parte, & tunc actio dicitur nata retro a tempore cõtractus, ut l. ex placito. C. de rerum permutatione. Et datur contra illum, qui non uult implere contractum, ut rẽ pſtet, de qua conuentio facta eſt, ut in d. l. ex placito. Et differt a contractu innominato, do, ut des q̃a ibi datᷓ genus pro genere, vel ſpecies pro genere, uel ecõtra & hic ſpecies pro ſpecie, ut notatᷓ per Bar. in l. 1. ff. de rerum permutatio. Et etiã iſta eſt bonæ fidei, ſed ille contractus eſt ſtricti iuris.

153 In ſecundo loco ponitur actio præſcriptis uerbis, quæ datur in diuerſis caſibus. verbi gratia. Datur ex pactis nudis appoſitis incontinẽti, antè uel poſt contractus ueſtitis, ut l. in bonæ fidei. & l. petitis. C. de pacto. Datur etiam ſecundo loco interdictorum ut inſtit. de interdictis. § fi. & ibi per glo. Datur etiam tertio, quando æquum eſt propter figuras uariarum cauſarum dare actionem, ut in caſu legis ſancimus. C. de ſacroſan. eccle. Et iſta pulchrè, & latius notantur in gl. inſtit. de interd. §. fi.

154 In tertio loco ponitur actio in factum de re iudicata, quæ dicitur iudicati. Et datur iſta actio poſt ſententiam diffinitiuam ipſi uictori, contra condemnatum, pro executione ſententiæ, ut l. actori. C. de rebus creditis. & iureiu. Et quando intentatur iſta actio, debet dari libellus, & proceditur iure ordinario; ſed intentetur officium iudicis, non datur libellus & proceditur ſummarie, ut vult. Bar. in l. intra diẽ. ff. de re iudi.

155 In quarto loco ponitur actio ex ſtipulato pro dote. Et datur iſta actio marito contra mulierem, ut ſoluatur dos promiſſa, pro oneribus matrimonij ſtudendis, vel etiam datur mulieri. cõtra hæredes mariti eo mortuo, vel etiã contra maritum eo viuente, ſi vergat ad inopiã, ut ff. ſol. matri. l. 1. & l. ſi conſtãte. Et datur iſta actio ex ſtipulatu quãuis nulla ſtipulatio interceſſit, ius enim fingit ſemper ibi ſtipulationem interceſſiſſe, vt C. de rei vxo. act. l. vnica in prin.

156 In quinto loco ponitur actio aquæ pluuialis arcendę. Et

datur

datur mihi iſta actio contra te, ſi tu feciſti ædificium aut aliud obſtaculum in fundo tuo, propter quod aqua eſt mihi nociua in fundo meo: quia fundum meũ nõ irrigat, aut nimis fluit, ad hoc, vt tu deſtruas illud obſtaculum tuis expenſus, & facias mihi emendam de damno paſſo, poſt litis conteſtationẽ. Sed ſi alius poſſidet tale obſtaculũ, qui hoc non fecit, tunc ſolũ tenet mihi pſtare patientiã, ut expenſis meis tale obſtaculũ deſtruã, vt ff. de aqua plu. arce. l. 1. §. 1.

157 In ſexto loco ponitur actio de paſtu pecorum. Et datur mihi iſta acito contra te, ſi tu feciſti animalia tua paſci ordeis vel frumentis meis in fundo meo, & datur ad intereſſe, vt ff. de præſcriptis verbis. l. ſi ſeruandarum. §. fi.

158 In ſeptimo loco ponitur actio ex teſtamento. Et datur iſta actio legatarijs, & fideicommiſſariis contra hæredem, vt ſoluat legata & fideicõmiſſa. Et oritur iſta actio ex quaſi contracto. Nam hæres adeundo hęreditatẽ quaſi contrahit cũ creditoribus legatarijs, & fideicõmiſſarijs defuncti, vt l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex quib. cauſis in poſſeſſionem eatur. & inſtit. de obliga. quæ ex quaſi contractu naſcuntur. §. 4. ver. hæres quoque dantur illis alię actiones. ſ. rei vendicatio, & hypothecaria vt inſti. de leg. §. ſed non vſque.

159 In octauo loco ponĩt actio ex ſtipulatione q̃ naſcitur ex verborũ obligatione. Et datũ iſta actio ſtipulatori, cõtra promiſſorẽ, vt pſtet rẽ promiſsã, inſti. de verb. oblig. §. Et hoc verũ eſt, ſi res promiſſa nõ ſit omnino certa, q̃ & qualis & quanta debet eſſe. Nam tũc non daretur iſta actio, ſed certi condicto, vt in l. vbi aũt nõ apparet. ff. de verb. obligat.

160 In nono loco ponitur actio furti non manifeſti. Et hẽt locum iſta actio, quando fur non eſt deprehẽſus in furto, nec cum re furtiua, eo die, quo fecit furtum, ante, quã peruenit ad locum, in quo voluit rẽ furtiuam perferre, nec acclamatum eſt contra eũ, ut inſtit. de oblig. quæ ex quaſi maleficio naſcuntur. §. furtorum. verſi. furtũ non manifeſtum. Et datur ad pœnam dupli applicandam parti, ſi agatur ciuiliter, vt ff. eo ti §. pœna. Si autem agatur criminaliter, applicatur pœna fiſco, ſi ſit pecuniaria, poteſt etiam agi ad pęnã corporalem, vt l. fi. ff. de furtis. Sed actio furti manifeſti eſt

pirato-

prætoria, ut ſupra dictũ eſt in ſecundo loco quintæ lineæ.

161 ¶Sequitur actiones ciuiles uigeſimæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio de tigno iniuncto, & uocatur tignũ, oĩs materia apta ad ædificandum, ut ſunt ligna, lapides, &c. Habet ergo locum iſta actio quando tignum unius poſitũ eſt in ædificio alterius, v.g. Tu ædificaſti domum ex lignis, uel ex lapidibus meis; tunc datur mihi iſta actio contra te ad duplum æſtimationis tigni, in quo tamen duplo etiam continetur res. Nono enim poſſum conſequi tignum ipſum ne ædificium rumpatur, ſi tamen fuerit ruptum, & nondum conſecutus ſuum duplum, poſſum uendicare tignũ, ut ff. de tig. iniuncto li. 1. & de rei vend. l. in rem. §. tignum.

162 In ſecũdo loco ponitur actio arborum furtim cæſarum. Et datur iſta actio, ei cuius arbor inciſa eſt onere inciſorũ, qui. ſ. furtiue, ꝙ animo lucrandi, & alium damnificandi arborem incidit. Et datur iſta actio etiam ad duplum æſtimationis arboris, defalcatis tamen lignis ſeu ualore eorum, ſi inciſor ligna dimiſerit, ſed ſi ligna etiam abſtraxerit, datur pro eis actio furti manifeſti uel non manifeſti, ſecundum quòd furtum diuerſimodè factum eſt, ut ff. arborum fur cæſarum li. 2. & l. furti. & l. penul.

163 In tertio loco ponitur actio rerum amotarum. Et datur iſta actio marito contra uxorem pro rebus furtim ſublatis cauſa diuortij ſecuturi, uel ecõtra mulieri cõtra maritũ. Et datur poſt diuortium, ut l. rerum quorum amotarum ff. rerum amotarum. Et datur iſta actio propter honorem matrimonuij, quia non eſſet conueniens dari actionem famoſam inter coniuges, ut l. 1. ff. de rerum amota.

164 In quarto loco ponitur actio de rõcinijs diſtrahẽdis. Et datur iſta actio pupillo finita tutela, cõtra tutorem ſuum q. res ſuas diſtraxit, & conuertit in cõmodũ proprium & datur ad duplum, ſed vltra duplum non petitur intereſſe, ut ff. de tutel. & ratiocinijs diſtrahendis l. 1. de rationibus.

165 In quinto loco ponitur actio legis Aquiliæ, & dãni iniuriæ, vel de damno dato. Et datur iſta actio ei, cuius ſeruus occiſus eſt, uel animal manſuetum occiſum eſt, contra occiſorem, vel dominum ſerui, vel animalis occidẽtis, ut ſoluat quan-

Digitized by Google

quãti plurimi res valuit intra annũ retro. Sed ſi ſeruus uel animal tale vulneretur, vel aĩal ferum ocidatur, tunc datur ad hoc, vt ſoluat q̃ti plurimi res valuit intra 30 dies retrò. Et eſt iſta actio directe, qñ damnũ dat̃ de corpe in corpus. Vtilis aũt datur, qñ datur damnũ de corpore in corpus, vt ſi tu clauſeris animal meũ, & pmiſiſti ipſum fame perire. Et iſtæ ſunt actiones ciuiles. Sed qñ datur dãnum de non corpore in non corpus, tunc habet locũ actio p̃toria q̃ dr̃ in factum legis Aquiliæ ſubſidiaria, quæ ſupra poſita eſt in ſeptimo loco quintæ lineæ, & de iſtis habetur inſti. ad l. Aq. §. 1. & §. his autem verbis, & §. caput tertium. §. & fi.

166 In ſexto loco ponitur actio in factũ de pauperie. Et dat̃ iſta actio ei cui damnum datum eſt per animal alterius, vt. ſ. det animal pro noxa, aut ſoluat damnũ. vt inſt. ſi quadru. pau. fac. dica. §. 1. & § fi. vbi latius habet̃ de iſta actione. Et ſi animal bipes fecerit damnum, vt gallus tuus interfecit gallinã meam, tunc non datur iſta actio directa, ſed vtilis, quia nõ ex verbis legis, cũ lex loquatur de quadrupede, ſed ex mente legis, ut ſatis no. in l. 1. ff ſi quadru. pau. fe. dic.

167 In ſeptimo loco ponitur actio iniuriarum lege Corne. q̃ datur in tribus caſibus. Primo, ſi quis per uim intrauerit habitationem alterius. Secundo ſi quis verberauerit alium vnde ſequitur dolor vel vulnus. Tertio ſi quis pulſauerit aliũ ſine dolore, ſcilicet quaſſando eum, uel alias non lædendo, animo tamen inuiriãdi, vt ff. de iniu. l. lex Corn. Datur etiã iſta actio iniuriarum in alijs caſibus, & non ex l. Corne. & tunc eſt, prætoria: & poſita eſt ſupra in ſexto loco quintæ lineæ. Et eſt hic ſciendum, quòd ſi aliquis dicat alteri conuitium, quod eſt verum tunc expediat reipub. tala conuitiũ ſcire, non naſcitur actio iniuriarum, vt ſi dicat tu es homicida vel fur, & dicit, verum. Nam expedit reipu. tales cognoſcere. Si autem non expediat reipub. hoc ſcire, vt ſi quis dicat tu es claudus gibboſus, &c. animo iniuriandi, naſcitur actio iniuriarũ. Et poteſt ille cui hoc dictum eſt, contra talem agere, quãuis verum dicat, vt no. per Doc. in l. eum, qui nocentem. ff. de iniu. & in l. ſi non conuitij. C. de iniu.

167 In octauo loco ponitur actio, quæ datur contra magiſtra-

ſtratum, qui non recepit idoneam cautionem rem pupilli ſaluam fore, & datur iſta actio pupillo uel minori adulto habenti tutorem uel curatorem, contra illum, qui debuit recipere cautionem a tutore uel curatore, & non recepit, uel ſi recepit non idoneam, & datur ad hoc, ut damnum reſtituatur contingens ex tali negligentia, ut ff. & C. de magiſtrat. conue. per totum.

169 In nono loco ponitur actio ingrati. Et dat iſta actio patrono contra libertum ſuum, qui propter ingratitudinem reuocatur ad ſeruitutem, ut ſcilicet ad illam ſeruitutem cõdemnetur, ut C. de liber. & eorum liber. l. 1. Et poteſt etiam dari iſta actio patri contra filium ſuum emancipatum, ut ſi ſit ingratus, reuocetur ad patriam poteſtatem. Et tantum de actionibus in arbore poſitis.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX RVBRICARVM ſeu titulorum ſuper Inſtitutionibus Imperialibus.

Acquiſitione per arrogationem 193
Actionibus 473
Ademptione legatorum 231
Adoptionibus 49
Aſſignatione libertorum 287
Attiliano tutore 77
Authoritate tutorum 80
¶ Bonorum poſſeſſionibus 288
Capitis diminutione 70
Codicillis 243
Curatoribus 86
Diuiſione ſtipulationum 313
Donationibus 146
Duobus reis ſtipulandi 309
Emptione & venditione 332
Eo cui libertatis cauſa, bona addicuntur 294
Exceptionibus 434
Excuſationibus tutorum uel curatorum 91
Exhaeredatione liberorum 176
Fideicommiſſarijs haereditatib. 239
Fideiuſſoribus 325
Fiduciaria tutela 76
¶ Gradibus cognationum 267
Haeredibus inſtituendis 187
Haeredum qualitate & differentia 210
Haereditatibus quae ab inteſtato deferuntur 245
His per quos agere poſſumus 429
His qui ſui vel alieni iuri ſunt 35
Ingenius 24
Iniurijs 363
Inofficioſo teſtamento 207
Interdictis 440
Inutilibus ſtipulationibus 314
Iure naturali, gentiũ & ciuili 13
Iure perſonarum 21
Iuſtitia & iure 10
Legatis 20
Lege Fuſia Canina tollenda 34
Lege Falcidia 232
Lege Aquilia 359
Legitima agnatorum tutela 68
Legitima patronorum tutela 74
Legitima parentum tutela 75
Legitima agnat ſucceſſione 255
Libertini 26
Literarum obligationibus 329
Locatione & conductione 336
Mandato 341
Militari teſtamento 170
Noxalibus actionibus 424
Nuptijs 40
Obligationibus 296
Obligationibus ex conſenſu. 331
Obligationibus quae ex quaſi cõtractu naſcuntur 348
Obligationibus, quae ex delicto naſcuntur

Digitized by Google

ſciunt ut 349
Obligationibus, quæ quaſi ex delicto naſcuntur 316
Officio iudicis 447
PAtria poteſtate 38
Perpetuis & temporalibus actionibus 432
Per quas perſonas nobis, alia eniq. acquiritur 557
Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. 345
Pœna temere litigantium 445
Publicis iuditijs 450
Pupillari ſubſtitutione 197
QVibus ex cauſis manumittere non licet. 29
Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur 55
Quibus modis tutela finitur 84
Quibus alienare licet vel non 152
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum 175
Quibus modis teſtamenta infirmantur 203
Quibus modis re contrahitur obligatio 298
Quib. modis tollitur obligatio 346
Qui tutores teſtamento dari poſſunt 64
Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicitur 419
REbus corporalibus et incorporalibus 126
Replicationibus 439
Rerum diuiſione 103
SAtiſdatione tutorum uel curatorum 88
Satiſdationibus 429
Senatuſconſulto Tertulliano 260
Senatuſconſulto Orficiano 163
Seruitutibus ruſticorum prædioꝝ. 127
Seruili cognatione 280
Singulis rebus per fideicommiſſum relictis 242
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur 426
Societate 339
Stipulatione ſeruorum 310
Succeſſione cognatorum 266
Succeſſione libertorum 285
Succeſſionibus ſublatis, &c. 299
Suſpectis tutoribus vel curatorib. 99
TEſtamentis ordinandis 163
Tutelis 61
VErborum obligationib. 304
Vi bonorum raptorum 357
Vſucapionibus 231
Vſu & habitatione 135
Vſufructu 131
Vulgari ſubſtitutione 194

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

INDEX RERVM, VERBORVM SENTENTIARVMQVE

ſingularium, in Enarrationes Nicaſij de Voerda. & copia, & venuſtate: illuſtratus atque ſumma fide concinnatus.

A

ABſens cauſa Reipublica, vel ita captus ab hoſtibus poteſt rem præſentis in ciuitate vſucapere, per ſe, vel per alium, in §. rurſus. numero tertio. Oppo. num. 10 382
Abſentes, ac etiam ſe præparantes, ad iter, cauſa Reip. excuſantur a tutela & cura, in §. item diuus, nu 3 93
Acceptilatio, quid, & qualiter fiat eiusq́; vſus in §. tollit, nu. 5 346
Acceſſio, eſt duplex, in §. item ea. nu. 2 111
Acceſſiones naturales, quæ, & quæ ciuiles, in §. is quoque. nu. 5. & 6 300
Accuſans aliquem criminaliter, debet ſe inſcribere: & deficientis pęna, in §. ſciendum nu. 2 90
Accuſatio de publico, eſt quaſi publica actio. in §. conſequens, nu. 1 100
Accuſatore vel accuſato mortuo, non tranſeunt delicta contra hæredes, fallit quanque caſibus, in §. poſthumi, quoque, nu. 6. & 7 248
Acquiſitio nobis, per quot & quas perſonas fiat, in ti. per quas perſo. &c. nu. 2 155
Acquiſitio per arrogationem inducta eſt a Diuo Pio, & cur ita. in titu. de acquiſ. & arrog. nu. 1 293
Acquirere ſibi nullus poteſt poſt mortem hæredibus tñ ſuis poteſt in §. poſt mortẽ, nu. 4 322
Actor non adſtringitur in negatoria actione omnia probare, q̃ proponit. in §. contra quoq; nu. 3 378
Actor, pluribus actionibus competentibus, poteſt utiliorem eligere, ſed vna electa, non poteſt ad aliam redire, in §. is quoque, nume. 4 423
Actor plus petens, quàm ſibi debeatur, olim cadebat a cauſa, nec reſtituebatur in integrum, in §. ſi quis agẽs nu. 1 414
Actori incumbit onus probandi, quo non probante, reus abſol-

abſoluitur.in paragr. nō ſolum.nu.8 7
Actio de eo, quod certo loco dari oportet quādo habeat locum.in §.præterea quaſdam.nu.2 412
Actio ad exhibendum eſt præparatoria aliarum actionū. Et cui illa competat.ibi.n.3
Actio de dolo, dicitur arbitraria.ibi.nu.4
Actio de conſtituta pecunia, nō habet locū, quādo quis obligatur exemptione, ſtipulatione, aut ex ſimili contractu.in §.in perſonam.nume.6 387
Actio de cōſtituta pecunia, datur ex nudo pacto, cōtra legem iuris gētium. ibi.nu.7.
Actio ex nudo pacto ſex caſib. datur.ibi.nu.8
Actio, capitur multis modis, eiuſq; diffinitio. ibi. Et partiū explicatio. in §.act.nu.1 5.6.7.8.10.& 11. 374
Actio mandati contraria, datur contra mandantem.mādatario.in §. ſequens illa diuiſio.nu.11 397
Actio pro ſocio duplex. ibid. num.12
Actio quod metus cauſa cui detur, & contra quem.in §. quadrupli.nu.2 406
Actio in factum de calumnia. quando, cui, & cōtra quem detur ibid.nu.3
Actio ex ſtipulatu p dote petenda, uel repetēda, eſt maxime priuilegiata. Et competit etiam patrim.§.fuerat antea,nu.2.& 6 470
Actio de liberis exhiben. quādo detur, in §.præiudiciales nu.4 393
Actio quaſi ſeruiana, competit creditori ad petendū res ſibi impignoratas, vel hypothecatas, in §.item. Seruiana.nu.12 386
Actio de peculio, poteſt; dari pro parte, & pro parte actio, de in rem uerſo. in §. præterea,nu.4 424
Actio quę competat pro damno dato per animal diſt.in tit.ſi quadru.paup.feciſ. dic. nu.1 226
Actio ui bono. rap. eſt miſta. in §.ex maleficiis.nu.2. 399
Actio legis Aquiliæ, eſt miſta. ibi.nu.3
Actio ui bon.rap. datur etiam non domino pro intereſſe. in §.ſanè,nu.1 359
Actio vi bonor.rapto.ſi detur habenti intereſſe, tunc ille agit ad quadruplum ipſius intereſſe.ibid.nu.2
Actio condititia datur etiam contra quemcunq; maleſidei poſſeſſorem.in § ſic itaque,nu.7 395
Actio utilis cur ſic dicta in §. cæterum,nu.3 363

Actio

Digitized by Google

Actio duplex naſcitur ex ſtipulatione. in §. uerbis obliga. nu.4 304
Actio ciuilis, an tollat criminalem, & econtra in paragr. ſũma diſt. nu. 3. 368
Actio ui bon. rapt. poteſt inſtitui dupliciter. in paragr. qui uires. nu. 5. 357
Actio directa tutelæ, datur pupillo cõtra tutorem, ut reddat adminiſtrationis rationem. Tutori aũt, actio contraria tutelæ. in paragr. poſt genera cont. nu. 7. 343
Actio, quæ datur legatariis cõtra heredẽ naſcitur ex quaſi contractu. Et eſt actio ex teſtamento. ibi. nu. 7
Actio quaſi publica. in paragr. conſequens. nu. 2 100
Actio criminaliter intentata cõtra ſuſpectum, corã quo Iudice ſit agitanda. in §. ſciẽdum. nu. 3. 99
Actio de conſtituta pecunia, ẽ perſonalis, & prætoria in §. in perſonam, nu. 1. 387
Actio perſonalis nulla cuiquã cõpetit ad petendũ ſibi dari rẽ ſuã in §. ſic itaq. n. 1. 396
Limit. nu. 2. ibi. & 19. 395
Actio perſonalis ad reſtituendum, bene competit pro re ſua. ibi. nu. 3. 395
Actio prætoria, & pęnalis, datur contra eũ, qui ui eximit uocatum in ius. in §. ite, aduerſus. nu. 1 393
Actio utilis ſerui corrupti, datẽ patri ꝓ filio corrupto, aut filia corrupta. Et quib. ꝓterea. in §. in duplũ. nu. 3. 404
Actio noxalis, hodie tantum habet locũ in ſeruis. Secus olim. in §. ſed ueteres, nu. 1. & 2. 426
Actio exercitoria, cui & contra quem detur. in §. eadem rationem, nu. 1. & 2. 420
Actio de cõſtituta pecunia, ꝓſupponit debitũ naturale, & ciuile, uel naturale tãtũ. in §. in perſonam. n. 3. 387
Actio furti non manifeſti, & ſerui corrupti, dantur in duplũ originaliter. Et quę dentur accidentaliter, in §. ſed furti. nu. 1. & 2. 406
Actio merè perſonalis, quæ in §. omnium. nu. 7. 376
Actio realis, quæ dicatur ibid. num. 8.
Ad actionem rei uẽdicationis tria requiruntur. ibi. nu. 9.
Actio dicitur, reſpectu perſonę: petitio, reſpectu rei: perſecutio, reſpectu utriuſque in §. tollitur. nu. 8 346
Actio de peculio, cur inuenta a Prætore. in paragr. actiones autem. nu. 4. 388
Actio de peculio. non eſt propria actio, ſed adiectio ad aliam. ibi. nu. 5.
Actio de peculio, unde naſcatur.

tur.ibi.nu.6
Actio & cauſa actionis differunt,in §.actio.nu.3 374
Actio,quod metus cauſa habet duas ſententias, in §. item, actio,nu. 3 406
Actio noxalis ſequitur caput, in §.omnis,nu.1.& 2 425
Actio in factum, quibus caſib. detur. in §. item exercitor, nu.3 372
Actio exempto, qd. Et cui detur. Quid itidē ex vendito, cuiq; cōpetat.ibi.n.7 407
Actio locati,dat̄ debitori cōtra cōductorem. Et actio ex cō ducto conductori, contra locatorem.ibidem.nume. 8 407
Actio condictitia datur cōtra furem in odium ipſius. Et contra quemcunque malæ fidei,poſſeſ. in §. ſic itaque. nu.6.&7 395
Actio prætoria & pœnales,vnde deſcendat,in §.item, aduerſus,nu.2 393
Actionibus bonæfidei poteſt iudex æſtimare ex æquitate vt reus de actori plus, uel minus, quàm in contracto expreſſum ſit,in §.in bonæ fidei iudiciis,nu.1 410
Actio eliſa per execptionem, an ſit efficax, in §. ſequitur, nu.8 434
Actio nō poteſt naſci inter dominū & ſeruū,in §.ſi ſeruus domino.nu.1 420
Actio præiudicialis, cur ſic dicta in §.præiudiciales,num. 10 394
Actio pro ſocio,& vtraq; parte,eſt directa, in §. actionū, nu. 11 407
Actio competens ex lege condictitia, datur in triplum, contra eum, qui maiorem ſummam libello inſeruit,q̄ reus ſibi debebat,ī §. tripli, nu.1 405
Actio prætoria an factum & pęnalis, datur contra corrumpētem aliquod ſcriptū in albo prætoris,in §.pęnales,nu. 1 390
Actio competens ad petendū relicta Eccleſijs, vel venera bilibus locis, datur dupliciter. Et quid ad eam actionē. præterea requiratur. Et contra quos detur. Et quando, in §.item,miſta,nu.1. 2. 4. 5.&6 299
Actio,quod met.cau.differt ab alijs actionibus, quæ datur in quadruplum. Et quæ ſit eius natura,in §.item actio, nu.1 406
Actio de permutatione rerū, unde & qñ naſcatur,in §.actionum.nu.19 407
Actio præſcriptis verb.ſępe cō currit cum actione in factum,ibidem.nume. 21. folio. 407

Actio

Digitized by Google

Actio in factū, oritur quatuor modis ibi. nu.22
Actio an & quæ competat, ſi aliqua pars terræ per vim fluminis alteri fuerit adiecta & unita in §. præterea. nu.1.& 6 112
Actio ex ſtipulatu pro dote petenda & repetēda nō datur generaliter, niſi ſol.matr.in fuerat antea, nu.5 409
Actio ſubſidiaria cōpetit adoleſcenti, contra illū qui malū dedit curatorē, in §. ſciendum autem, nu.1 90
Actio ſubſidiaria vltimo data, non eſt actu, ſed aptitudine ibi.nu.2
Actio exordinaria, non datur de modico, in §. gallinarum nu.3 110
Actio arbitraria, datur hic ex ſtipulatu. in §. loco plus petitur, nu.3 415
Actio in factum, datī quadrupliciter, in §. de ordine, nu. 2.3.4.& 5 445
Actio rei vxoriæ hodie ſublata eſt, trāsfuſa in actionem ex ſtipulatu, in §. fuerat antea, nu.1 409
Actio eſtimatoria, qn̄ detur in §. actionum, nu.16 407
Actio tributoria, q̄, in paragr. introduxit, nu.1 421
Actio tributoria, quid requirat. Et qd differat ab actione de peculio. ibi. nu. 3. 4. 5 & 6 421
Actio nulla, an extendaī vltra quadruplum, in §. oēs autē, n.6.7.8.9.10.11.& 12. 403
Actio competens pro relictis venerabilib. locis, differt ab alijs, q̄ danī in duplum, in §. ſed illa, nu.1.& 2 406
Actio prætoria pœnalis datur etiam contra eum qui vocauit parētem vel patronum ſuum in ius ſine venia. Et quid de doctore, in §. & in eum, nu.1.& 3 391
Actio receptitia, hodie ſublata, cuius vice fungitur actio de conſtituta pecunia, ibid. nu.4 587
Actio de cōſtituta pecunia, vt inſtituatur, qd requiratur, ibi.nu. 5
Actiones prętorię, regulariter ſunt annales. Et qualiter intelligaī ille annus in §. hoc loco, n.4.& 6. fall.n. 5 432
Actiones præiudiciales vtiles dantur contra adſcriptitios vel colonos, in §. pręiudiciales, nu.6 394
Actiones furti nec manifeſti. quib. caſib. dentur in duplū in §. in duplum. nu.1 404
Actiones pœnales, an ſit odioſæ, in §. pęnales, nu. 6 390
Actiones duas vna cōcurrere nō eſt incōueniens. in §. itē, quis poſtulan. nu.7 389
Actiones cognoſcere, multum

vtile in §. ſed iſte quidem. nu.4 379
Actionum q̃dã ſunt rei perſecutoriæ, quædã pœnales, q̃dam miſtę. in §. ſequens illa diuiſio nu.1 397
Actiones omnes rei perſecutoriæ, ſunt reales. Et cur ſic dictæ ibi. nu. 2
Actiones quando ſe excludãt inuicem, diſtinguẽdum eſt in §. cæterum, nu. 2 427
Actiones in factum prætoriæ, ſunt innumerabiles. in §. itẽ aduerſus. nu. 7 393
Actiones quæ nam in quadrupli in §. quadrupli. n. 1 405
Actiones, quod iuſſu, exercitoria, & inſtitoria, concurrunt cum actione de peculio & de in rem verſo in §. cæterum. nu. 1. & 2 422
Actionis natura vñ cognoſcatur in §. is quoq; n. 4 422
Actiones deſcendẽtes ex lege xij. tab. vel ex ſenatuſcõſul. vel conſtit olim erat perpetuæ ſecus, quã hodie. in §. hoc loco, nu. 1. & 3 432
Actiones pęnales dantur hæredibus, duobus caſibus exceptis. in §. non autem omnes nu. 7 433
Actiones pęnales differunt ab actionibus rei perſecutoriis ibi. nu. 2
Actiones aliq; creſcunt ex inficiatione, in §. nunc admonendi nu. 5 445
Actiones, quib. perſequitur inſolidum quod nobis dẽtur, vel minus. In §. ſunt prę terea, nu. 1 417
Actiones, pęnales deſcẽdentes ex maleficijs, non dantur contra hæredes delinquentium in §. nõ autem oẽs. n. 1. & 2. Limit. nu. 5 433
Actiones arbitrariæ, differunt ab actionib. bonæfidei, in quibus etiam locum hẽt arbitrium iudicis in §. præterea quaſdam nu. 6 412
Actiones miſtæ, q̃. Et quo reſpectibus dicãtur miſtæ, in §. quædam actiones num. 1. & 2. 401
Actiones cur inuentæ in titu. de actionibns, nu. 3 373
